UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

urn:nbn:de:hbz:466:1-49323

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ece nūc tp̄e acceptabile ecce
nūc dies salutis ī hijs q̄ die
bz exhibeam⁹ nos sic̄ dei mi
nistros ī multa pacīa ī iugi
lijs ī ieunijs ī caritate ū fīa
s q̄ ecclīam tuā
ānua ꝺ̄ogelimali ob
seruacōe purificas: p̄ta
famule tue· ut qđ a te ob
tinē abstinēdo nitē ꝯ bo
nis opibus exeq̄t̄ p.dō·

Edia uita ī morte sum⁹ q̄
q̄rim⁹ adiutoꝝ ū te dñe q̄ p
peccīs nr̄is iuste uiolas· scē ds
scē fortis· scē ⁊ miserioꝝ sal
uator· amare morti ne tradas
nos. ℣ manu tua dñe
oēs fines t̄re. Venite·

cā q̄ ī. Dñs ū. Dicet
dñō suscep·

icet nob⁹ dilectissimu ap
p̄ijq̄nte pascha ieu
nīū q̄ꝺ̄gesime tpe legim⁹
mi tp̄is cursus ꝺicat· co
hortacōe tñ ecīa nr̄i sermo
nis adhibēdas ⁊· q̄ auxiliā

te dñō· ū iuuenis sit pigr⁹
nec onerosa deuotis· Tu

ece nūc tp̄e acceptabile· ecc
nūc dies salutis cōmēdem⁹ nos
ipōs ī mlta pacīa ī ieunijs
tis p̄ arma iustitie ūtutis

In oīb⁹ exhibeam⁹ nos
ipōs sic̄ dei mīstros· ū ī mu
tue· mīstīum nr̄m· p̄ ar·

Am cī omnē obser
; ciam nrām racō
dicer· pleat augi· nemo
ur cōfido de nob⁹· q̄ se ad
hoc nō gaudeat īcitari
u· nr̄a adh̄ manēte me
litate mutablis· ecīa si
simīlīa q̄ ututū studio p
hat· semp tū sic̄ p̄t hal
q̄ recedat· ita p̄t hīc q̄

Aradysi portas apiat
ieunij tp̄e suscapiam⁹ illu
zātes ⁊ depcātes ut ī die
rectois cū dño gl̄eū· L
nūc tp̄e acceptabile· ecce nūc
salutis nemī dātes ullā o
sionem· ut in die relin

elis ⁊ pfōr uia iustic

Non est facile hostes omnimodas vitare hostes insidias Nam ubi quispiam libidinis effrenatae passione moveretur in adulterium Duo dolmata mundi fomitem papet. Hanc si transcendat versus furores alios plurimos ponit lacos mimicq quo rapa possit mentes et corpis gunde passiones facili ex ministeriis ut anima possit occidere stola at mis cuis qui vigilavit omnis vacando victoria repertat martyrum unum ~~repertus~~ dissolutis

I VI

30

Th. 2872.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MARGARITA EVANGELICA,

incomparabilis thesaurus diuinæ sapientiæ, in IIII. Libros diuisus, nunc vero primum æditus Latine.

Lib. Coll. Soc. Iesu Paderborn. a° 1610.

Contenta versa pagella docebit.

COLONIAE ex officina Melchioris Nouesiani. M. D. XLV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONTENTA.

Primus liber

¶Docet nos Deum & nosipsos agnoscere, vires animæ deformatas suæ primordiali iustitiæ restituere, fide, spe, charitate cæterisq; virtutibus exornare, et cum Deo, nostra videlicet origine, intra nos præsente vnire.

Secundus

¶Quomodo per humanitatem Christi in vnionem diuinitatis conscendere, & vnus cum Deo spiritus fieri possimus, & de nouem virtutum gradibus.

Tertius

¶Qualiter anima intus et exterius Christo perfecte conformari, seipsam funditus abnegare, Deum in seipsa inuenire, ac in ipsum trãsformari debeat. In cuius fine multæ piæ orationes & exercitia traduntur.

Quartus

¶Habet meditationes & orationes feruentes, quibus per triplicem viam sanctorum, videlicet purgatiuã, illuminatiuam & vnitiuam ad Deum redire, eiq; nos vnire valeamus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SVPRAESTANTI ET ERVDITIONE ET PIETATE viro M. Burchardo Montano, S. Theologiæ professori, Nicolaus Eschius presbyter S. D.

IPSE nosti vir acutissime, quãti prorsus referat in ecclesia Dei codices extare cum primis pios, vt qui spiritum Christi nobis exprimant inculcentque. Tales vero sunt, qui vel ab æstu vitiorum & a mundi strepitu nos ad pœnitentiam reuocant, qui primus gradus est pietatis: vel docent mortificari membra nostra super terram, & ab ipsis etiam affectibus animum eximere, quod est regnum cœlorum vi rapere: vel nos carne iam vtcunque mortificata erigunt ad intelligendum amandumque spiritum Dei, cui nos totos in omnibus dedamus. Quod fieri certe non potest, nisi sanctis meditationibus & quam plurimum internis ad Deum aspirationibus pijsque desiderijs primum exerceamur, ita vt nobis ad manum sint certa quædam, vt vocant, exercitia spiritualia, quibus adiuti non modo mentem ab euagationibus cohibeamus, sed etiam sanctis cogitationibus excolamus. Etenim cessante profectu, confestim diminutio subsequatur necesse est, cum in vno eodemque statu mens nostra consistere non possit, hoc est, vt nec augmenta virtutum capiat, nec detrimenta sustineat, Quamobrem irremissa cura

non solum ad virtutum studia semper extendi nos conuenit, sed multo magis aduersus illa vitia, quibus potissimum infestamur, perpetuo magna vi decertandum est. Fortior quippe militat in mẽbris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia virtutum. ¶Et vt recte iam decertemus (Est enim hominis vita militia super terram) primum nobisipsis quam intime cogniti simus, oportet. Latent plerunque multorum vitiorum affectus in nobis & semina, quæ sicut ægre sentimus, ita vix vnquam extirpamus. Quin etiam (proh dolor) plerique nostris vitijs volentes ac scientes adblandimur, indulgemus, addimus & fomenta, neque multis annis ad virtutem vnam gradum facimus, nec vitio cuiquam (nisi quod apud homines fœdum forte sit) bellum indicimus. At sane si Deo optimo maximo plane non execrabiles haberi volumus, indies magis magisque cordis nostri secreta penetrabimus, vt quo quidque affectu, quo spiritu, qua intentione fiat, & in verbis & cogitationibus & consilijs & in operibus explo remus. ¶Quanquam non ignoro, ne a paucissimis quidem hæc tam iusta impetrari posse. Nam ea nunc viuendi consuetudo est, vt nemo non ad multitudinis exempla respiciat, quæ nullum viuendi tenet ordinem, atque non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur. Quotusquisque non peccantium ducitur multitudine? Quem quæso pereuntium turba non sollicitat, vt cogitet. Quid? Ergo omnes peribunt? At at nihil prorsus agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, et ad consolationem nostram aliena sæpe vitia numeramus, quasi vero nobis desint quos imitari debeamus.

amus. Et vt hi desint, ad illorum exempla mittimur, quos ibi fatemur imitandos, non modo Christum, sed & apostolos, sed martyres, sed virgines, sed iuuenes & puellas, cuiusmodi per calcatas mundi opes contemptisque carnis illecebris regnum Dei rapuerunt, sed prius etiam ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, tum egentes, angustiati, afflicti, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Igitur & nos improperium eius portantes, cur obsecro ad eundem potius extra castra non eximus, quam illos imitari pergimus, qui sub Christiano nomine vitam agunt mundanam, & aliud professione, aliud conuersatione testantur? ¶Sed hoc studium vt maxime Christianis necessarium est, ita nunc in postremis habetur, vt etiam proinde mystica Theologia vitaque contemplatiua vix pauciſſimos hodie sui cultores obtineat. In causa est, quod hæc mentem requirat a vitijs puram, et mortificationi propriorum desideriorum intentam, præterea quæ spiritualium rerum cogitationibus & curis velit exerceri. Adeo nec mirum existimari debet, quod literatis etiam viris hoc studium & rarum & insipidum habeatur, vtpote quibus nimium graue est (vt ipsi iudicant) mentis quietem affectuum mortificatione comparare: cum tamen fieri non possit, vt prius quam ab omni pondere sese mens exemerit, in autorem Deum libere subleuetur vel ignescat. Idipsum vero quam in immensum voluptatem suauitatemq; omnem excedat, is demum nouit, qui accipit. Accipit autem, qui iuxta Christum paruulus & pauper spiritu perseuerat; qui rur-

sus, iuxta Sapientem, miseretur animæ suæ, placens Deo, & continet congregatque cor suum in sanctitate eius. Id faciebat Propheta, dum meditaretur in lege domini die ac nocte, dicens illud confidenter ad dominum: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Nec huic dissimilis Esaias, qui dixit: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Quid ergo mirum, si sub lege gratiæ Christiani (quorum sanctissima professio est) quietæ pacatæque mentis existant, & concaleant interius ipsorum corda, & in meditatione diuinorum exardescat ignis? Nimirum his proprium est, interioribus oculis in cœlum semper intentos orare: orare (inquam) spiritu pariter & mente, cunque psallendum est, psallere spiritu, psallere & mente secundum Apostoli sententiam: quemadmodum & de Anna Samuelis matre legimus, quod multiplicans preces coram domino loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Effudit enim animam in conspectu domini. Quāto iustius post tot accepta diuinæ gratiæ beneficia, nunc absorbere nos poterat ardor contemplandi, vt interim quæ sensibilia sunt, & ad cultum corporis pertinent, veluti prophana negligeremus, omniaque seu stercora reputaremus ob vnū Christum nobis lucrifaciendum, qui est pijs omnia in omnibus. ¶ Cur vero mirandū id putes in homine Christiano, si philosophus vere pietatis ignarus, aucupandæ tamen momentaneæ gloriæ causa non minora præstabat? Certe Anaxagoras hæreditaria prædia contemplationis gratia fortissime contempsit. Carneades tanta ad id

quod

q̄d mente cōceperat, intētione ferebaī, vt ad mē sam sedens, non cibū potūq; sumere, nō sumptū in os ferre meminisset, nisi Melissa cōiūx appre hēsam leniter dexteram ad obsequium neglecti corporis retulisset. Archimedi vero tā ingēs animi cura oculos atq; aures cōcluserat, vt cū studio amitteret pariter & vitā, mortēq; necteret sopori cōtemplatiōis, et quidē vanę contēplatiōis. Est apud Platonē q̄q;, sacerdotes Athenis, q̄ publico donabanī ęre, a populo separatos viuere cō sueuisse, vt ne vlla cōtagione vel illoꝝ castitas polluereī, vel cōtemplationis & studioꝝ quies interturbari posset: adeoq; sacris intētos esse, vt mundi negociȷs omnibus curisq; posthabitis, nīi quam cognatos, nunq̄ amicos, & ne liberos quidē inuiserent, sed templo tantum prętentes, naturalium reꝝ syderumq; contēplationi post expleta sacra totos animos intēderent: neq; cibis craſſioribus aut pinguibus vti mos erat, sed viliſſimis, vt hysopo, salignis, floribus & fabis (vnde fabariȷ quoque dicti sunt) vt ita contemplationi, continentiæ cantuique forent aptiores. Quid hæc ad Christianorum delicias & luxum relataī? Pudeat sane Christianum, pudeat Christo deuotum siue religiosum, pudeat (inquam) ipsis deorum ac potius dæmoniorum sacerdotibus esse minus religiosum. Qui patri cœlesti & Christo domino se debere gratias fatentur (vt fatemur omnes) pudeat hos meditationum & contemplationum sacrarum ignaros esse. Multo magis pudeat, si quod nesciunt, id iam vel hic discere suapte sponte recusent. Et quid facias istis, qui suas amant tenebras, oblatamque lucem auersanīr? Discēt olim suo malo, sed intempestiue discent, quod salubriter discere nunc detrectant.

¶Interim nõ sum nescius, difficile videri, quod animus euagabundus ad quietem & solitudinem reuocatur. Nec diffiteor in hoc opus esse spiritu, quem tamen petenti & quærenti minime defuturum Christus ipse pollicetur. Si pugna difficilis, victoria spectosior, si labor molestus, merces copiosior. Ipsa dolorum multitudo consolationum Dei magnitudine compensatur. Nec frustra iam olim dictum & creditum est: Difficilia, quæ pulchra. Quanquam nihil tam difficile, quod vsu & exercitatione tandem non molliatur, atque adeo non leue, iucundumque fiat. Vetus est sententia: Diligẽtię opera, obtusitas quęq; permollitur. Quid? An tam delicatus quisquam esse potest, cui dura & molestum videatur cum Christo colloqui, cum sanctis & angelis familiariter viuere, Christum si non admirari virum, saltem conspicari puerum, osculari infantem, cogitare humilem, audire docentem, & per omnia denique Christum in auribus & oculis habere? Nimirum vt huius natiuitatem, circunciſionem, apparitionem, oblationem, exilium, obedientiam, baptismum, ieiunium, prædicationem, miracula, beneficia, passionem denique omnem rememorems, quid obsecro difficultatis ingerit Christiano? Ille tanta tamq; extrema tui amore tot annis pertulit o homo: & tu ingratus adhuc esse pergis, vt vix cogitare digneris, quæ pro te durissima sustinuit? ¶Sane qui volet vel parum esse diligens, habet hic (vt ita dixerim) præmansum cibum, habet copiosum iuxta ac planum quendam campum, in quo veluti per amœnissima prata discurrat, & omne genus flores decerpat. Primum quidem, vt seipsum exacte contempletur, animæque suæ vires, poten-

potentias, operationes & sensus perscrutetur. Et his agnitis, videat, quo pacto se totum & spiritu & anima & corpore duntaxat in autorem Deum referre debeat. Tum quibus modis vitæ & passionis Christi beneficijs tam orando, quam viuendo respondendum sit, quatenus humanitatis filij Dei merita nobis applicentur, nos purificent ac saluent, potissimum efficacia preciosissimi sanguinis, quo mundi totius peccata delentur. Præter hæc, quibus vijs per ipsam saluatoris humanitatem, in Dei sublimitatem assurgamus, ita vt per verum ostium Christum introeũtes saluemur, & ingrediamur & egrediamur, & pascua demum inueniamus: neque tam ipsi viuamus, quam Christus ipse viuat ac vegetetur in nobis: vt nihil amplius illius imperio ac voluntati in nobis repugnet, sed ipse nobis omnia sit in omnibus, huic perpetuo & fideliter adhæreamus, huius oris osculum longe præsentissimum capiamus, & quam demum suauis ille sit in diuinis illis amplexibus, intime sentiamus. Quamquã non ignorem, nonnulla hic desiderari posse, præsertim a nasutis lectoribus. Nec mirum, quum apud patres etiã sanctissimos haudquaquam desunt, quæ citra negòcium in calumniam rapi queant. Quãto iustius huic libro danda est venia, si cubi non ecclesiæ quidem (a qua nunquam recedit) sed Philosophorum scholis alicubi dissonare videatur. Voluit enim autor (quisquis is fuit) pia magis quam docta ac phalerata proferre, potissimum quia simplicibus liber scribebatur. A quibus cupidissime semper exceptus hucusque fuit, vt sæpe nouus per typographos recuderetur. Atque præter innumeros probatissimi iuxta & pijssimi viri contestantur,

libri lectionem sibi mirum in modum subinde profuisse. Postularunt igitur diligenter, vt huius thesauri copia fieret etiam exteris, hoc est, vt Latine traductus liber in manus omniũ perueniret. Id nunc primũ post multam multorũ expectationem effectum est, nec est (vt dicere cœpi) quod libri autoritas idcirco periclitetur, qa philosophicis & scholasticis subtilitatibus non fortassis vbique respondet, sicut in partitione virium animæ factum quis queri forte potest. Sed in huiusce modi locis commodum requirimus lectorem & candidum, qui sic ista legat, vt hisce tam sanctis meditationibus diligenter etiam assuefiat, Christumq; legẽdo totum induat. Quod ad autorem attinet, quis hic sit, non refert explicare, quum hactenus nunquam se nominari passus sit (vt est omnis humilitatis & modestiæ tenacissimus) nihil prorsus ex hoc opere suũ vendicans, sed quicquid bonum & pium videbitur, vni omnium autori Deo ferens acceptum: ad cuius gloriã hæc omnia congessit, posteaquam annis plurimis in hisce pietatis exercitijs admodum se diligenter exercuisset. Quẽ sane librum vir celeberrime M. Burcharde nominatim tibi dedicatum volui, vt pro tua incredibili eruditione versionem istam iudicares, & ab æmulorum calumnijs defenderes. Dominus Iesus omnẽ seculi prudentiam e nobis profliget, ac sapientissimam illam stultitiam suam inserat pectoribus nostris, vt quæ tantum ad ædificationem sunt, mutuo conquiramus.

Vale.

INDEX

INDEX CAPITVLO-
rum Libri primi.

PRæfatio introductoria.
Inuocatio ſpiritus ſancti contra vitia.
De noſtro principio ex quo manauimus. Cap. 1
De angelorum creatione & ruina 2
De hominis origine & lapſu 3
De reparatione noſtra per filium 4
De triplici vnione in vno homine 5
De iſtarum trium partium ornatu 6
De vitijs eradicandis & virtutibus inſerendis. 7
Qualiter in nobiſipſis Deum agnoſcemus 8
Simplex quędam cognitio S. Trinitatis 9
De viribus animæ & earum operatione 10
Quomodo Deus intra nos ſit 11
Vbi ſint in nobis animæ vires 12
Cur hæ vires animæ collatæ ſint 13
In quæ mala vires ipſæ corruerint 14
In quo rurſus erigi debeant 15
In quo perſiſtere poſſint 16
De quinq; vtilitatibus huius exercitij 17
Vt nobis ipīs moriamur, ſoliq; Deo viuam 9. 18
Anima Deū vbiq; quærit, ſed in ſeipſa inuenit
Vt Deus intra nos ſit in ſua imagine. 20. (19
Vt anima nobilis ſe ad Deum conuertat 21
Vt ſol diuinus omnes animæ vires attrahat. 22
Vt anima ornatā ad Deum conuerſa, & inquinatur a creaturis 23
Vt in nobis IIII. nouiſſima portemus 24
De quadruplici fide nobis neceſſaria 25
De fiducia in Deum 26
Vt anima per ſpem introducatur 27
De ſpe, quæ ex fide naſcitur 28
De charitate ex fide & ſpe 29
Vt diuino ſe amori tradat anima 30

De

De introuersione ad admandum Deum 31
De timore seruili iniiciendo 32
Vt in amore proficiendum sit 33
De timore Dei ex amore orto 34
De vigilantia contra tentationes, & oratio pro diuino auxilio 35
Vt in passione domini nos fundemus 36
Vt non turbemur in defectibus nostris 37
Vt imaginẽ Christi ante oculos portemus 38
Vt in deitate & humanitate Chri habitemus. 39
De abnegatione, patientia & nihilo 40
Decem puncta perfectionis 41
De abnegatione, patientia & amore 42
Vt dominum Iesum induamur 43
Vt pro alijs orandum sit 44
Vt in operibus nostris maneamus Deo vniti. 45
De apice vel centro animæ 46
De plena nostri mortificatione 47
Vt iuxta formam vitæ Christi viuendum 48
Duo puncta, ne decipiamur 49
Vt anima cum a Deo visitatur, se habeat 50
Vt se circa exteriorem hominem custodiat 51
Vt X. precepta exercenda sint 52
De duobus primis mandatis 53
Vt VII. sacramenta exercenda sint 54
Vt VIII. beatitudines exercendæ sint 55
De VII. artibus libera. ad VII. verba Christi. 56

Libri secundi.

Soliloquium animæ cum Deo 1
De dignitate animæ cum Deo vnitæ 2
Vt festa omnia in anima celebrentur 3
Vt semper simplices in Deo maneamus 4
Vt mane se anima leuet in Deum 5
De resignatione vt Deus in nobis operetur 6
Vt Deus ad se inuitet animam 7

con-

condolendum proximis peccantibus 8
vt anima intus Deum audiat & obseruet 9
de cautelis, ne intus decipiamur 10. & 11
de triplici deuotorum genere 12
vt anima se in sanguine Christi lauare, & per tres scalas ascendere debeat 13
ascensus per Christi corpus 14
ascensus per Christi animam 15
impedimenta ascendenti vitanda 16
ascensus per Christi spiritum 17
vt Deus in anima inueniatur 18
vt anima gratiæ Dei satisfaciat 19
vt scala hæc cœlum tangat 20
ascensus per scalas in IX. gradus virtutum 21
primus gradus est timor domini 22
secundus gradus amor Dei 23
tertius est discretio virtutum 24
profectus ab actiua vita ad spiritalem 25
quartus est humilis patientia 26
quintus est contemptus mundi 27
sextus est patiens introuersio 28
septimus resignatio voluntatis 29
octauus simplicitas intellectus 30
nonus est simplicitas cogitationum 31
vt angeli hos homines circundent 32
vt isti homines a Deo dotentur 33
vt ascendere & descendere debeamus 34
oratio confessoria peccatorum 35
oratio pro venia & pro imitatione Christi 36
vt Deus in animam adueniat 37
vt p̃dicti IX. gradus fuerunt in beata Maria. 38
vt Deus habitet in anima 39
vt intus Deo semper adhæreamus 40
vt primum quæramus regnum Dei 41
vt mane per orationem dominicam nos introuerta-

uertamus 42
Vt externa opera ſpiritualiter exerceamus 43
Vt nos diuinæ operationi reſignemus 44
Vt in paſſione domini ſemper cõmoremur. 45
Vt aïa Chriſto ad VII. horas ſe conformet. 46
Vt prandium in cruce ſeruet 47
Vt hora completorij dominum ſepeliat 48
Vt de ſero conſcientiam ſuam examinet 49
Vt cum Deo requiei ſe tradat 50
Oratio animæ ad Deum euigilantis 51
Vt anima ſponſum ſuum ad ſe inuitet 52
Oratio alia animæ euigilantis 53
Vt ſe in paſſione domini exerceat 54
Vt eandem ſemper circunferat & imitetur 55
De vtilitate huius exercitij 56
Vt anima per derelictionem probetur 57

Libri tertij.

Quod dominus Ieſus habuerit ſpiritum gaudio ſum, animam triſtem, & corpus pœnoſum 1
Vt conformemur Chriſto per gaudioſum ſpiritum, triſtem animam, & corpus pœnoſum 2
Vt ad VII. horas Chriſto conformemur 3
Vt Chriſto intus & exterius conformemur 4
De triplici animæ illuminatæ triſtitia 5
Vt membra noſtra in Chriſtũ transformentur. 6
Vt imago Chriſti nobis imprimatur 7
Vt feſtorum memoria in anima maneat 8
Vt in ſpiritu & anima Deo vniti maneamus 9
Vt omnẽ curioſam multiplicitatẽ vitemus. 10
Vt tres hoïs partes ornẽtur VII. ſacramentis. 11
VII. donis ſpiritus ſancti 12
VIII. beatitudinibus 13
Et virtutib. Theologicis, cardinalib. & moralib. 14
Vt IX. angelorum chori nobis adſiſtant 15
De diuitijs animæ mortificatæ 16

De

De cruce amicorum Dei 17
Vt distracti per fidem intus reuertamur 18
Deuota explanatio Euangelij: In principio 19
Vt exemplo D. Marię Deū in spū adoremus. 20
Vt eius exemplo orandum sit 21
De vera contemplatione 22
De amicorum Dei contemplatione 23
Interpretatio mystica nominis Mariæ 24
De natiuitate Dei in spū, aia & corpore Marię
Vt nomini Mariæ conformemur 26 (25
Vt natiuitas Dei in nostro spiritu, anima & cor
pore fiat 27
Interna diuini auxilij imploratio 28
Oratio pro diuina gratia 29
Vt Deum intus alloqui debeamus 30
Interna vnio cum Deo 31
Exercitium vnionis cordis cum Deo 32
Vnio cordis breuior pro occupatis 33
Oratio per diem sæpius replicanda 34
Tria in exercitio nostro frequentanda 35
Ad VII. horas canonicas meditationes 36
Vt nos ipsos circa has horas consideremus 37
Exercitium ad XXIIII. horas diei 38
Vt Deum in spiritu adorare & passionem domi
nicam interius exercere debemus 39
Orationes internæ de passione domini 40
Resignatio & vnio interna 41
Exercitium fidei pro communione spiritali 42
Oratio interna pro perfecto amore 43
Oratio interna pro puritate cordis 44
Oratio pro humilitate & patientia 45
Contra tria capitalia vitia 46
Orationes internæ ad Deum 47
De frequenti innouatione spiritus 48
Oratio pro cœlesti benedictione 49

Exer-

exercitium breue orationis dominicæ 50
aliud longum cum VII. solitudinibus 51
meditatio super salutatione angelica 52
exercitium super Symbolo apostolorum 53
aliud super eodem Symbolo 54
gratiarū actio pro se & omnibus hominibus. 55
de triplici vita Deo placita 56. & 57
præparatio ad sacram communionem 58
aliæ orationes ante sacram communionem 59. 60. & 61
gratiarū actio post sacrā communionē. 62. & 63
alia exercitia post sacrā cōmunionē. 64. 65. et 66
exercitia pro morituris 67. 68. & 69
vt Deum fontem viuū in nobis inueniamus. 70
gratiarum actio autoris ad Deum 71
qualiter hic liber sit intelligendus 72. & 73

Libri quarti.

De triplici via XV. incitamenta feruoris 1
de via purgatiua meditationes VII. 2
orationes contriti cordis pro venia & gratia. 3. 4. 5. 7. & 8
oratio per vulnera ad cor Iesu 6
de via illuminatiua meditationes 9
oratio pro illuminatione mentis 10
de via vnitiua præparatio 11
de via vnitiua meditationes 12
compendium viæ vnitiuæ 14
orationes inflammatiuæ & aspirationes amorosæ 13. 15. & 16
de rigore diuini iudicij circa morientes 17
formula correctioris vitæ 18

FINIS.

D. DO-

D. DOMINICI CARthusiani exhortatio ad pœnitentiam.

HOmo Dei creatura, Cur in carne moritura Est tam parua tibi cura De æterna gloria? ¶Illa quanta sit si scires, Præter eam nil sitires, Nec mũdana sic ambires Vana transitoria. ¶Et si pœnas infernales Agnouisses, quæ & quales, Tuos vtiq; carnales Appetitus frãgeres. ¶Et innumera peccata, Dicta, facta, cogitata, Mẽte tota consternata Merito deplangeres. ¶Tot sunt gaudia sanctorum, Tot tormenta reproborũ, Quod immanitas amborũ Nullo sensu capitur. ¶Donec anima post mortẽ, Aut bonorum sumat sortem, Aut malorũ ad cohortem Improuise rapitur. ¶Quãdo caro sepelitur, Heu de spiritu nil scitur, Vtrũ gaudet an punitur, Nõ fit magna mentio. ¶Luctus quidem simulatur, Sed substantia vastatur, In propinquos generatur Zelus & contentio. ¶Mors est bonis, Mors est malis, Sed sors nimis inęqualis, Subinfertur ęternalis Vitæ vel interitus. ¶Exequiæ si celebrãtur, Si vel noti conuiuantur, Nil defuncto suffragantur, Si sit factus reprobus. ¶Nullum tempus pœnitẽdi, Mora nulla reuertendi, Neq; locus fugiẽdi Miseris supererit. ¶Si vis sursum, detraheris, De abyssis extraheris, Iudici vt præsenteris, Nec quicquã intererit. ¶Si non Iesum dilexisti, Nec Marię seruiuisti, Nec patronũ quęsiuisti Tibi in subsidiũ. ¶Quis orabit pro delicto? Quis spondebit pro cõuicto? Quis iudicio tam stricto Fiet in præsidium? ¶Pacis angeli astabũt, Sicut scriptum est, plorabunt, Iustam tamen approba-

bunt Iudicis sentẽtiam. ¶Et quod sonat mãgis dure, Omnes Dei creaturæ Aggrauabunt iusto iure Ream conscientiam. ¶Sed hęc factis ex scelestis Est suũpsius testis, Nullam iudicis in gestis Intuens iniuriam. ¶Tunc horrendi hinc tortores Tot incutiunt terrores, Vt iam sentiens dolores Vertatur in furiã. ¶Tunc a bonis reprobata In seipsa desperata Anima sic desolata In profundum mergitur. ¶Vbi chaos hoc firmatur Quod nũquam egrediatur, Sicut Abraham testatur Huc illinc non pergitur. ¶O quæ lingua vel narrare, Vel quis sensus cogitare, Quis vel audet numerare Mala multiplicia. ¶Quæ damnãdis sunt parata, Et diuersis deputata Prout singula peccata Exigunt & vitia. ¶Sic nec auris hic audiuit, Nec videre quisquam sciuit, Solus qui in cœlis viuit Scit experiẽtia. ¶Quid a malis liberati Et in gloria locati Ipsi possidẽt beati In Christi præsentia. ¶Licet quiddam mundæ mentes Inde gustent hic viuentes, Tamen quid sit nescientes Sunt quod fide viderint. ¶Carne donec sint exutæ Cœlos intrent impolute, Clare vident & tute, Quod ante crediderint. ¶Vbi cõditoris sui Vultu semper possunt frui, Felix prorsus illa, cui Visio conceditur. ¶A qua nunq̃ separetur, Sed perpetuo lætetur, Vbi mali nil timetur, Nec quis ibi læditur. ¶Illic angelorum chori Sancti facie decori, Viuere & nunquam mori, Mortis nec memoria. ¶In æternum sed gaudere, Summo bono inhærere, Cuncta bona possidere In æterna gloria. ¶Sed his paucis propalatis Partim tactis & narratis, Quæ vel sanctis, vel damnatis Præparata legimus. ¶Iam prudentius agamus, Bona nobis eligamus, In hoc mundo defleamus Mala, quæ

pere-

peregimus. ¶Non viuamus vt iumenta, Ne post mortem ad tormenta Veniamus ad lamenta Intolerabilia. ¶Modo veniam precemur, Mortem Christi veneremur, Ad superna præparemur Desiderabilia. ¶Ecce mundus euanescit, Decor eius iam decrescit Et quotidie vilescit Fallax eius gloria. ¶Quæ demergit ad inferna, Ergo gloria superna, Vita nobis sempiterna, Iugis sit memoria. ¶Vt defuncti subleuemur, Cum cœlestibus lætemur, Et in Deo gloriemur Summe delectabili. ¶Qui solus glorificandus, Est amandus, & optandus, Laudeque magnificandus Est interminabili. ¶Quem ordines angelorum, Chori laudant & sanctorum Animæque beatorum, Mundæ plus quam specula. ¶Ipsum & nos gratiosum Collaudemus speciosum Regnantemque glorioſum Per æterna secula, Amen.

EX LIBRIS D. DIONYSII
Carthusiani.

LEx metuẽda premit, mortalib9 oĩbus vna
Mors cita, sed dubia, nec metuẽda venit.
Circuit & surgens sol vitã præstat, & idẽ
Cum cadit, annihilat, quod nihil ante fuit.
Passibus inuigilat nostris mors omnia rodens,
Nec sinit esse diu, quicquid in orbe fluit.
Passibus innumeris agitatur in æquore puppis,
Sic rapitur varijs vita agitata malis.
Fluctib9 aut morbo, seu flãmis, strage, veneno,
Mare, fames, calidum, frigora, cura nocent.
Ergo quis in tantis possit, cras, dicere, viuam,
Cum videat, quoties mors male visa ferit?
Finge quod aspicias moriẽtem, sed freme, nãq;
Consimili pœna te vocat vna dies.
Finge quod aspicias corrosum vermibus, eccẽ
Consimili dente te petit illa lues.
Ortum quæq; suũ repetunt, terramq; sequuntur,
Flos fluit, vmbra fugit, omnia nata cadunt.
Nil reputo lõgum, dubius quod terminus angit,
Crastina forte dies, est mihi sola dies.
Proh quicunq; dies sibi longos æstimat, errat,
Nulli est tota dies viuere tuta dies.
Mille fuere viri, mílleni, millia mille,
Corpus humo putruit, nomine fama caret.
Sed superest meritis mercedem sumere dignam,
Optima pro meritis, & vitiosa pati.
Aspice iudicium metuendum iudice tanto,
Qui vocat, & veniet illa tremenda dies.
Quæ fecisse voles hoc tempore, quo morieris,
Perficias hæc, dum corpore sanus eris.
Vado mori, credens per longum viuere tẽpus,
Forte dies hæc est vltima, vado mori.

PRAE-

PRAEFATIO AVTOris in libros sequentes.

DOminus noster Iesus Christus cum in omni vita, tum in passione sua sacratissima, veram euãgelicæ perfectionis semitam omnibus nobis præmonstrauit. A quo perfectionis tramite quam enormiter deuiatum hodie sit per omne hominum genus, ne sanguineis quidem lachrymis digne pij deplorãt. Nec immerito, cum hinc facile colligant sequi horrendum Dei optimi maximi contemptum ac inæstimabilem iniuriam, tum certissimum tot animarum periculum, quæ suam negligunt salutem. Negligũt, inquam, dum plerique priuato amore ducti, carnis commoda sequuntur, dum inanem mundi vanitatem diligunt, dum personis quibusdam sensualiter afficiuntur, dum verborum ineptijs vacãt, ac temporis optimam occasionẽ transigunt vel dissolutionibus, vel sollicitudinibus, vel diuitiarum studio, vel inanis gloriæ ac honorum appetitu. Nonnulli rursus impedimenta adferunt per cordis amaritudinem, & erga peregrina distractionem: nonnulli propter passionum suarum immortalificationẽ: aliqui ratione propriæ prudentiæ: quidam inordinati studij causa, sicut & illi, qui ieiuno prorsus affectu & charitate frigidi, curiosius dant operã literis, etiam sacris, & intellectum vanis quibusdam rebus ac artibus exercent, verum de sancte viuendo quam minime solliciti. Sunt demum, qui defectibus quibusdam impliciti, seu vanis occupationibus dediti, mille modis fallant seipsos, dum velut crassissimum obijciunt struuntq; sibi murum aduersus

gratiã Dei, nec multis quidem annis quicquam in spiritu promouent. Tantum sat illis est duci consuetudine quadam viuendi, & iuxta coeptam de se opinionem æqualiter progredi, potissimum autem vti sensualitas exposcit. ¶Quare nihil mirum, si gustare nunquam incipiant, quam vere suauis sit dominus diligentibus se. Nihil mirum (inquam) si mystica Theologia, siue diuina sapientia (vt hic proponitur) fortasse illis stultitia videatur, cum nec mortificare membra sua, nec vi rapere regnum Dei, nec Deo legitime certare contendant. Et quomodo contendant, in quibus nullus pene feruor Deo placendi seruiendive comperitur? Enimuero, si diuinos instinctus vigilanter intus animaduerterent, si seipsos ex animo abnegarẽt, si Deum semper præsentem reuererentur, omnique sollicitudine custodirent corda sua, fieret vt ne defectus quidem exiguos in seipsis præterirent: fieret, vt ad sensuum oblectamenta nõ facile defluerent, ad consolatiunculas non aspirarent, non tantam creatis rebus curam impenderent: quicquid facerent denique, magis ex vera deuotione, quam ex arida consuetudine facerent. Ad hæc, de manibus domini, quum prospera, tum aduersa susciperẽt, & propter euentuũ varietatem in tam varios affectus & quasuis perturbationes non ilico traherentur, vtpote instabiles, cupidi, vani, negligentes, amari, torpidi, leues, dissoluti, tumidi, suspicioſi, petulãtes. ¶Sed eheu, quanus calamitatum cumulus hos manet in die iudicij, quantopere coangustabuntur & confundentur miseri, posteaquam dominus illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit consilia cordium, quæ sibi potius intenderunt, quam

quam creatori Deo? Cuiusmodi si vel ex parte noscent, quantus demum horror, quanta dolorum vastitas ipsos iamiam morituros corripiat, mirum si non ossium ipsa medulla nunc in eis emarceret, mirum si diu noctuque seipsos non plorarent. ¶ Verum vt illis ipsis etiamnum consulatur, deinde vt pietatis & humilitatis amatoribus diuina quædam sapientia commonstretur, qua commode liceat in primæuam originem fontemque nostrum Deum reflecti: propterea in sequentibus hisce libris vere spiritualia præbentur exercitia, traduntur documenta, proponũtur meditationes, quibus omnibus hoc vnum agitur, licet simplicissimis verbis, vt quisquis bonæ volũtatis erit, quasi cõpendiaria via perfectionẽ assequatur euangelicã, & intimam cũ Deo vnionem. Quare non temere contigit huic libro titulus Margarita Euãgelica, vt quæ totius euangelicæ sapientiæ latentẽ continet thesaurum, & summũ ornamẽtum exhibet. Quanq̃ non omnibus hæc Margarita venit contrectanda. Refugit enim impuras manus, & a candido candide tractari desiderat. Cãdido (inquam) qui veteris hominis squalore posito, velit in hominem nouũ totus transformari. Quandoquidem præcipua hic materia versatur de introuersione in spiritũ, scilicet vt a creatis rebus omnibus abstracti, solum Deum nudis puri amoris brachijs amplectamur ac retineamus: Christi vero sanctissimã humanitatẽ tam intus, q̃ exterius ad plenũ imitemur. Sunt procul dubio corda multorũ secularia, qui cum thesaurum spiritus conculcent, & pro spiritu literam scripturæ capiant, merito ista non lecturi sunt. Ipsa Dei sapientia simplicibus delectatur, & mundi sapientes

auerſatur: ſimplices autem, quibus iſta ſimpliciter ſcribuntur, in primis religioſi cẽſendi ſunt, quorum præcipuum eſt officium, vt vitæ contemplatiuæ dediti, vnam illam & eandem optimam partem colant cum Magdalena. Colent autem, dum hic, quæ contemplatiuæ vitæ exercitia ſunt, velut in ſpeculo propoſita ſequentur. Quamq̃ enim Chriſtianorum omnium ſit, diabolo, mundo & vanitatibus eius perpetuo renunciare, qui tamen ſpirituales dicuntur, iſs præcipue curãdum eſt, vt ſoli Deo creatori tota virtute ſeruiant, omnique mentis puritate adhęreant. Quod fieri non poteſt ſine conſtanti abnegatione ſuiipſius, vt inſtar Abrahæ libenter egrediamur de terra noſtra, id eſt, abiiciamus terrenarum rerum imaginem & proprietatem. Egrediamur inſuper de cognatione noſtra, hoc eſt, ab omni cogitatione fœda, vaniſque deſideriis elongemur. Egrediamur denique de domo patris noſtri, vt omnem ſeculi memoriam excutiamus. Ita fiet, vt æternus ille rex concupiſcat decorem noſtrum, ſeque totum nobis infundat, nobiſcum cœnet, ſuauiterque cubet. Nec vllatenus putandum eſt huiuſmodi pias contemplationes quicquam obeſſe diſciplinæ regulari vel exercitiis actiuæ vitæ, quæ per huiuſcemodi mirum in modum etiam confirmantur, ordinantur & ſtabiliuntur. Nec eſt quiſquam vitæ contẽplatiuæ cultor idoneus, qui non laboribus actiuæ vitæ primum inſudauerit. ¶ Demũ vt dignoſcantur, qnam Dei ſpiritu, quive ſuo ducãtur, ſi q forſitan p̃ſcriptis hic exercitiis abutẽtur, obſerua, nunqd iniuriã oẽm ęquanimiter ferãt, ſi mites et humiles corde, nihilq; ſint in oculis propriis, ſi malũ acceptũ nõ vlciſcãtur, ſi ſuperioribus

obtem-

obtemperent, si veritatem omni tempore conser uent, & errores fugiant, si pœnitentiæ laboribus hilariter exerceãtur, ac duritiem perpeti velint, si pia in Deum fiducia semper sint longanimes, si pacifici, tractabiles & iusti reperiantur, vt nihil seruent proprium, seipsos nusquam quærant, nec proximis inuideant, si non mordaces, non instabiles, non inquieti, non verme cõscientiæ afflicti, non superbi, non ambitiosi, non ad iram, malitiamque procliues, non malis cogitationibus inquinati: si denique non sint gaudentes de malo proximi. Et non dubites huiusce modi homines Dei spiritu vegetatos. Porro, qui hisce charitatis fructibus contraria sectantur, spiritu Dei produnt se procul dubio destitutos. Nemo tamen adeo rudis siue vitiosus est, modo resipiscere voluerit, cui per simpliciora simul exercitia nõ hic quoque consulatur: vt eisdem velut paruulos lacte viam salutis suæ exordiatur, donec profundissimo humilitatis iacto fundamẽto, vitijs quoque & concupiscentijs vtcunque mortificatis, valeat (quemadmodũ tenetur) in prædictis charitatis fructibus progredi, & quæ retro sunt, obliuiscens, ad sublimiora huius libri exercitia se se extendere, suæque vocationi magis magisq; respondere. Ne quod absit, talenti crediti neglector effectus, ab ore dominico euomi, a sanctorum tandem consortio disiungi, & seruo pigro grauissimis in pœnis, mereatur annumerari. Id a nobis auertat misericors Deus, Amen.

SVPPLEX INVOCATIO SPIritus sancti, pro donis eius, ac virtute quælibet vitia superandi, matura & humili mente tractanda.

VENI sancte spiritus, et emitte cœlitus, lucis tuæ radium. ¶ O spiritus sancte Deus, qui es patris & filij charitas, bonitas & misericordia infinita, qui essentialiter sanctus es, et omnia opera tua sancta sunt, qui hominem purum, humilem, patientem, spiritu pauperem, obedientem, amabilem, mitem, pacificum, simplicem, deuotum, salubriter timoratum, humiliter confidentem, ad Deum feruidum, & ad omnes homines veracem efficis. O clementissime spiritus sancte Deus, non sum ego dignus tantam gratiæ plenitudinem a tua diuinitate suscipere, quantam electissimi illi Christi apostoli in sancto Pentecoste pluresque alij vtriusque sexus homines sancti percipere meruerunt. Oro igitur te per infinitam bonitatem tuam, vt saltem vnum diuinæ lucis ac illuminationis tuæ, omnem intellectum angelicum, omnemque totius mundi illustrationem, scientiam atque sapientiam transcendentis radium in animam meam dirigere digneris. ¶ [Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.] Veni in me o spritus sancte. Fateor quia male præparatum est cor meum, nec vllis virtutibus exornatum, magis autem multiplici passionum, vitiorum atque defectuum immunditia conspurcatū. Sed tamē veni in me o spiritus sancte, qui pater es pauperum inopiam suam agnoscentium. Officij quippe tui est, peccata arguere, peccati dolorem infundere & cor contritum diuinitatis tuæ dulcedine consolari, Quicquid animæ deest, tu largiris. Tu enim dator es munerum. In te copiose inuenio, quicquid mihi siue in intellectu, siue in affectu, siue in

ipso

ipso cordis mei fundo deesse cognosco. Tu enim verum lumen es cordium, qui cor hominis, in quo operari disponis, ad summi perpetuique boni (in quo bona omnia consistunt) cognitionem illustras. Descende igitur in meo spiritus sancte. Cui enim lucem tuam infundis, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, per quod satis intelliget & agnoscet, quomodo omnem suam conuersationem intus & exterius, siue coram Deo, siue coram superioribus, siue coram æqualibus, siue coram subditis, in sua deuotione, in cogitationibus, in intimis affectionibus, in facienda confessione & demum in orationibus suis instituere debeat ac teneatur. Satis igitur æquum est, vt oculis ad cœlum leuatis, magno humilique affectu atque fiducia clamemus, dicentes: Veni sancte spiritus, veni lumen cordium. ¶ [Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.] O suauissime spiritus patris, & domini nostri Iesu Christi filij eius, veni & infunde mihi diuinam gratiam tuam, & cœlesti consolatione tua recrea cor meum, Tu nanque consolator es optimus. Multa domine in hac lamentabili periculosaq; vita inuenio: diuersi quoq; consolatores occurrunt mihi, sed nihil omnino fundum animæ meæ consolari potest, cui fiducialiter inniti ausim, nisi duntaxat diuina præsentia tua atque influxus in cor meum. Sæpe quidem meipsum spe bona gratiæ tuæ consolor, Prælati quoque & superiores mei, fratres & sorores meæ, sed & ipsa corporis fortitudo & incolumitas qualecūq; mihi interdum solatium præstant, dum me per gratiam tuam bona adhuc aliqua facturum spero, sed super hæc omnia, quãdo tu Deus meus visitare dignaris

ris hoſpitium cordis mei, illa plane optima, ſecuriſſima, feliciſſimaque conſolatio exiſtit. Tu quoque dulcis hoſpes es animæ, qualem vtique hoſpitem habere, non eſt alienum et incognitum amicum hoſpitio recipere. Cum enim ad hoſpitium venis cordis mei, tũc ego viuo in te & per te, non autem tu Deus meus per me. Et quamuis ſecundum aliquem loquendi modum ad nos venire, apud nos quieſcere, paſci ac delicias habere dicaris, locum tamen requiei tuæ tuipſe præparas, & cibum quo nutriri, & in quo delicias inuenire diceris, tuipſe tecum adducis: Ea quoque nobis largiris, quæ corda noſtra idonea reddunt ad digne reuerenterque ſuſcipiendum ſtudioſeq; conſeruandum præſentiam tuam. Inſuper præſtas nobis, quod te dominum Deum noſtrum etiam in præſenti vita per diuinam gratiam tuam, ad magnam quietem, vtilitatem, delectationemque noſtram ſuſcipere valemus. Denique & eum qui te hoſpitio ſuſcipit, ſupra omne meritum gloria inenarrabili coronas. Et ergo vere dulcis hoſpes es animæ. Veni q̃que in me o ſpiritus ſancte Deus ad reſtinguendam ingentem flammam, feruidumque calorem multiplicium atque magnarum paſſionum mearum. Sentio enim in me domine malas vitiorum inclinatiões, qbæ me multum affligunt, feruoremque cordis mei valde deprimunt, atque a te Deo meo retrahũt, impediũtque. Magnũ in me ſuperbiæ ignẽ ſentio. Facile ad conſideranda bona opera mea, & ad gaudendum vanamque complacentiam habendum in eis inclinor. Cito aliorum defectus etiam minimos conſidero, & peiora quam foris video, ſuſpicari non timeo. Multa in alijs mihi diſplicent, quæ in meipſo vix vnquam attendo.

Gula

Gula quoque dominari mihi appetit. Luxuria totum me malæ concupiſcentiæ flamma vaſtare cupit, & ſimiliter alia aduerſum me vitia inſurgunt. Neque enim finem noui omnium feruentium paſſionum ſenſualitatis meæ. Sed dignare cœlitus illabi mihi ſpiritus ſancte Deus inſtar cœleſtis refrigerantis roris. Siquidem paſſiones meas non ſolis ieiunijs, non viuendi aſperitate, non ſobrietate, non diſciplinis alijsque ſimilibus edomare poſſum, niſi refrigerās iſte ros tuus o alme ſpiritus acceſſerit, ſine quo vtique quicquid legero in libris, audiero in ſermōibus, in ſuperiorum meorum admonitionibus, in confeſſione vel extra, parum mihi prodeſſe valebit. ¶ [In labore requies, in eſtu temperies, in fletu ſolatium.] O patris & filij ſuauiſſime ſpiritus, deſcende quæſo in fundum cordis mei. Cum enim te Deum meum intra me ſentio, nullus pro virtutibus labor mihi moleſtus eſt: imo quanto labor grauior eſt, tanto cor & conſcientia ampliori, ſuauiorique requie perfruuntur per te veracem Chriſti ſpiritum, qui omnem obedientiæ laborem absque difficultate ſubire, & cum ingenti gaudio, & quiete omnem obedientiam excipere facis. Imo quod plus eſt, per te maiorem fructum deſiderijque feruorem ad te Deum meum, in quouis etiam externo obedientiæ opere occupatus percipio, quam in quocunque alio per meipſum aſſumpto exercitio. Quapropter doce me o ſanctiſſime ſpiritus, vt quādo me nullo obedientiæ opere occupatum ſentio: deuotioni, contemplationi, orationi, atque ad Deum meum introuerſioni tunc feruentiori vacem ſtudio, tanquam exercitijs, quæ pro illo tempore, tuæ & ſuperiorum meorum voluntati magis placere

cere non dubito. Et non solum hæc spiritualia, verum etiam quæque externa opera, videlicet comedere, dormire, vigilare, tacere, loqui, operari, quiescere siue recreari, non ex propria voluntate, sed ex tua vel superiorum meorum simpliciter faciam obedientia: vt quo huic virtuti propinquiora, eo tibi reddantur magis beneplacita. Sicque sis mihi in omni labore requies. Insuper quæso venire in me dignare o spiritus sancte, quoniam in æstu temperies es. Ego vero in cunctis actibus meis nullam temperantiæ legem obseruo, modumque negligo tam in exterioribus rebus, quam exercitijs internis. Cum enim exterius aliquid operor, corpus simul & animam appono, ita vt cor meum ad te Deum meum conuertere non possim. Cum cibum capio, immoderato desiderio super cibum me effundo. Quando me tempore opportuno recreare volo, modum excedo. In ridendo vero & loquendo quam sim immoderatus quis explicet? Sed & in internis rebus ac exercitijs metas temperantiæ excedo. Quod enim cor meum apprehendit, in eo nimium requiescit. Si creaturas mente reuoluo ad contemplandum in eis te Deum creatorem, adeo ipsis immergor, vt potius impedimentum mihi sint quam medium quoddam ad te dominum Deum meum per desiderium perueniendi. Si aliqua mihi deuotio contingit, quando extra tempus ex propria voluntate deuotioni me trado, et plus inhæreo, maioremque delectationem atque fiduciam in ea habeo, quam in obsequio tuo diuino, quod ex ecclesiæ tuæ sanctæ institutione simul cum sancta communitate persoluo. In deuotione quo-

que

que mea adeo immoderatum gaudium fiduciamque habeo, vt peccatorum meorum ac timoris tui Deus meus sæpius obliuiscar. Econtra in confessione tantum me scrupulositati atque timoribus inuoluo, vt bonitatem ac misericordiam tuam obliuioni tradam. Sed & rursus sæpe sic potentiam, sapientiam & gloriam tuam attendo, vt Christi domini mei humillimam passionem ex toto obliuiscar. In alijs similiter centum modis intus & exterius, dum vni rei nimis intendo ac inhæreo, temperantiæ modum excedo. Veni igitur in me o alme spiritus, ac immoderata feruidaque cordis desideria tempera, inque cunctis siue ad te Deum meum, siue ad creaturas cordis mei conuersionibus modum, medium temperantiamque seruare me doceto. In omni nanque æstu, id est, excessiuo ac immoderato calore, tu temperies existis. Qui præterea etiam in fletu es solatium. O veni quæso in me dulcis spiritus Christi, qui crucem eius absque difficultate portare facis viam angustam, per quam electi ambulant, iucundam efficis, afflictiones quas ob amorem Christi corpori irrogamus, in solatium, recreationem roburque animæ conuertis. Breuiter, in fletu, in tristitia, in aduersitate, cunctisque passionibus, quæ in hac vita filijs tuis occurrunt, pax, gaudium solatiumque consistis. ¶ [O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.] Veni veni in me o supersanctissime spiritus, luceque diuinæ claritatis tuæ tenebras cordis mei illustra. Multa quidem clara lumina, scientiæ & artes in mundo existunt, sed super omnia lumina tu, o spiritus sancte Deus, lux es clarissi-

clariſſima beatiſſimaque. Ecce enim inueniuntur qui tam excellenter pingere ſciant, vt omnes in admirationem rapiant. Alij Muſicæ ſcientiam habent, ac in diuerſis inſtrumentis muſicis melodias doctaque carmina canere nouerunt. Alij naturas auium, piſcium, ac omnium animalium agnoſcunt. Alij motum cœli, Solis, Lunæ, ſyderumque, cauſamque tonitrui, fulminis, niuis, grandinis, pluuiæ, ventorumque intelligunt. Alij vires herbarum, lapidum precioſorum, fructuum, totiusque medicinæ omniumque infirmitatum agnoſcunt. Alij in diuerſis ſcientijs plurimum ſunt exercitati, variasque ac mirabiles practicas nouerunt. Alij excellenter ſunt eruditi in loquendo Græce, Latine & Hebraice ac alijs diuerſarum gentium linguis. Alij inſignes expertiſſimique doctores exiſtunt tam in ciuili, quam canonico iure, & in ipſa quoque Theologia, multaque ſcripturæ myſteria intellectus ſubtilitate penetrant. Alij plurimum ſunt illuminati ad prædicandum ac ſcripturas tam ſpiritualibus, quam ſecularibus aperiendum, exponendumque, prout res poſtulare videtur. Atque hoc modo diuerſæ inueniuntur claritates ac lumina intellectus. Sed ſuper omnia tu benigniſſime ſpiritus ſancte Deus in me quæſo deſcende, quia tu lux beatiſſima exiſtis. Cum enim tu Deus meus in aliquem per gratiam tuam venire dignaris, veram ei diuinamque noticiam ſuiipſius, ac labentis ſeculi, & tui quoque infundis, quæ vtique cognitio ſcientias omnes plurimum antecellit. Ideoque repleas oro fundum & intima cordis, & intellectum extrinſecus. Quamuis enim confeſſores, ſuperiores, & alij quiuis ſuis admonitionibus, & operibus cor abextra illu-

illuminare queant, sed nisi tu diuina claritate tua fundum illius intus illustres, nihil agitur. Eapropter o benignissime spiritus sancte Deus reple cordis intima tuorum fidelium, hoc est, illorum qui certissime credunt, quod absque illuminatione tua nullum aliud lumen homini prodesse queat, quique de tua bonitate confidunt, quod omnes te humiliter magnoque desiderio inuocantes, sufficienter pro eorum statu & officio semper illuminare possis & velis. Descende itaque in tuorum corda fidelium. ¶ [Sine tuo numine, nihil est in lumine, nihil est innoxium.] Ne igitur quæso vltra protrahas desiderium meum. Quandiu enim diuina præsentia tua mihi subtrahitur, in tenebris ambulo, et nescio quo vado, & neque meipsum, neque peccati fœditatem, neque virtutum decorem, nobilitatem & fructum, neque animæ pulchritudinem, neque seculi fluxibilitatem, neque potentiam, sapientiam, bonitatem Dei, neque gloriæ perpetuitatem agnosco. Et vt breuiter dicam, totum est tenebrosum, quicquid diuinæ claritatis tuæ prę̨sentia caret. Sed & adhuc oro ne subtrahas mihi diuinam gratiam tuam o superdulcissime spiritus sancte, quãdoquidem sine te in vitijs & peccatis meis perseuero. Hæc enim non scientia multa, non subtilitas intellectus, non alta contemplatio, non demum aliud quidquam siue in cœlo siue in terra existens nisi tua duntaxat diuina præsentia fugat & expellit. Veni veni igitur in me o spiritus sancte, ad illuminandum tenebras cordis mei, ad expurgandum immunditiam peccatorum meorum. ¶ [Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sa-

na, quod est saucium.] O infinita Dei misericordia benigne spiritus exaudi vota & desideria mea, gratiamque tuam mihi summe necessariam clementer infunde. Gratia nanque tua est instar aquæ mundæ ac perspicuæ, anima vero mea similis est vasi immunditijs atque sordibus pleno. Descende itaque in me ad abluendum maculas conscientiæ meæ. Quia enim bonitatem tuam Deus meus quotidie offendo, infundere mihi dignare claritatem diuinæ gratiæ tuæ ad expurgandum sordes animæ meæ. In me quoque totus aridus, siccus & exhaustus ac destitutus sum omni spiritalis deuotionis atque feruoris humore. Quamobrem descende obsecro in me dulcissime spiritus sancte, cœlestique gratia tua cordis mei siccitatem perfunde. Omnia nanque proposita mea bona nunquam aliquem fructum facere valebunt, sed cito ad nihilum rediguntur, nisi diuina gratia tua irrigentur. Ecce enim domine satis aduerto, quam humiles, obedientes, sobrij, feruidique sint fratres atque sorores meæ singuli in exercitijs officijsque suis, & ego præ ariditate marcesco. Dignare proinde o supersanctissime spiritus siccitatem cordis mei cœlestis gratiæ tuæ rore perfundere ac irrigare. Præterea o alme spiritus licet interdum per gratiam tuam aliquem erga te Deum meum bonæ voluntatis feruorem sentiam, non tamen in opus procedit, aut certe tepide nimis. Natura siquidem infirma, labilis ac inuoluntaria effecta, non sinit me semper hoc agere, quod ad honorem tuum Deus meus libens perficerem. Eapropter benigne spiritus, infusione quæso cœlestis gratiæ

tuæ

tuæ sana, quod est saucium in me. Quamuis enim non desit mihi interdum bona voluntas, tamen ex naturæ infirmitate ad omnia sum mala procliuis. Quocirca rogo domine, dele, destrue et in nihilum redige in me per diuinam gratiam tuam omnem malitiam, fragilitatemq; naturæ meæ, quæ ex seipsa sola nihil nisi peccare nouit, & perfice imperfectionem & sana infirmitatem meam. ¶ [Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.] O supersanctissime spiritus, descende in me & ostende potentiam gratiæ tuæ, flectendo rigiditatem propriæ voluntatis meæ. Valde enim rigidum ac ceruicosum me inuenio ad quærendum ab alio consilium idemque sequendum, quando forte meo intellectui sensuique contrarium existit, propriumque consilium, sensus & experientia mea semper mihi optima esse videntur. Quando cum alijs operor aut quoduis officium perago, semper eos pro meo capite facere volo. Alijs præcipere mihi nimis promptum est, alterius vero voluntati me subijcere eamve sequi & adimplere, valde mihi contrarium est atque molestum. Mea denique deuotio, mea experientia, meum propositum, meaque ratio semper mihi potiora, melioraque esse videntur. Veni veni igitur in me Deus meus, & flecte quod est rigidum in me. Sed & foue obsecro quod est frigidum, vt quod bonum est, faciam semper. Communitatem quidem vt alius, sequor & cæremonijs sanctæ ecclesiæ me confor mo. At totus sum frigidus, nec vllum ignem, incendium siue feruorem in me sentio, sed auibus illis similis sum, quæ verba humana sonare do-

centur: canibus quoque, qui choreas ducere, cantare, aliaque similia facere instituuntur, nescientibus illis quid agant. Sic & ego nullum in me sentio nec habeo feruorem lugendi peccata mea, te Deum meum super omnia diligendi, perfectamque cum proximis meis vnitatem seruandi: sed heu nimis in omnibus frigeo. Ne igitur differas o superdulcissime spiritus feruorem sanctum infundere cordi meo. Noli noli o clementissime denegare mihi amplius quod peto, quod obsecro, quia totus a recto itinere aberro. Video enim domine me necdum veram ac proximam salutis viam inuenisse: sed ambages quæro & ideo facile deuio. Semper itaque me regere dignare domine Deus meus, quia sæpius erro, nec proximam salutis viam ambulo, cum tamen sub sole nihil sit iucundius, quam per securiorem, compendiosioremque salutis viam ad Deum incedere. ¶ [Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium.] O benignissime spiritus, quomodo quæso sic differre potes gratiam tuam, vt necdum sentiam in me virtutem tuam? Nonne tu es immensa largitas, bonitas, misericordia, puritas, & patris ac filij amor? Quomodo igitur o fons æternæ dulcedinis tamdiu mihi denegare potes gratiam tuam? Sed scio domine, quia non est aliquis ex tua parte defectus, puto autē quia nos hucusq; bonitati tuæ non satis confisi sumus: sed cū magna diffidētia tibi supplicauimus. Attamen nunc veni domine, & da teipsum tuis fidelibus in te confidentibus, teque super aurum & topazion cunctasque mundi diuitias desiderantibus. Hi enim cognoscunt internas operationes tuas, omnem mundi dele-

delectationem excedere, seque sine te nihil posse. Hi (inquam) fatentur gratiam tuam præ omnibus eis necessariam esse, nec solatium, nec fundamentum, nec stabilitatem, nec requiem vllam in seipsis inueniunt, quamdiu cœlestis gratiæ tuæ influxum minime sentiunt. His quoque Deus meus teipsum donaque tua largiri digneris, qui non solum modo præfato in te credunt, sed etiam toto ac integro corde immensæ bonitati ac largitati tuæ cõfidunt, firmiter credẽtes quod libenter dare velis teipsum omnibus illis, qui te humiliter orant, & feruenter inuocant. Ne igitur supersanctissime spiritus diuinam nobis vltra præsentiam tuã subtrahas, sed virtutem nobis cœlestis gratiæ tuę infunde: dignanterque in nobis sacrum septenarium operare. Nam & homines diuersis distinctisque numeris supputant. Vnus tot se vel amicos, vel consanguineos, alius tot domos, agros, prædia vel census, oues et boues, equos & vaccas, cæteraque similia habere dicit. Sed plane beatus, diues ac sanctus ille est, qui sacro septenario tuo supputare potest. ¶Primo itaque suauissime spiritus infunde mihi obsecro donũ timoris tui, quatenus diuinam maiestatem tuam semper sicut bonus filius patrem suum timere possim. Iugiterque te Deum meum in reuerentia habeam, timendo offendere dignitatem ac bonitatem tuam. Secundo, domine operare in me bonitatem, suauitatem, et effusam pietatem ad te Deum meum, ad salutem animæ meæ, atque ad homines vniuersos ex purissimo tui amore. Tertio infunde mihi spiritalem scientiam (quę nos docet vitam nostram secundum beneplacitum tuum instituere) ac in-

tellectus illuminationem, quo ſemper clare cognoſcam, quid bonum, quid malum, quid appetendum, quidve fugiendum ſit, & quomodo me omnibus vti conueniat. Quarto largire mihi donum ſpiritalis fortitudinis animæ, quo tibi ſic fortiter ſemper adhæream, vt me nec proſpera, nec aduerſa a tua valeant dilectione ſeparare. Quinto, concede mihi pie domine conſilij donum, quo me iugiter in magnis ac difficilibus virtutum actibus ſecundum tuum beneplacitum dirigat. Sexto, præſta mihi donum intellectus ad comprehendendum, intelligendū & contemplandum myſteria dñi ſaluatoris, quantum in hoc & honor tuus, & animæ meę ſalus conſtit. Septimo, reple me ſuper omnia dono ſapientiæ, ad ſapiendum omnia ſicuti ſunt, ad apprehendendum ſuper omnia te Deum meum tanquam ſummum bonum, & in guſtu ſiue ſapore illo te ſuper omnia diligendum, ſicque conſequenter ad meipſum cognoſcendum, & te dominum Deum meum ac proximos meos perpetua dilectione proſequendū. Ad cognoſcendum quoque mundi vanitatem & inconſtantiam, & pro huius cognitionis exigentia tam ipſum, quā omnem omnium rerum inſtabilem felicitatem animo virili contemnendum. O veni veni ſancte ſpiritus in peccatricem animam meam cum multiformi gratia tua. Iam enim ex hoc mundum vniuerſum calcare & deſpicere propono. ¶ [Da virtutis meritum, da ſalutis exitum, da perenne gaudium.] O veni ſancte ſpiritus æterne Deus, & perfectam charitatem, humilitatem, caſtitatem, patientiam, cæteraſque mihi veras virtutes tribue. Non enim vera ac meritoria virtus eſſe

tus esse potest, nisi quæ a te infunditur. Quicquid enim ex nobis duntaxat procedit, quamuis omnino bonum esse videatur, meritorium non est, nisi ex vera virtute a te infusa oriatur. Specialiter autem o supersanctissime spiritus salutis mihi exitum concede. Dum enim viuo, sæpius cado, lapsusque per gratiam tuam resurgo. Sed da misericordissime finem bonum, quod est super omne donum. In hoc nanque tota salus mea consistit. Sicut enim ex meipso virtutem nullam adipisci, sic nec adeptam ex me conseruare possum. Da igitur benignissime spiritus, patris & filij amor, æternæ salutis exitum, mortemque beatam: tuamque nobis æternam bonitatem, & perenne gaudium cœlestis patriæ post huius momenta neæ vitæ curriculum, sicut scis & vis misericorditer Deus misericordissime lagire, Amen.

FINIS Præfationis.

MAR-

MARGARITAE EVANGELICÆ Liber I.

De nobili principio nostro, ex quo originaliter emanauimus, & in quod per merita Christi refluere debemus. Cap. I.

QVONIAMQVIdem, ipsa sacra scriptura testante, omnes in Adam primo progenitore nostro peccauimus, & in horrendum quoddam totius deformitatis & miseriæ barathrum dilapsi sumus: ideo si pristinam vitæ puritatem in eodem prothoplasto deperditam obtinere et recuperare voluerimus, cum ipso nobis incipiendum est, qui prorsus omni initio caret, hoc est, cum Deo, qui est illud nobilissimum principium, ex quo originaliter emanauimus, & in quo idealiter permanemus. Quemadmodum enim radij solares in sole, ita quodammodo anima nostra in Deo dependet, qui est principium nostrum, vita nostra, & conseruator noster. Porro per vires animæ atque

sensus ad exteriora dispersi sumus, & nos ipsos a principio nostro Deo sponte auertimus & alienauimus, & per amorem rebus creatis inhæremus, in eisdemq; solatiuncula nostra quærimus: per quod nimirum animam nostram valde deformauimus, & nosipsos claudos fecimus: ita vt summo bono adhærere iam non possimus, neque per viam veritatis incedere. Sed & cæci atque surdi facti sumus, ita vt æternum bonum, neque agnoscere, neque intelligere valeamus: & ideo diuinas inspirationes inobediendo contemnimus. Denique rectam vitæ semitam perdidimus, & pulchritudine pristina spoliati sumus: Interim tamen ipsa interna essentia, & imago animæ nostræ nihilo minus permansit in Deo, & viuit in Deo, & Deus in nobis, quamuis ipsi hoc ignoremus. Neque enim hoc aliquis scire aut sentire potest, quamdiu creaturis inordinate afficitur, & rebus visibilibus inhæret: & ideo necesse est vt mori studeamus sensualitati nostræ, & reiectis creaturis conuertamur ad Deum creatorem. Non enim quiescere potest anima, nisi cũ omnibus viribus suis Deo applicata, & ad Deum, suum videlicet principium, conuersa fuerit. Si proinde omnes vires nostras Deo vnire, & ipsi principio nostro inhærere velimus, obseruare debemus, quod præceptum est angelis, & cauere, quod hominibus prohibitum fuit. Certe quum nos & omnia alia in diuinitatis adhuc abysso increata essemus, vena flagrantissimæ charitatis suæ potenter commouebat, & perurgebat omnipotentem virtutem diuinæ essentiæ (quæ latebat

in abys-

in abyſſo diuinitatis) vt emanaret, operaretur, & plaſmaret creaturas, quæ ſuæ bonitatis infinitis diuitijs fruerentur. Creauit igitur per operationem ſanctiſſimæ Trinitatis ſuæ cœlum & terram. Et cœlum quidem ornauit angelis, vt fruerentur ipſius delicioſiſſimis diuitijs, & contemplarentur diuinitatis abyſſum, eſſentque throni atque ſedilia, in quibus Deus omnipotens reſideret & quieſceret. Paradiſum vero voluptatis poſſidendam tradidit hominibus, vt ſecum omnibus delicijs fruerentur, eſſentq; ſuæ deitatis habitatio & tabernaculum, & iugiter eſſent ambularentque cum ipſo. Terram denique herbis & floribus diuerſi generis, multis quoque fructibus & animantibus propter hominem exornauit.

De angelorum creatione & ruina. Cap. II.

CReauit proinde angelos ad imaginem ſuam, & ſe in ipſis & cũ ipſis vniuit. Erantque tunc viui illi atq; cœleſtes ſpũs mirabili pulchritudine decorati, veſtiti lumine gloriæ, permanentes in delicioſiſſima voluptate diuinitatis ante conſpectum æterni Dei, & in ſuauiſſima melodia diuinæ laudis. Ipſi erant clariſſima ſpecula, in quibus diuina maieſtas ſeipſam cũ perfecto gaudio cognoſcebat. Deditq; eis Deus liberrime contemplari ſpeculum ſuæ beatiſſimæ Trinitatis cum perfecto gaudio ac voluptate. Sed & præceptum dedit eis, quo iubebat, vt ſibi ſeruire, & in præſentia ſua permanere deberent; fecitque vt in ſpeculo ſanctiſſimæ

Trinitatis ipsius intelligerent ac præuiderent creaturum se quandoque adhuc homines, qui diuinitatis suæ diuitijs vna cum ipsis fruerentur, & quod ipse quoq; naturã humanam suscipere decreuisset, oporteretq; cunctos angelos humanitati ab ipso assumptæ obtẽperare: & nihilo minus ipsis quoq; hominibus ob amorem sui ministrare, & in omnibus vijs ipsorum eos custodire. Quę cum Lucifer cognouisset, intra sese cogitabat, dicens: Ergo ne mutabitur Deus? Certe ego immutabilis sum. Nunquid igitur hominibus inseruire debebo? Absit hoc: quin potius sedebo æqualis altissimo. Et in hoc ipso factus est inobediens creatori suo. Non enim seruire dignatur, qui se extollit, & sedere decreuit. Quã ob causam ab æquissimo iudice Deo instar fulguris immediate proiectus est de throno gloriæ in abyssum inferni cum omnibus, qui eius superbiæ consenserunt, totusque deformis effectus est. Et quia ex nouem choris angelorum ceciderunt, idcirco in ipso casu suo nouem profundos admodũ in lacus inciderũt: maiorem tamen illi, qui de supremo choro præcipitati fuerunt. Quum igitur omnipotens Deus, æquissimus ille iudex, talem de superbia vindictam sumpsisset, & illi prælio finẽ imposuisset, respexit eum, qui remanserat, exercitum suum, & innotuit sanctis angelis, qd facere deberent, qui seipsos cum omni reuerentia promptos exhibuerunt ad seruiendum ei, & ad laudandum eum, & ad permanendum in præsentia diuinitatis suæ, ad seruiendum quoq; hominibus ob amorẽ sui, & ad illos custodiendum. Quod in tantũ placuit altissimo

Deo,

Deo, vt ipsos absq; mora in seipso sempiterno fœdere confirmaret, ita vt nequaquam labi vltra possint.

De hominis origine, iustitia & lapsu. Cap. III.

CVM itaq; Deus omnipotens sanctos angelos ita paratos inuenisset, iamq; ipsos cõfirmasset ad fruendũ æternaliter in perfecto gaudio diuinitate sua, ex abysso amoris motus fuit ad perficiendũ id, q̃d ab æterno cogitauerat, cognouerat atq; dilexerat: idq; per potẽtiã, & omnia præuidentẽ sapientiã, & effluẽtissimã bonitatẽ suã. Dixit itaq; intra semetipsum: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, vt quẽadmodum nos vnus spiritus, & vna simplex essentia sumus, ita & ipse vnus sit spiritus, & vna simplex essentia quiescẽs nobiscũ, & per gratiam habitans in incõmutabili æternitate nostra. Ad similitudinem quoq;, vt sicut nos tres personæ sumus, quæ omnia operantur, vna videlicet per aliã: sic & ipse tres vires habeat, memoriam scilicet, qua valeat æternorũ reminisci, intellectum, quo æternã veritatem cognoscat & intelligat, & cuncta sapienter disponat: & voluntatẽ, qua diligat & recurrat in suum principium, & summũ bonum amplectatur, et per amorẽ cuncta bona possideat. Plasmauit autem ipsum ex incõtaminata terra, deniq; ipsam animã tam nobilẽ condidit, vt nihil eam præter Deum satiare possit, vt cunctis irrationalibus creaturis esset superior, et similis foret Deo. Insuper seipsum vniuit in ea, imprimens ei ęter-

nam imaginem atq; similitudinē suam, donansque ei spiritum vitæ, volensq; ipse, tanquam fidelis pater spirituum, semper nobiscum permanere, vt ipsa secum in perpetuum viueret, & omnino plenissima felicitate in ipsius gloriç sempiterna fruitione saciaretur. ¶Ipsum vero primum hominem æternæ veritatis perspicuo lumine perlustrauit, ornans eū cunctis virtutibus, vt esset thronus, in quo Deus requiesceret, & instrumētum, per quod operaretur. Memoria eius pura erat & quieta, Deo vnita, & sic ad Dei influentiam dilatata, ac si cœlum & Deum ipsum in potestate sua haberet. Intellectus ipsius ita simplex erat, & per diuinam illuminatus claritatē, vt omnia sibi necessaria perfecte in speculo diuinitatis intueretur, cum perfecto quoque gaudio semper æterna regeneratio renouabatur in ipso. Voluntas eius ita in Deo erat vnita, & diuino repleta amore: sic denique in diuinam quandam eleuata libertatem, vt vnico cordis affectu cum Deo esset vnitus vt vellet. Ratio ipsius perfusa erat rationali lumine discretionis boni ac mali, quo cuncta prudenter ordinabat, & singulis creaturis sua nomina imponebat. Conscientia eius in perfecto erat gaudio constituta: quippe quæ nihil habebat, vnde erubesceret in conspectu Dei. Vis eius concupiscibilis cum omni puritate ad summum bonum erat erecta, quatenus ipsum solum diligeret, & in eo solo gauderet. Irascibilis per amorem fortis erat ad assequendum omne bonum, & ad custodiendum cum timore id, quod erat consequuta; ad vitandum quo-

que

que omne malum, cum perfecta displicentia atque odio ipsius. Gloria & honore coronatus erat, & vnctus oleo lætitiæ, perlustratus insuper omni puritate & lumine æternæ deitatis. Habitabat etenim omnipotens Deus, & conuersabatur cum ipso, prout solet amicus cum amico. Sed & permisit ei liberrimum vsum omnium deliciarum ipsius paradisi, & super omnes creaturas eum dominum constituit, vt eius imperio subiacerent. ¶Et vt vicissim ipsi homines suo quoque creatori subditi essent, prohibitionem talem dedit eis, ne scilicet de arbore scientiæ boni & mali manducare præsumerent. Sed non multo post transgressi sunt præceptum domini Dei sui per inuidiam diaboli, qui sese in serpentem transfiguraverat. Euam nanque per mendacium decepit, vt de præcepto domini dubitaret, & serpentis voluntatem perficeret: Adam vero per mulierem subuersus est, quæ primo blandis verbis ipsum inducere nitebatur ad ligni vetiti comestionē. Cumque admoneret eam diuinæ prohibitionis, & comminatæ mortis, illa vehementer consternata, & an ergo sola mori deberet questa, virum permouit, vt mulieris sensualitati acquiescens, eam contristare nollet, sicque vitam perdidit, & mortem inuenit. Restitit itaque rationi suæ, & de cibo vetito manducauit. Et ipso facto vestem innocentiæ perdidit infelix, & spiritus eius a libertate gloriæ prohibebatur, anima eius cunctis virtutibus nudabatur, memoria ipsius claudebatur, & cogitationes eius dispersæ fuerunt. Intellectus eius obscuratus, voluntas

a ſummo bono auerſa & in ſeruitutem peccati redacta, & ratio eius excæcata fuit, & virtutum diſcretionem perdidit. Vis cõcupiſcibilis impura facta fuit, & fœdis delectationibus inhęſit: ira ſcibilis etiam ad omne bonum acedioſa efficiebatur. Et breuiter, omnes vires eius confractæ, & omnes affectiones atq; deſideria ipſius deordinata fuerunt. Quinq; ſenſus eius ab æternorum fruitione excluſi, & in varias rerum temporalium calamitates diſperſi fuerunt. Cõſcientia eius omnium peccatorum graui pondere deprimebatur, & grauiſſime contriſtata & confuſa fuit ante conſpectũ Dei. Auferebatur ab ipſo veſtis decoris, & ſplẽdor diuinitatis, & rectã ſemitã atq; cõpendioſiorem ad veritatẽ viam perdidit, quę ad fundum animæ deducit, vbi Deum adoramus, & vnus cũ eo ſpiritus efficimur. Et poſt hæc deprehendit ſe nudũ eſſe, atq; inde erubeſcens, ſatagebat ſe occultare, & nuditatem ſuam tegere. Sed ilico diuina voce fuit admonitus, dicente ſibi, Adam vbi es? quæ etiam de tranſgreſſione ſua ipſum reprehendit. Excuſauit autem ſeſe, & in mulierem culpam retorquere voluit, & illa conſequenter omnia ſerpenti imputauit. Et ideo ſtatim extra paradiſum eiecti ſunt. Si enim peccatum ſuum Adam confeſſus fuiſſet, & indulgeri ſibi poſtulaſſet a domino, Deus vtiq; peccatũ ei dimiſiſſet, et ipſe in paradiſo remanſiſſet. Sed quia culpam ſuam confiteri renuit, in multas calamitates cecidit, & a via veritatis aberrauit, quæ nunquam deinceps ita manifeſte innotuit hominibus, donec puriſſima virgo Maria naſceretur, quæ hanc viam in ſe ipſa clariſſi-

clariſſime deprehendit. Erat enim ab omni peccati cõtagione mundiſſima, & introuerſa in fundum animæ ſuæ, vbi continue per hanc viam gradiebatur, adhęrẽs iugiter ſuo principio Deo, ita vt vnigenitum filiũ Dei, qui eſt veritas æterna, delectaret per ipſam procedere & eſſe cum filijs hominum, & perficere charitatem illam, in qua nos ab æterno dilexit. Et quamuis multum eſſet deſtructa & ignobilitata natura noſtra, ipſe tamen nos haudquaquam eſt dedignatus.

De reparatione noſtra per filium Dei. Cap. IIII.

SVrrexit igitur filius Dei de throno regali, & de ſede gloriæ ſuæ, deſcenditque in virginalem vterum beatiſſimæ Mariæ, & de puriſſimis ſanguinibus virginei cordis eius humanam naturam aſſumpſit. Delectabat enim dominum maieſtatis in flore campi requieſcere, & lilio cõuallium, ac humilitatis viola nutriri. Ipſa produxit nobis ſolem iuſtitię, & viam veritatis & vitam, qui eſt lux vera, quæ illuminat omẽm hominem venientem in hunc mundum. Quiſquis enim ambulat in fundo animæ, & habitat ante conſpectum Dei, ille vitam recipit ab ipſo, & omnium clariſſime illuminatur. Propter hoc nanq; venit in hunc mundum, vt noſtras tenebras illuminaret. Et ob hoc natus eſt, vt nos per natiuitatem ipſius in nouam vitam gratiæ renaſceremur. Ob hoc deniq; nobiſcum vixit & conuerſatus eſt, vt nos omnem vitam & conuerſationem noſtram ſecundum ipſius perfectiſſimas virtutes ordinaremus. Ipſe enim docuit nos pro

ximam ad veritatē viam, quæ nos ducit in fundum animæ nostræ, vt ipsum ibi quæramus & inueniamus. Hinc manifeste dicit: Regnū Dei intra vos est. Et: Thesaurus abscōditus est in agro. Thesaurus iste Deus est, qui absconditus est in agro creatæ essentiæ ipsius animæ. Quod nimirum Propheta videbat, quando dixit: Vere domine, tu es Deus absconditus. ¶ Quisquis igitur Deum & quærere vult & inuenire, quærat eū in seipso, in intimo videlicet animæ suæ, vbi est imago Dei, & perfodiat agrum creatæ essentiæ suæ: & ita seipsum inueniet idealiter increatū in essentia diuina, et in nuda essentia animæ, sicq; redibit in principium suum per Iesum Christum, qui est via nostra, qui per passionem suam exoluit omne debitum nostrum, & fructuosum fecit, quicquid nos patimur, qui per mortem suam destruxit mortem nostrā, & nobis vitā æternam præparauit. Per spiritum quoq; suum pristinam libertatem restituit spiritui nostro, eumque reduxit in principium nostrum, in nobilem fundum animæ, in quo Dei est habitatio, nosq; secum vniuit, vt illic eum adoremus in spiritu & veritate. Porro per animam suam omnes vires animæ nostrę reformauit, vt sit aptum instrumentum, patientes ipsius diuinam inactionem. Per corpus denique suum, & pœnosam vitam atq; mortem suam, cor nostrum, sensus nostros, oīa membra nostra, corpusq; nostrum ab oīi denuo macula peccatorum emūdauit, & nos puros atq; mūdos effecit, quatenus in nobis lux veritatis & sol iustitiæ rursus oriretur, & in nos & per nos lumen suum diffunderent. ¶ Omnia

quoq;

quoque reformauit in nobis, quæ in Adam destructa erãt, & copiosissime nobis restituit, quicquid per Adam nobis ablatum fuit, si tamen ipsi voluerimus, & nos intus & exterius iuxta vias eius direxerimus, prædictumq; nobile principium studiose obseruare conemur, vt in ipsum redire & refluere possimus, & qđ sit illud, quod angelis præcepit, & hominibus prohibuit, & qualiter per seipsum nos reparauit, attẽdere. Cũ enim perditi essemus, ipse nos in principiũ nostrum reduxit, vt ei simul cũ illis cœlestibus spiritibus ministremus, & in eius præsentia maneamus, & hominibus ob amorem ipsius libẽter inseruiamus, (Sic nempe agentes cum bonis angelis nos confirmabit, facietq; nos cœlestes spiritus, & angelos terrestres, thronumq; suum, atq; cœlum in nostro spiritu constituet) & ne transgrediamur illud, quod prohibitum est, quatenus anima nostra paradisus pacis esse possit, & nobiscum ipse ambulare valeat, atq; in anima nostra paradisum voluptatis constituere, quem fructuosum reddat omnium virtutum aromatibus: & vt denicq; sanctissima vita atq; passio ipsius iugiter sint in corde nostro, in signum amoris, secundum quas vitam & cõuersationem nostram ordinare debemus, & effici fœcundus ager in cordibus nostris, in quo sponsus ambulare, & quem fonte misericordiæ suæ fertilem ac fructuosum reddere possit. Sane in his punctis vetus ac nouum testamentum exercetur, in eo scilicet, quod iugiter inhæreamus nobilissimo principio nostro, & cum angelis obseruemus mandata Dei, & quæ prohibita sunt ab ipso,

cauea-

caueamus cum hominibus, & signa dilectionis redemptoris nostri circumferamus in nobis, & habitemus in eo, & ipse in nobis. Et si quandoque per humanam fragilitatē exceedere nos contingat, statim agnoscamus culpam nostram, & gratiam postulemus, noxiamq; peccati nostri vitemus excusationem, in qua videlicet Adam & Eua nimis obstinati perseuerabant. Sic enim nostri miserebitur Deus, & non eijciet nos e cœlo spiritus nostri, necq; extra paradisum animæ nostræ. Hinc sanctus ait Bernardus: Nihil ita prouocat iram Dei, sicut maledicta excusatio sui. Propterea nosipsos semper accusemus coram iusto iudice Deo, cui secreta cordis apparent: & sic poterimus a peccatis nostris eximi, & auxilio gratiæ suæ conseruari in illa via, in qua nimirum ipse nos collocauit. Et in isto omnia includuntur.

De triplici vnione, in qua vita supersubstantialis proficiens, & actiua perficiuntur. Cap. V.

SCiendum est autem, quod supra scripta & subsequēs materia ducit nos in tres gradus, & triplicem vitam, & in tres illas partes, quæ sunt in homine. Quilibet nanq; homo quasi tres homines referre videtur. Secundum corpus bestialis est, secundum animam rationalis & intellectualis, secūdum spiritū vero in nuda essentia animæ, quam Deus inhabitat, Deiformis existit. Porro hæc tria singula sua exercitia suumq; ornatum habere oportet, si cum Deo vniri, & Christo conformari velimus. Est autem triplex valde

valde nobilis vnio in homine, ex qua omne spirituale exercitium & virtutes promanant, sed per hanc solam absque nostra cooperatione nequaquam saluari poterimus. Ista nanq; triplex vnio cunctis essentialiter inest hominibus bonis ac malis, sed in bonis tantum hominibus est etiam supernaturaliter, ornata omni virtutum exercitio, instar regni alicuius atq; habitaculi. ¶In prima supereſſentiales ac deiformes, in secunda spiritales ac interni, in tertia vero actiui sumus & morales. Prima & suprema vnio est in Deo essentialiter, & est intimum esse animæ nostræ, quod in Deo est, & in Deo manet essentialiter vnitum, estque supra nosipsos, supra omnia creata, supra omnes sensus atq; vires eleuatum, & tamen essentialiter intra nos est in abysso & in intima essentia animæ nostræ, vbi regnum Dei est, & sempiterna eius habitatio. Ista vnio in Deo existit, ex quo creaturaliter emanauimus, & in quo idealiter in quadam deiformitate permanemus. ¶Secunda vnio quoq; in nobis est, in supremis videlicet viribus, quæ vnitæ & simpliciter ex prima vnione promanant, ex qua nimirum profluunt, & cui essentialiter, tanquam suo principio, inhærent, & hinc omnis virtus & deifica operatio procedit. Prima vnio, simplex quædam vis est animæ, quemadmodum Deus simplex est in diuinitatis suæ essentia, & est omnino deiformis. In Deo nanque secundum essentiæ suæ simplicitatem permanet, & nihil habet cõmercij cum reliquis viribus, sed animæ quoque confert simplicem quandam vnionem, quæ secunda est vnio. Et ex hac vnione promanant

vires

vires superiores, vtpote memoria, intellectus, atque voluntas, secundum operationem sanctissimæ Trinitatis, quæ seipsam dat & vnit animæ viribus, atque hinc vnio tertia procedit. ¶Est autem vnio tertia in viribus inferioribus, quæ in quadam vnione simul collectæ seruantur per influentem lucem, quæ a secunda vnione descendit ac delabitur in rationem & in vires sensitiuas. Et hinc prouenit vita, atque viuacitas cordis, & virium corporalium, & omnis sensibilis motus, atque mobilitas vitæ naturalis. Sicque manifestum est, omnia gratiarum dona atque charismata abintus, ex ignita illa suprema vnione, vbi nos in Deo viuimus & Deus in nobis, prouenire. ¶Habitat enim Deus in nobis, cum lumine gratiæ suæ in suprema vnione: & quemadmodum vas aliquod crystallinum, (cui accensa candela inclusa est) illustrat & illuminat omnes, qui iuxta illud sunt: ita diuina claritas & æterna veritas illuminat & inflammat nudum interioris essentiæ fundum, in tantum, vt omnes inde vires illuminentur, pascantur & roborentur. Memoria siquidem pura fit et quieta: intellectus illuminatur et simplificatur: & voluntas feruens & ardens in amore efficitur. Hoc pacto Deus seipsum donat in vnione virium superiorum, et vnit in se spiritum nostrum, faciens ipsum habitare in quadam deifica libertate, et opulentia charitatis. Dehinc iam deorsum manat Deus cum larga et copiosa gratia in tertiam vnionem virium inferiorum, et illuminat rationem,

nem, quatenus omnes alias vires & affectiones sapienter gubernet. Insuper illustrat & informat eam, quomodo debeat sequi monitiones & inspirationes diuinas: purificat quoque vim concupiscibilem, & trahit eam ad sequendum lumen illud, vim irascibilem flectit atque deprimit sub motu ac reprehensione diuina, conscientiam purgat, & libertati restituit: sursum ad æterna eleuat amorem, spem & gaudium & timorem, tristiciam, odium & pudorem erigit ad viriliter omni malo resistendum. Cor etiam lætum reddit, & internum ac deuotum ad omne diuinum obsequium, & hominem in omni sua conuersatione bene facit esse compositum. O quanta in eo felicitas consistit, quod hoc pacto Deus in anima per gratiam suam habitare dignatur. Sane quibus istud constat, quique fideliter in eo sese exercent, omne bonum & vitam illic æternam inueniunt. Sed quis persuadere poterit hominibus carnalibus intra ipsos esse tam inuisibile bonum? Hi quia hoc credere nolunt, ideo visibilibus duntaxat abextra rebus inhærentes, fiunt sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Deus autem omnipotens ipsis ignoscere dignetur, quod huiusmodi tam precioſum talentum in terra abscondunt, in quo tam multiplicem fructum atque lucrum facere possent, quod et ab eis quandoque summa cum districtiõe requiretur.

De ista-

De istarum trium partiũ ornatu. Cap. VI.

HOC igitur pacto tres supradictæ vnitates in tribus hominis partibus existunt, in quibus triplex vita perficitur, per Iesum Christum dominum nostrum. Porro quælibet ex hac triplici vita suum ornatum suumque debet habere exercitium. Prima vita & suprema vnitas, est quædam perpetua & simplex introuersio, qua simplex essentia animæ, sese continue immergit & inclinat in diuinam vnitatẽ, vbi libera & absque medio permanet, & a summo bono amplexatur, ornat & stabilitur in quadam immobili & æterna quiete, libera & intacta permanens, tam a seipsa, quam a cunctis rebus inferioribus, daturq; sibi ipsum esse virtutum omnium, quod est ipsemet Deus. Hic vero exigit animam Deus cum omnibus viribus suis, vocatq; eam in suæ diuinitatis abyssum quæ intra ipsam est, & subita quadam motione omnes vires atque sensus in vnum colligit & cõstringit eos vinculo amoris, attrahitque eos sibi atque perlustrat. Et hinc secundum oritur exercitium, quod est quædam inactio Dei qua sanctissima Trinitas agit in tres vires superiores, omnia que hominis exercitia subtiliat, eisque mille modos & exercitia inspirat, de cognitione videlicet Dei & suiipsius, et eas totaliter in se trãsformat, facitque eas in se per fidem, spem et charitatem habitare. Ex quo deinceps tertium promanat exercitium in infima vnitate, quod est quidam influxus et continuum desiderium et impulsus ad sequendum nudum crucifixum Iesum in omni

patientia,

patientia, humilitate, obedientia, resignatione, & cunctarum exercitio virtutum. Et istud fundat hominem in abyssali abnegatiõe suiipsius, & omnium creaturarum. Hinc nempe Christus ait: Mecum egredimini, et feliciter ingredimini, eo modo, quo vos ipse præcessi. Tunc demum homo instrumentum Dei efficitur ornatus omni virtute subijcitque seipsum cum omnibus viribus suis omnipotenti, sapientissimo, dulcissimo & reuerendissimo Deo cæterisq; creaturis omnibus ob amorem Dei. Et per hoc introducitur & solidatur in vita supereſſentiali deiformi in spirituali proficiente, & in actiua moriente. Istud autem magis obtinetur simplici introuersione, quam alta contemplatione, & citius amorosa aspiratione, quam magna exercitatione, & plus deuota oratione, quam magno quouis externo labore. Ante omnia ergo obseruare debemus essentialem introuersionem, & amorosam aspirationem, cum continua iugiq; oratione. Omne nanq; bonum, & omnis influxus diuinus, abintus venit a domino Deo, qui intra nos est, nobisque magis vicinus existit, quam nosipsi nobis, et eius inactio nobis vicinior est atq; propinquior cunctis operibus nostris.

Qualiter eradicare vitia & illoq; loco virtutes inserere debeamus. Cap. VII.

PORro, si ad hoc pertingere velimus vt taliter in ipsas quodammodo virtutes transformemur, hoc est, in Christum, qui est ipsa virtus, mundanda nobis est ante omnia conscientia nostra, & cunctæ defectuositates inde sunt euellendæ, viresq; omnes diligenter perscrutan-

dæ. Affectiones quoq; & quinque sensus nostri, tam exteriores, q̃ interiores, in quibus vitiorum radices profunde nimis absconditæ iacent. Cũque iam purificata fuerit atq; mundata in balneo dominicę passiõis cõscientia nostra, studiose agendum est, vt loco vitiorum in ea virtutes inserantur. Quãuis em̃ fortassis iam nullius sibi peccati quis cõscius esset, nisi tamẽ pro virtutibus acquirendis sollicite incumberet, in omnia statim peccata dilaberetur. Ea propter pro virtutum acquisitione magna nobis cura adhibenda est, quatenus illis muniti esse possimus cõtra quælibet peccata, nõ illa tantum, quæ iam forte incidimus, sed ea etiã, in quæ adhuc labi quandoq; possemus. In primis igit̃ armatos esse nos oportet vera fide, vt in Deũ firmiter credamus, & q̃quid credere tenemur. Primũ nanq; peccatũ, q̃d primi parẽtes nostri cõmiserunt, fidei dubitas fuit. Ideoq; nobis imprimere debemus duodecim articulos sanctę fidei Christianę cõtra oẽs errores & oẽm infidelitatem, firmiterq; credere, quicqd sancta catholica atq; Christiana ecclesia credit. Dehinc decem p̃cepta Dei intra nos portare debemus, ne nos, q̃d absit, dño Deo rursus inobediẽtes fieri cõtingat. Et cõtra septẽ peccata mortalia septẽ virtutes et septẽ dona spũs sancti: Et cõtra sex pct̃a in spiritũ sanctũ septẽ sacramẽta: Et cõtra nouẽ peccata aliena, octo beatitudines: Et cõtra peccata omnia, septem opera misericordiæ & duodecim fructus spiritus sancti. Et tũc laborabit homo, vt imagini Christi possit cõformari. Quod vt obtinere possit, necessaria est ei in primis saltẽ aliqua de Deo cognitio, & qualiter ipse in nobis existat. Hinc porro cogni-

tio

tio ſuiſpſius procedit. Deinde ſpiritalē ſuū alphabetū addiſcere perfecte atq; ſcire debet, q̄tenus videlicet agnoſcat oēs vires & affectiōes ſuas, conſcientiam ſuam & quinq; ſenſus ſuos exteriores & interiores, quæ ſimul viginti quatuor literas conſtituunt, per quas omnia diuina ac ſpiritalia intelligunt. Et has literas noſſe oportet & ſcire vbinā ſint in homine, & ad quid factę ſint, in quæ mala corruerint, & per quid reformādæ ſint, & qualiter in rectitudine ſua teneātur. Schola vero, in qua ſpiritale iſtud alphabetum addiſcendum eſt, ipſe eſt animæ fundus, vbi cœleſtis magiſter, æterna videlicet ſapiētia in intimis noſtris inhabitat, in quo omnes doctores ſcholas viſitant, qui ab æterna ſapientia inſtituunt. Nō em̄ poſſunt vere diuini doctores effici, niſi a ſpiritu Dei fuerint edocti. In hac ſchola ȳa ars Deo ſeruiendi, & ipſum in ſpiritu & veritate adorandi ediſcitur, & q̄tidie nouæ quædā artes & internæ ſciētiæ hic tradunt, adeo vt ſi quem mille annis ſuperuiuere poſſibile foret, nouas hic ſemper veritates ille p̄cepturus eſſet. Et ob hoc longiorē vitā appetere debemus, q̄tenus nobiſipſis perfecte mori poſſimus addiſcere, et plene cognoſcere q̄liter iuxta diuinę ȳitatis exigentiā viuere teneamur: et ſic abſq; medio de vita p̄ſenti ad vitā æternā trāſibimus. Porro ſi nūc iſtud diſcere negle xerimus, tādiu purgatorij diriſſima nos incēdia cōflagrabūt, donec iſtud funditus agnoſcamus.

Qualiter in nobiſipſis Deum agnoſcere debeamus. Cap. VIII.

VT vero ſaltē aliquā de Deo cognitiōem, prout tenemur, habere poſſimus, ſciendū eſt Deū eſſe ſimplicē quandā eſſentiā, quę

seipsam vniuit in essentia animæ nostræ. Est autem Deus trinus in personis, & vniuit seipsum in viribus supremis. Nos quoque fecit ad imaginem et similitudinem suam. Secundum simplicem animæ nostræ essentiam, Dei intra nos imaginem habemus: Secundum vero tres vires superiores, quæ promanant & originem trahunt ex illa simplici imagine, Dei intra nos similitudinem habemus. Per simplicitatem suam quiescit ipse in nobis, & hoc per merita sanctissimæ humanitatis suæ. Et secundum quod nos operamur, et strictiosius nosipsos applicamus, atq; cõuertimus ad Deum, secũdum hoc operatur ipse perfectius in nobis similitudinem diuinitatis ac humanitatis suæ, facitq; nos esse per gratiam, q minime sumus per naturam, quatenus ipsum intus et exterius sequi valeamus eo modo, quo nos ipse præcessit. Et hæ sunt deliciæ atq; gaudium domini Dei nostri in nobis, quod ipsi videlicet similes efficimur. Perfecta nanq; salus nostra in eo consistit, quod taliter in Christum transformamur, et in ipso permanemus.

Simplex quædam cognitio vel confessio sanctissimæ Trinitatis. Cap. IX.

CRedimus autem in diuinitate tres esse personas, videlicet patrem & filium et spiritum sanctũ: atq; has tres personas vnum esse verum Deum, continentẽ in se potentiã, sapientiã et bonitatẽ, quę sunt tres inuisibiles vires (si tamẽ ita dicere fas est) videlicet potẽtia, qua omnia potuit: sapiẽtia, qua cũcta disposuit atq; præuidit: et amor, qui ipsum ad omnia creãda incitauit. Faciamus (inqt ipse) hominẽ ad imagi-

nem

nem & similitudinē nostrā. Aduertedū igitur, ꝙ quemadmodū in Deitate tres personæ existūt, et vnus Deus: ita in anima sunt tres vires & vnus spiritus. Est aūt spiritus animæ quędam nuda et simplex essentia, quæ in perpetuū viuet atq; durabit, & in ista essentia Deus seipsum vniuit, augens in memoriam, intellectū et voluntatem, secundū quæ similitudinem habet anima sanctissimæ Trinitatis. Porro sicut harum virtū altera sine altera nihil operat: ita & in beatissima Trinitate nihil exterius operatur vna persona sine alia. Patris enim potentia nihil agit absq; filij sapientia, & bonitate sancti spiritus: & pari modo memoria nihil cogitare potest, nisi per intellectū ipsi imprimat: et intellectus nihil potest intelligere siue cognoscere, nisi memoria prius ipsum recogitet, et tūc illud intellectus apprehēdat. Et hoc modo filius ex patre generat. Porro secūdum q̄d rei alicuius reminiscimur, & intelligēdo vtilē fore cognoscimus, secundū hoc q̄q; diligimus eandem: & pro quāto eā volumus, pro tāto eā & amamus & desideramus. Et sic patet, ꝙ neq; memoria, neq; intellectus, neq; volūtas esse, vel aliq̄d operari possint altera sine altera: sicut nec in sanctissima Trinitate exterius vna p̄sona aliquid agit sine altera. Pater em̄ gignit filiū, per quē seipsum perfectissime cognoscit, & ob hoc nō potest nō amare atq; laudare perfecte seipsum, quod ipsi soli est possibile.

De viribus aīæ & ipsaꝝ opatione. Cap. X.

ET q̄uis anima quędā inuisibilis essentia sit, quæ nullū occupat locū secundū exteriorē modū: habet nihilo minus peculiarē locū suū, operationē et motū in homine. Secundū sim

plicem essentiã suam manet suspensa in Deo, cuius est insignita imagine. Porro ex ista imagine similitudo beatissimæ Trinitatis emanat, q̃ sunt tres vires superiores, q̃bus Deũ cognoscit atque diligit, memoria videlicet, intellectus atq; voluntas, quæ sunt sup̃ma pars animæ, & in hominis capite existunt, vt ipsi summo bono iugiter adhæreant & vnianť. Et hic anima spiritus appellatur, eo q̃ vires superiores cũ Dei spiritu semper vnitæ esse deberẽt. Iam vero sequuntur tres vires inferiores, q̃bus placere & displicere Deo potest, super quas & vigilare nos diligenter oportet, & orare ne incidamus in tentationẽ. Concupiscibilis est sub memoria, rationalis sub intellectu, & irascibilis sub voluntate. Præter has supradictas vires insunt animæ septem affectiones siue motus, videlicet spes, amor et gaudium, sub vi concupiscibili. Conscientia & pudor sub rationali. Timor, odium & tristitia sub irascibili. Et supradictæ tres vires inferiores cũ septem affectionibus siue motibus in ipso corde consistunt, & in ea q̃ medio conscientia posita est, quæ semper excipit illã desuper influentẽ lucem, qua ratio est circũfulsa, & per hanc omnes vires suas inferiores ipsa corrigit. Et hic anima istud ipsum nomen, videlicet anima sortiť, eo q̃ vitã corpori ministrat, ipsumq; regit secundũ oẽs rationabiles institutiones & virtutes morales. Et secundũ q̃ vires superiores in Deo conseruanť, et ipsi manẽt vnitæ, secundũ hoc q̃q; vires inferiores (vbi anima, prout dictũ est, ipsum animę vocabulum sortitur) gratiarum charismatibus atque diuitijs dotantur. Quia vero Deus simplici quodã modo habitat in simplici animæ essentia, ideo sem

per

per dilabit ac profluit cum larga quadam & copiosa gratia in ipsas animæ vires, & operatur in eis secundū suam Trinitatem. Pater quidem in memoria faciens eam tranquillā & simplicem, trahitq; concupiscibilem et spem, amorem atq; gaudium ad se solū facit esse erecta. Filius vero Dei qui est æterna veritas, quiq; habitat in intellectu, purū atq; simplicem facit ipm intellectū, vt Deum valeat mundis oculis intueri, & illuminat atq; instruit rationem, mūdat & purgat conscientiā, & corrigit ac reprehendit omnia inferiora. Postremo spiritus sanctus riuus ille mellifluus, qui suam in voluntate sedem habere dignatur, ipsam voluntatem vnit sibi in vinculo amoris, & vim irascibilem cōfortat ad assequēdum cunctas virtutes, & replet eam diuino timore, quatenus semper odio habeat, & recedat ab omni malo, facitq; eam dolere & erubescere de malis antea perpetratis, & amplectitur hominem per gratiam, cunctaq; eius opera dirigit ac moderatur. Sic sic nimirum Deus homine introuerso vtitur. Et ideo solerter omni tempore obseruare debemus fundum istum, & esse introuersi in præsentiam Dei, firmiter credendo Deum semper esse in intimo animæ nostræ, atque intueri, qualiter ad eius imaginem facti sumus, & quid sint vires animæ, quales eas esse oporteat, qualiter eis abusi simus, & tam innumeris defectibus onerauerimus, sed & perspicere atque aduertere fundum nostrum, vndenam vitia nostra oriantur, & vbi radices eorum intra nos lateant & absconditæ sint, vt eas inde euellere, locoque earum omnia virtutum exercitia inserere valeamus,

quatenus inde libertatē assequi possit cōscientia et nos vel sic tandē ad verā noticiā defectuū nostrorū peruenire possimus, efficiamurq; sollicitī ad erigendū et reformandū vires nostras, q̄s destruximus atq; cōfregimus, et hoc p̄ Iesum Christū, qui est reformatio nostra, p̄ quē et in rectitudine sua p̄sistere valebūt. Sicq; rite fundabimur, vt oīa vitæ ac passiōis dīnicæ exercitia, secundū suprēmā perfectionem superēdificare possimus. Quisq; aūt ista ignorauerit, et hūc fundū neglexerit, ille profecto nō valebit vnq̄ proficere, neq; in vllo virtutū exercitio perseuerare. Et idcirco debet vnusquisq; studiose colere agrum cordis sui, et obseruare sollicite vndenā moueat, an Deum in omnibus principaliter intendat, et quare singula opera sua perficiat.

Quomodo Deus intra nos sit. Cap. XI.

SCiendū vero est Deū ita in nobis, et in cunctis esse hoībus, quemadmodum ipse sol est in cœlo. Quilibet enim iustus est cœlū sanctissimæ Trinitatis, in q̄ seipsum Deus (vt ita dicā) celauit: q̄ est ipse diuinus sol iustitiæ, q̄ lumine gratiæ suæ deorsum radiat (ad instar radiorū solariū) in rationalem animā: eiusq; conscientiam illustrat, et cor feruidum atq; fœcundum reddit. Anima quoque per illos radios diuinæ gratiæ pascitur atque docetur. Porro quemadmodum non omni tempore sol ille materialis lucet, sed impeditur quandoq; per pluuias, per nebulam, per tonitrua, & per obscurā noctem: et licet integram semper retineat in se claritatē suā, nō tamen in terrā diffundere potest splendorē suum: ita prorsus circa ipsum diuinū solē iustitiæ cōtingit, q̄ in nr̄o spiritu habitare, et ip̄m illumi

nare

nare dignatur. Qui similiter licet in seipso eandem semper claritatem habeat: nostris attamen peccatis & defectibus impeditus, lumen gratiæ suæ, radiosq; suos, in animam dirigere non potest. Quando enim vis animæ cõcupiscibilis ad sensualitatis solatia sese extrouertens, sensuales oblectationes ac voluptates appetit, eisque frui consentit: tunc profecto in anima pluit. Quando vero rationalis vis nimia quorumlibet externorum cura distenditur, tunc nebula in anima generatur. Quando autem irascibilis vis turbatur, tonitrua in anima concitantur. Porro quãdo hęc aliaq; peccata nullis pœnitentiæ lamentis diluuntur, quid nisi nox teterrima in anima causatur? Quod si sol iste rursus in anima lucere debeat, necesse est vt ipsa peccata sua cum dolore & contritione cognoscat, confiteatur, & pro posse emendet, omnem sensualem oblectationẽ, solicitudinem & turbationem in se mortificet. Et tunc iterum in ea sol iustitiæ radiabit, vnde & ipsa iam clare media omnia, inter se & Deum suum existentia, cognoscet. Sicut enim ex solis materialis illustratione, etiam atomi in aere illuminato perspiciuntur, sic & huiusmodi munda anima, a diuino sole interius illustrata, omnes defectus suos, vicios as inclinationes, & infirmitates suas agnoscit. Quũ autem peccato consentit, lumen amoris diuini extra seipsam fugat, & diuinum a se influxum excludit. Insuper ex essentia diuina lux quædam siue radius cõtinue in anima lucet, synderesis appellata: quę remorsum in conscientia causat, quæ & in omnibus hominibus existit. Porro per culpæ perpetrationem anima tantam cæcitatem & amaritudinẽ incurrit, vt

rit, vt præcipuam felicitatem suam minime cognoscat, & in seipsa manere tædium sibi fiat: ideoq; foris in rebus sensibilibus & externis per quinque sensus solatium quærit: & sic de vna ęcitate in aliam profundius ruit. Est autem spiritus noster (in quo, vt dixi, sol iste diuinus semper commoratur) ipsa simplex & nuda essentia animæ. Et sicut Deus secundum diuinitatem suam simplex essentia nominatur, quæ nulli præterquam sibi soli cognita est, eodē modo habet etiam anima intra se vim quandam diuinam, quæ est omnium aliarum virium centrū, quam nemo perfecte intelligit. Et quemadmodum Deus non est omne id, quod de ipso dici potest, ita & hæc vis, quæ nomine quoque caret, nihil est eorum, quæ vllo doctrinæ genere explicari possunt. Et per istam vim anima Deo similima existit. Est nanque imago Dei in anima, continens in se tres vires, memoriam scilicet, intellectum & voluntatem, per quas anima habet in sese similitudinem Dei, ipsaque beatissima Trinitas, quæ est & erit vsque in ęuum vnus inseparabilis Deus, vniuit atque (vt ita dicam) celauit semetipsam in his tribus viribus. Et quidem Deus pater sese celauit, cum sapientia & bonitate in memoria, quatenus in Deo per bonas cogitationes quiesceret. Quum autē constet animam sine diuino adiutorio nec vnam posse bonā cogitationem habere, ideo se in seipsam conuertere debet, hoc vel simili modo dicendo: Obsecro te cœlestis pater domine Deus meus, adiuua me per sapientiam filij tui, perque eius sanctissima merita, & per amorem sancti spiritus tui, ex quo in memoria mea esse dignaris, vt nihil

hil vnquam cogitare vel desiderare præsumam, nisi quod tuæ beneplacitum est voluntati. Porro Deus filius, per potentiam suam in intellectu sese celauit, vt per ipsum anima Deum cognosceret. Quia vero puritas intellectus nostri in tantũ nũc obscurata est, vt anima Deum suum contẽplari non possit, idcirco ad alterã in deitate personã cõuertere se debet, hoc pacto dicendo: O fili æterni Dei, qui meum inhabitas intellectum, obsecro te per potentiam patris tui, & per amorem sancti spiritus tui adiuua me vt nihil vnquam cognoscam & intelligã, nisi quod tu volueris. Postremo Deus spiritus sanctus in libera voluntate celauit semetipsum, quatenus Deum amaret, & cum ipso in vno amore & eadem voluntate foret vnita. Sed quia proh dolor voluntas & amor animæ modo tam defectuosi existunt, introrsum anima sese conuertere debet ad spiritum sanctum, qui tertia est in deitate persona, sic orando: O spiritus sancte Deus, qui in mea libera voluntate esse dignaris, oro te adiuua me per potentiam patris, & per sapientiam filij eius, cum sis amborum spiritus, vt nihil vnquam loquar, agam, dimittam aut patiar, nisi quod tu velis. Et quia tres istæ personæ indiuisæ sunt, & inseparabiles, ideo pro vno vero Deo eas semper adorare debemus, & absque curiosa perscrutatione in ipsum simpliciter credere, dicendo sic intime ac deuote ad Deum: O pater, o fili, o spiritus sancte, qui in Trinitate personarum vnus es Deus, obsecro te digneris me tecum vnire, adeo vt me nihil vnquam ab amore tuo valeat separare. Deniq; quamuis omnipotens Deus in nobis ita semetipsum

psum celauit, nequaquam tamen aliquid in nobis nisi per sanctissimã humanitatem suã vult operari. Per Adam siquidem progenitorem nostrum iamolim lapsi fuimus & eramus filij irę, diuina fruitione priuati. Sed per nouum Adam, qui Iesus, id est, saluator dicitur, reparati sumus.

Primo, quid sint, & vbi sint in nobis animæ vires. Cap. XII.

SCiendum est itaq; animam sex habere vires, & affectiones septem. Præter has ornata est quinque sensibus, & eius substãtia est esse, viuere, sentire & intelligere. Opus vero, ad quod condita est, ipsum est Deum cognoscere, amare atque illo frui. Porro vires superiores in hominis capite sitæ sunt. Intellectus quidem in eius anteriori parte existit, eique seruiunt oculi, & in hac vi intellectiua Dei sapientia est & operatur. Memoria vero in occipite est, in cerebro videlicet, & vtitur ministerio aurium, estque in ea, & operatur potentia Dei. Voluntas denique in superiori vertice capitis existit, cui reliqui sensus inseruiunt, videlicet gustus, tactus & odoratus, estq; in ea bonitas Dei. Inferiores autem animæ vires sunt in corde hominis. Ipsam quidem dexteram partem cordis vis concupiscibilis occupat, habens sibi subiectas tres affectiones, quæ ad ipsam sunt inclinatæ, videlicet, spẽ, amorem & gaudium. Sinistram vero partem cordis occupat vis irascibilis, quæ similiter habet sub se tres affectiones ei sese applicantes, videlicet, odium, timorem & tristitiam. Postremo vis rationalis in medio cordis sita est, habens intra se scintillam animæ, quæ synderesis appellatur,

quæ

quæ semper omni malo repugnat, eique pudor subijcitur.

Secundo, cur hæ vires animæ collatæ sint. Cap. XIII.

EST autem memoria ob hoc animæ collata, quatenus in Deo per bonas cogitationes quiesceret. Intellectus vero, quatenus Deum cognosceret, & in spiritu supra seipsam se leuaret. Voluntas autem, vt Deum amaret et peccata fugeret, esset q; cum Deo vnus spiritus, & nihil vellet, nisi quod eius esset consonũ voluntati. Vim concupiscibilem sortita est, vt in cunctis Dei gloriam, & super omnia summum bonum appeteret. Rationalẽ, vt per eam discerneret inter bonum & malum, spretoq; malo, bonum duntaxat eligeret, vim irascibilem, vt fortiter omni malo resisteret. Præter has iam dictas vires, datæ sunt animæ tres naturales inclinationes, amor videlicet, vt summum bonum diligeret: spes, vt in summo bono speraret: gaudium, vt in bono perenni gauderet. Hasque tres affectiones ad hoc accepit, vt per eas virtutum exercitijs incumberet, quemadmodum istæ subsequentes ob hoc ei collatæ sunt, vt per eas malo resisteret: verbi gratia, timor, vt Deum reuerere tur: tristitia, vt solummodo ob Dei contemptum & sua peccata doleret: odium, vt malum odiret & auersaretur. Insuper datus est ei naturalis pudor, vt peccata perpetrare erubẽsceret, et nequa quam bene agere Deoq; seruire verecũdaretur.

Tertio, in quæ mala vires ipsæ corruerint. Cap. XIIII.

Sed

SED iam proh dolor oēs hę vires & affectiones animæ a prima ſua dignitate per Adæ inobedientiā exciderūt. Memoria ſiquidem in & per multas eſt inutiles cogitationes diſperſa. Intellectus extrouerſus eſt & aberrat a cognitione Dei. Nobiliſſima hominis libera volūtas peruerſa atq; defectuoſa nimis effecta eſt, vitiorūq; laqueis irretita. Et certe iſtæ præcipuę ſunt animæ vires, quibus creatorē ſuum cogitare, cognoſcere, frui & amare, atq; cum ipſo vniri debuiſſet. Videamus modo qualiter & ipſæ vires inferiores ſub vitijs oppreſſę & ſubuerſę iaceāt. Ipſa profecto vis cōcupiſcibilis tribus eſt vitijs capitalibus obſeſſa, videlicet auaritia, gula & luxuria. Iraſcibilis ſimiliter obſeſſa eſt ira, odio atq; inuidia. Rationalem vero ſuperbia obſidet, quæ nimirum ſuperbia, quicquid aliæ vires delinquunt, per rationem defendere conatur. Sic proh dolor oēs animæ vires corruptæ, & oēs eius affectiones ad malum ſunt procliues & inclinatæ. Et ob hanc cauſam viuificās ille riuus ſpiritus ſancti (q ſcaturit ex originali fonte Dei patris per merita filij eius domini noſtri Ieſu Chriſti) omnino obſtructus eſt, ita vt riuus ille aquæ viuæ nequaquam in nos cum gratia manare poſſit, eo quod omnes venæ, per quas meare debuiſſet, impeditæ ſint. Memoria nanque (vt dictum eſt) in inutiles eſt cogitationes diſperſa. Intellectus per imagines vanas & infrugiferas eſt obfuſcatus. Voluntas in amore Dei infirma eſt. Vis concupiſcibilis in rerum tranſeuntium concupiſcentiam eſt effuſa. Ratio apud ſemetipſam eſt prudens & expers ſimplicitatis, quærens ſeipſam in omnibus, tam corporalibus,

quam

quam ſpiritualibus. Et hæc eſt cauſa, quare nō poſſit inuenire anima creatorem ſuum,& quare nō inueniatur ab ipſo. Vis etiam iraſcibilis vehementer inflata eſt ira,odio atq; inuidia, & appetitu vindictæ, ſæpiuſq; in anima grauiſſimas tempeſtates excitat, videlicet tonitrua litigioſorum verborum, fulmina terribilis aſpectus, & grandines detractionum, quæ omnia facit inordinata vis iraſcibilis,eo quod non eſt in loco debito collocata.Ratio ſimiliter, quia in loco debito ſita nō eſt,in anima curas inutiles & obſcuram nebulā propriæ quæſtionis inducit. Concupiſcibilis quoq; turbines ſuperbiæ & auaritiæ,et pluuias malę cōcupiſcētiæ producit.Quo fit,vt ſol iuſtitiæ Deus in anima lucere non poſſit. Sicut enim nebula, pluuiæ, tonitrua & tēpeſtates naturalis ſolis ſplendorem intercipiūt, ita quoq; ſupradictę tēpeſtates animæ,prohibēt ab ea ſerenā lucem diuinæ gratiæ, vt in ea neq; operari neq; lucere poſſit. Veruntamen ſicut ſol etiam ſi nullum de ſe diffundat ſplendorem,in ipſo nihilo minus cœli firmamēto exiſtit,ita prorſus Deus per diuinitatē ſuam in anima eſt etiā tunc, quando peccat. Non enim poteſt a ſe Deū expellere,quandoquidem ſpiritus eius viuit de viuificante ſpiritu ſancto.Eſt etenim vita ſpiritus ipſe Deus,& animæ vita ſpiritus. Eſtq; Deus ſemper in ſpiritu,qui eſt imago Dei in anima. Sicut enim Deus in perpetuum erit,& nunq; eſſe deſinet,ita & ſpiritus in æternū erit, ſiue in gaudijs, ſiue in tormētis.Porro quāuis Deus in ſpiritu exiſtat, nihil tamē operatur in eo, niſi ipſe ſe ſpiritus in Deum per cogitationem,cognitionem,et amorem cōuertat, Cumq; ſpiritus in Deum ſeſe

con-

conuerterit per fidem, ſpem et charitatem, ita vi delicet, vt Deum ſuper omnia diligat, & in ipſo ſperet magis, quam in omnibus creaturis, & in ipſum credat, vtpote q̃ eſt trinus & vnus, idem que indiuiſus Deus in vna deitate, & in vua pura ac ſimplici eſſentia, quæ ipſi ſoli cognita eſt, tunc nimirum anima bene habet. Et quia Deus ſibi ſoli cognitus eſt, ideo ipſe quoque ſolus ſeipſum perfecte diligere poteſt. Nos autem ad hoc ab ipſo conditi ſumus, vt eum cognoſcamus, amemus, ipſoq̃ fruamur. Ad quod ſi pertingere velimus, cũ ipſo nos vniri oportet. Si vero cum ipſo velimus vniri, illud omnino fieri habet per merita ſanctiſſimæ humanitatis ſuæ, quam propter nos aſſumpſit, per cuius omnimodam perfectionem omnis imperfectio noſtra perfici, & omnes animæ vires in locum ſuum, in quo fuerant a Deo primitus conſtitutæ, reſtitui poſſunt.

Quarto, in quo rurſus erigi debeant animæ vires. Cap. XV.

IAM vero ſi quærat aliquis, in quo reformari, & denuo erigi debeant animæ vires, id omnino fieri habet per Chriſtũ Ieſum, qui eſt reformatio & redemptio noſtra, per quem ſpiritus noſter amiſſæ libertati reſtituitur, & in Deũ eleuatur, vbi omnes vires animæ noſtræ tam inferiores, quam ſuperiores, omnes quoq̃ ſenſuales motus in vnum colliguntur, ſuo priſtino loco reſtituuntur, in Deum eriguntur, & ſuo principio applicãtur, vt cooperentur inactioni Dei, vbi quoq̃ ſenſus omnes introrſum trahũtur ad ſummum bonum, quatenus ſemper audiant & videant æterna, guſtent & tangant diuina, & ad exte-

exteriora quælibet & sensibilia velut insensibiles, ad spiritalia vero & interna viuaces existãt, vtque omnia, quæ exterius videre & audire contingit, in Deum trahant, prout veros decet amatores. Etenim per hoc omnis nostra conuersatio, omne agere & dimittere, cunctaq; opera nostra dirigi atq; perfici, & summi boni capacia fieri valebunt.

Quinto, in quo perfistere debeant ac permanere. Cap. XVI.

DEniq; vt in rectitudine sua perfistere valeant, tria nobis sunt iugiter obseruanda. Primo introuersio continua in spiritum, & vt semper maneamus in p̃sentia Dei per puras cogitationes, & per clarã cognitionẽ, & voluntatis vnionẽ, vt videlicet vnus cum Deo spiritus effici & manere cupiamus, idq; per merita humani gaudiosi spiritus sui, per quem memoria nostra libertati restituitur, intellectus illuminatur, & volũtas in amore diuino vnitur, ad prosequendũ semper beneplacitã Dei voluntatẽ. Secundo, vt dño Deo nostro semper obediamus, & ipsi cũ omnibus viribus nostris subditi simus, ipsasq; vires simul oẽs Deo applicatas seruemus, & hoc per merita sanctissimæ ac mœstissimæ animæ suæ, per quã ratio illuminatur, vis cõcupiscibilis purificatur, & irascibilis, humilis atq; mitis efficitur, oẽs quoq; affectiones, spes videlicet & timor, amor & odiũ, gaudiũ & dolor atq; pudor motu diuino agũtur, & simul ad Deũ vnite seruantur, per arctam quinq; sensuum custodiam. Et inde conscientia in summo gaudio & exultatione constituitur, eo videlicet,

quod omnes vires, affectiones & sensus per Iesum Christum in debito suo loco & rectitudine conseruãtur. Tertio, vt omni tempore vitam ac passionem domini nostri Iesu Christi in cordibus nostris collectã atq; impressam habeamus, ipsamq; crucifixam imaginem eiusdem domini nostri Iesu Christi ibidem erectam teneamus, in qua omnis summa totius vitæ ac passionis eius inclusa est, & vt clarum istud speculum perfectissimumque exemplar iugiter ob oculos cordis versemus, aspiciendo quidnã fuerit in Christo Iesu, quales erant omnes vires atque affectiones eius, qualiter ipse dispositus erat intus & exterius in omni conuersatione sua verbis & operibus suis, quatenus in illis eum sequi, & sic in ipsum transformari mereamur per merita sanctissimi mundissimi vulnerati corporis sui, per quod omnia membra nostra mundantur, & in Christo Iesu conseruantur. Extra istud speculum nunquam deflectere debemus, sed in eo ingiter permanere, & aspicere dissimilitudinem nostram, & quæ nobis adhuc desint in spiritu, in anima & in corpore, in quibus nondum ipsum sequimur. Intueri etiam quomodo spiritus Christi erectus erat per quandam essentialem introuersionem, in summum et maximum gaudium, etiam tunc quando grauissime patiebatur. Et qualiter eius anima ob animarum nostrarum reparationem in maximos dolores & pœnas distẽsa fuerit. Quomodo denicq; corpus eius miserrime laceratum, & atrociter vulneratum, in cruce pẽdebat in maximo cruciatu, in extrema paupertate, & desolatissima despectione, qualẽ nulla vnquã creatura sustinuit, quodq; ab exordio nati-

natiuitatis suæ vsq; ad illud tempus, quo in cruce moriebatur, cruce multiplici nunquam carebat. Atq; ista vicissim quilibet homo in corde suo portare debet, vt ipsum vice versa cū essentiali introversione cum gaudioso spiritu cū subiecta anima, et cum puro ac patienti corpore valeat imitari. Porro quisquis istud amplius & perseuerantius exercitauerit, ille supra dicta omnia clarius in seipso deprehendet. Et certe istam de Deo & de nobisipsis cognitionem, & quid sint animæ vires, vbi sint, cur nobis collatæ sint, in quæ mala corruerint, in quo rursus erigi, & in quo persistere debeant, de quibus iam supra dictum est, omnes necessario scire tenentur. Est enim huiusmodi cognitio, quasi quoddā fundamentum, cui omnia exercitia superædificari possunt, prout quisque se trahi senserit. Et sine isto non est spes alicuius profectus, nec vllum potest exercitium stabiliter perdurare. Hinc nanque omnes gradus & spiritales profectus virtutum oriuntur.

De quinque vtilitatibus, quas consequitur ille, qui supradicta quinque puncta studiose attendit, & sese in eis exercet. Cap. XVII.

PORro, qui supradicta vigilanter attendere, & in eis sese exercere curat, ille quinque non paruas inde vtilitates assequitur. Primo quidem, quum se modo supra dicto introvertit, aspicitq; qualiter ad Dei factus est imaginē, & quid sint animæ vires, & vbinā sitæ sint, Dei atq; suiipsius inde cognitionē assequitur, de qua sic ait quidam; Si cognosceret homo Deum atq;

seipsum, nequaquam vel mille mortes formida ret, Et sanctus Bernardus, multi, inquit, multa sciunt, & seipsos nesciunt. Secundo, quando con siderat quare ad Dei imaginem factus sit, & ad quid ei vires animæ collatæ sint, inde mox incipit erubescere, & multum humiliari, eo quod ad Deum eas adhuc nequaquam applicauit. Hinc mellifluus ille Bernardus ait: Quando nosipsos bene consideramus, merito de nobisipsis erube scimus. Tertio, quando perpendit, in quo eas destruxerit, & in quo abusus sit viribus animæ suæ, per hoc venit ad cognitionem propriæ vilitatis, & innumerabilium defectuum suorum, quibus seipsum onerauit. Videns autē domum animæ suæ plenam infirmis, claudis & cæcis, medicum accedere compellitur, & illi omnia vulnera sua detegere, qui propria nulla habet. Quarto, quando pro sui reformatione est sollicitus, vt videlicet per bona exercitia omnes vires suæ per Iesum Christum reformari, & denuo valeant erigi, inde vigorosus oritur in omni virtute profectus. Quinto, quando gregem cogitationum, virium & omnium sensuum suorum interiorum & exteriorum ad Deum custodit, & amorosam vitam ac passionem eius iugiter in corde suo portat, inde omnis illi vitæ perfectio promanat. Ille nanque in Christo Iesu manet, qui sic viuit, quemadmodum ille vixit. Porro ad hoc vt in Christo Iesu maneamus, necessaria est arcta nostri cordis obseruatio, quatenus vires nostras, & omnia membra nostra in Christo Iesu cōseruemus. Nullum enim vtilius exercitium esse puto, quam vt fundum nostrum ad Deum custodiamus, & inspi-

ſpirationes diuinas attendamus. Omnis nanque erroris origo inde procedit, quod fundum cordis ſui homo non obſeruat, ſed libere permittit vires ſuas rebus temporalibus occupari, & ipſe totus inhæret creaturis, ſuum in eis ſolatium quærens atque conſtituens, & per hoc omni gratia & inſpiratione diuina priuat ſemetipſum. De qua ſic ait beatus Bernardus: Si vocẽ Dei ſonare audieris in corde tuo, ſurge & da honorem Deo, & age reuerentiam ſpiritui ſancto, cunctiſque dimiſſis exterioribus ita eum alloquere: Gratus aduenisti o deſiderabiliſſime vnicum ſolatium cordis mei, quem toto mentis affectu iam olim concupiui, en totum me offero & reſigno tuæ beneplacitæ voluntati. Et ſanctus Hieronymus: Omni, inquit, cuſtodia ſerua temetipſum, & perfectam tuo ſponſo fidelitatẽ oſtende. Proinde iugiter circa noſipſos cum timore inuigilare debemus, vt non euagemur extra imaginem Ieſu Chriſti, & extra ſemitam mandatorum ipſius. Ait enim ſanctus Bernardus: Time quum arriſerit gratia, time quum abierit, time quum denuo reuertetur. In veritate, inquit idem, didici, nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam & recuperandam, quam ſi omni tempore inueniaris non altum ſapere, ſed timere. Idcirco omnino conuenit ſollicite nos ambulare coram Deo noſtro, vt tanquam fructuoſi palmites in vite noſtra permanere poſſimus, hoc eſt, in Chriſto Ieſu, in quo omnes vires noſtras & omnia mẽbra corporis noſtri, cor noſtrum & ſenſus noſtros conſeruare debemus, idq; faciendo, & nos permanemus in Deo, & Chriſtus Ieſus in no-

bis, fructiferos nos efficiens in omni virtute. Atq; in hoc sita est omnis salus nostra, vt sic per Christū Iesum introducamur, & cum ipso vnus spiritus, vna anima & vnū corpus efficiamur.

Qualiter nobisipsis perfecte mori solique Deo viuere debeamus. Cap. XVIII.

PORro ex isto fundo nostro vel mille mortes quotidie Deo omnipotenti afferre potemus, in eo quod propriam voluntatē, cupiditatē & intentionem funditus eradicemus et exeamus, & in Deum immergamur. Sunt nanq; tria hæc, videlicet volūtas, cupiditas & intētio, principaliores radices, quibus humana vita inititur. Quæ cum in nobis funditus mortificatæ & in Deū relatæ fuerint, omnia alia facile subsequuntur, moriturq; homo sibiipsi, & viuit soli Deo, in eo, quod iam in nullo prorsus quærit semetipsum. Suiipsius nanq; oblitus, beneplacitissimam Dei tantummodo voluntatem obseruat, idq; propter amorem suum, & viuit secundum omne desiderium Dei, & hoc ad honorem ipsius, solumq; mouetur ex intentione Dei, & hoc ad delicias eius. Circa hæc seipsum quilibet sollicite obseruare debet, vt nihil agat vel omittat ex inclinatione aut motu sensualitatis in cogitando, in desiderando, in videndo, in audiendo, in verbis, in operibus, in comedendo, in bibendo, in vigilando, in dormiēdo, in agendo vel in omittendo, quatenus videlicet horum nihil agat ob suum commodum aut delectationem, sed solummodo pure propter Dei amorem, & ad gloriam ipsius. Et per hoc homo deificus efficitur permanetque. Quia enim semetipsum exiuit, atque

que sui ipsius oblitus solum Deum obseruat: ideo & ipsius vicissim a Deo cura suscipitur. Hinc etenim ait ipse Deus: Nō rapiet quisquam oues meas de manu mea. Et super hoc tria promittit. Primo, sanctuarium meum ego custodiam. Quis autem cecidit, nisi qui in seipso inuentus est, & in veritate in me non stetit? Secundo, conseruator ego sum regni mei, qui non permitto ingredi, vel saltem quiescere alienas formas in templo sancto meo. Tertio, defendam tabernaculum meum, & non appropinquabit ei vllum flagellum. Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis. Ecce ista promittit Deus his, qui seipsos obliuiscuntur, & ipsum solum in omnibus obseruant. Etenim vice versa defendit eos, pugnatque pro eis, qui se sponte ab omnibus creaturis in perfecta sui ipsorum abnegatione auertunt, quique vitam suam, & quicquid a Deo receperunt, in diuinam originem referunt, & omnes naturales inclinationes suas in acceptissimam Dei voluntatem immergunt, sibi ipsis perfecte morientes, Deoque soli viuentes, idque non tantum in rebus illicitis, verum etiam in bonis atque concessis, ipsique naturæ accommodis & necessarijs. Imo etiam in rebus supernaturalibus, spiritum & animam concernentibus, videlicet in exercitijs spūalibus & donis Dei, in qbus homo nō suū cōmodum, vel sensibilē saporē, aut consolationē internę qui etis, aut vllā vtilitatē hic vel in futuro, sed Dei solūmodo gloriā pure quærere debet. Porro per istā mortificationē vera vita & summum gaudiū atq; suprema libertas, perfecta quoq; pax in ipso fundo animæ inuenitur, in qua nimirum

pace factus est locus Dei, habitatio & requies. Iste plane fundus est, pro quo omnia agenda sunt, in quo tam misere deficimus, nosipsos in omnibus quærentes, tam in natura, quam in spiritu, quum tamen a Deo prohibitum nobis sit, & minime concessum, vlla re siue corporali, siue spiritali vti, quando in ea nosipsos quærimus, & acceptissimam Dei voluntatem eiusque supremum honorem negligimus. Hoc etenim faciendo, anima nostra nimis profecto abutimur eamque commaculamus, & infra limites (vt ita dicam) creatureitatis nostræ persistimus, & nequaquam deiformes efficimur, donec nosipsos funditus abnegemus, & nosmet exeuntes in Deum transeamus, & omnes vires nostras in diuinam virtutem trāsponamus, vtpote voluntatem spiritus, desiderium animæ & intentionem cordis nostri, quatenus videlicet ista in Deo relinquamus, omnemque vitam nostram, secundū eius dūtaxat supersanctissimam volūtatem, desideriū et intētionem instituamus. Sic nanq; deiformes efficimur, & in Deo habitamus, cunctisq; rebus tam corporalibus quam spiritualibus vtimur ob solius Dei amorem. Et hac ratione cūcta nobis licita sunt, nosque deifici cum Deo permanemus. O si quis ista, vel per vnum mensem, aut annum vnum rite obseruaret, ille certe Deo multas quotidie mortes offerret, quoadusque funditus mortificatus, & in Deo sepultus esset, q̄ facto multos deinceps, immensos, viuos ac cœlestes fructus esset productu rus. Nunc igitur o anima mea, prorsus abnega temetipsam, & auerte ab omni creatura, Deūque intra teipsam require, q̄ te ab ęterno dilexit,

cogno-

cognouit atque vocauit, quique modo intra te clamat languenti amore, quatenus ipsum & tu vicissim eligere, & super omnia incomparabiliter amare, & in omnibus honorem ipsius quærere satagas.

Qualiter anima dilectum suum quærit in quatuor elementis, quem intra semetipsam inuenit. Cap. XIX.

IAm nūc igitur aduerti, o fallacissime munde, quomodo vere sit deceptio, quicquid aliquid in te esse videtur. Pulchritudo nanque tua est quasi flos agri. Diuitiæ tuę similes sunt stillis roris, quæ herbis virentibus inhærent. Constantia tua similis est niui. Qui te amplectit, reuera vmbram amplexatur. Qui te desponsat, somnium sibi desponsat. O intricatissime munde, ex quo sic se habent ea, quæ in te sunt, nequaquam de cætero tecum permanere volo. Sed iam plane valefacio tibi, redire festinans & intendens in meum principium, idque per illam viam qua veni. Discurram igitur per omnia elementa, & videbo, si forte in illis ipsum inuenire potero. Dic mihi, dic obsecro solidissimum terræ elemētum, vbinam putas inuenire potero meum principium? Annō est ipsum intra te? Non in me, sed in teipso, o homo illud perquire, ego vero per ipsius voluntatem te nutrio, & in me sustento. Dic ergo mihi, o terra, qualiter est ipsum in me? Ita plane quemadmodum sol est in cœlo, & secundum quod ad ipsum conuersus fueris, secundum hoc quoque ipsum lucet in te, et manifestat seipsum tibi ac si nullus alius supereſſet præter te, de quo curare haberet. Dic mihi quæso & tu o aer, quem mira

bilibus video pulcherrime decoratum planetis, est ne intra te principium meum? Non est, imo prorsus intra te est, si ergo sapis, quære ipsum intra te, ibi illud inuenies existens eo modo, quo sol est in me, & sicut solis lumen per nebulam, per pluuias, per tonitrua, & per grandines intercipitur in me, ita & tu quoq; per peccata tua impedis lumen gratiæ suæ, vt non possit lucere in se, ipsum nihilo minus secundum diuinitatem suam est intra te. Nunc igitur vel tu præclarum ignis elementum, indica mihi principium meum. Ipsum certe intra te est, quemadmodum scintilla in me. Et sicut ferrum q̃diu in igne manet, ignis est, sic & tu o nobilis anima, manẽdo in charitate, in Deo per gratiam existis. Venio nunc ad te, o fluida maris vnda, quæ intumescendo per voluntatem creatoris tui populũ domini siccis pedibus per te transire fecisti, eunctosq; illius aduersarios fluctibus tuis inuoluisti, duc me obsecro in meum principium. Nunquid non inueniam ipsum intra te? Minime, sed in te est o homo, & tu viciſſim es in illo, eo videlicet modo quo riuuli in me sunt. Et sicut illi aggeribus impediũtur, vt in me fluere nõ possint, ita & tu per peccata tua impediris, quo minus in principium remeare queas, fugias ergo peccatum, & quæras ipsum intra te. Denique si potestis, oro dicite mihi, o cœlum & terra, & quæcunq; estis in eis, vbinã inueniam eũ, quem diligit anima mea? Ibi plane inuenies eũ o homo, vbi omnes reliqueris instabiles creaturas. Ergo in perpetuũ & semper valete creaturæ omnes. Credo iã & cõfido intra me esse eum, quem frustra quæsiui in vobis. Modo inueni eũ, nec vnq̃ dimit-

dimittam, sed introducam eū in domum memoriæ meæ, introducam eum in cubiculū quietis, & in lectulum pacis, in quo simul cum ipso dormiam & requiescam. Ibi abscondet me in tabernaculo suo, hoc est, in humanitate sua, & in abscōdito tabernaculi sui, hoc est, in diuinitate sua. Nunc exaltabit caput meum, hoc est, animam meam, super inimicos meos, (Ipse nanque fore se promisit inimicum inimicorum meorum) et in firma petra, hoc est, in Christo fundauit me, vt non valeat vlla tentatio aduersum me præualere.

Qualiter Deus intra nos sit, & qualiter ad eius imaginem facti simus. Cap. XX.

MVlti multa sciunt, & seipsos nesciunt. Alios inspiciunt & seipsos deserunt. Deum quærunt per ista exteriora, deserētes sua interiora, qbus interior est Deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad superiora ascendam, vt possim cognoscere vnde venio, aut quo vado, qui sum, vel vnde sum: & ita per cognitionem mei valeā peruenire ad cognitionem Dei. Quanto nanq; in cognitione mei perficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. ¶Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio, per quę Deum recolo, conspicio & cōcupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, volūtas siue amor. Per memoriam reminiscor, per intelligentiam intueor, per voluntatem amplector. Cum Dei reminiscor, in memoria mea eū inuenio, & in ea de eo, & in eo delector, secundum q̄d ipse mihi donare dignat.

Intelligen-

Intelligentia intueor quid sit Deus in seipso, qd in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, quid in creaturis. In seipso est incomprehensibilis, quia principiū & finis: principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo quam incōprehensibilis sit Deus, quando meipsum intelligere non possum, quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo assidue felices lætantur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat, sapienter gubernat, & benigne dispēsat. In hominibus est amabilis, quia eorum Deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tanquam in templo suo, & ipsi sunt templum eius. Non dedignatur singulos, neque vniuersos. Quisquis eius meminit, eumq; intelligit ac diligit, cū illo est. Diligere eum debemus, quoniam ipse prior dilexit nos, & ad imaginem & similitudinem suam nos fecit, quod nulli alij creaturę donare voluit. Ad imaginem enim Dei facti sumus, hoc est, ad intellectum & noticiam filij, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & Dei filium, quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginē eius facti sumus: quam cognationem etiam ipsa similitudo testatur, quoniam non solum ad imaginem, sed etiam ad similitudinem eius facti sumus. ¶ Oportet itaque id quod ad imaginem est, eum imagine conuenire, & nō in vacuum nomen imaginis participare. Repræsentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitū pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis. Teneamus eū in memoria, portemus in conscientia, et vbiq; præsentem

tem veneremur. Mens siquidem nostra, eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiusque particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, seque intelligit ac diligit, sed quia potest meminisse, intelligere ac diligere a quo facta est. Quod cum facit, sapiēs ipsa fit. Nihil enim tam simile est illi summæ sapientiæ, quam mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam & voluntatem, in illa Trinitate ineffabili consistit. Consistere autem in illa non potest, nisi cum eius meminit, eamque intelligit ac diligit. Meminerit itaque Dei sui, ad cuius imaginem facta est, eumque intelligat, diligat atque colat, cum quo potest semper esse beata. Beata enim illa anima, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata anima quæ dicere potest: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cœli ei non poterit. Cur ergo nosipsos deserimus, & in his exterioribus Deum quærimus, qui apud nos est, si nos velimus esse apud eum? Reuera nobiscum est & in nobis, sed adhuc per fidem, donec videre mereamur per speciem. Nouimus, inquit Apostolus, habitare Christū per fidem in cordibus nostris: Quia Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem recolo Deum creatorem, adoro redēptorem, expecto saluatorem, credo videre in omnibus creaturis, habere in meipso; & quod his omnibus ineffabiliter iucundius atq; beatius est, cognoscere in seipso. Patrem nanque & filium cum sancto spiritu cognoscere vita est æterna, beatitudo perfecta, & summa voluptas. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis

ascendit,

ascendit, quanta claritas, quãta suauitas, et quãta iucunditas maneat nos in illa visione, quando Deum facie ad faciem videbimus, qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeuntium, vita viuentium, corona vincentium.

Quomodo rationalis anima attendere debeat nobilitatem suam, & ad Deum se conuertere. Cap. XXI.

O Anima nobilis creatura, quam adeo nobilem condidit omnipotens Deus, quanq; tam caro precio redemit, attende quæso nobilitatem tuam, & aliena teipsam ab omnibus rebus creatis, atque studiose relinquas propriam naturam tuam, omnesq; creaturas, & nude conuertas temetipsam extra teipsam introrsum ad Deum per cõpendiosissimã illam viam, cum firma fide, vt videlicet indubitãter credas in Deũ: sic enim faciet ipse cogitationes tuas fructuosas, & eas in se stabiliet. Cum solida spe, vt fortiter in domino Deo tuo confidas. Sic nempe ipse illuminabit intellectum tuum, protegens eum lumine veritatis suæ. Cum perfecta denique charitate, quatenus ei iugiter adhæreas per amorem. Tunc profecto faciet ipse vt ardeat in dilectione voluntas tua, & constanter in ipso permaneat, & per hoc omnino stabilieris, & firmaberis in principio tuo, & in portu salutis æternæ.

¶ Quapropter si celeriter o homo proficere volueris, nosse te oportet eas quæ in te sunt oẽs vires atq; affectiones tuas, scire etiã qualiter reformari eas & cũ Deo oporteat vniri: quia in te habes imaginẽ atq; similitudinem Dei tui, prout clarius

clarius adhuc infra patebit. Nam secundum essentiæ tuæ simplicitatem, eius imaginem geris, cui seipsum Deus vniuit, quatenus vnus esses cum eo spiritus in quadã simplici, tranquilla & quieta fruitione. Per hoc aũt ꝙ memoria, intellectu & voluntate præditus es, omnipotentis Dei refers similitudinem, secũdum quã a beatissima Trinitate ageris & moueris. ¶ Rogare proinde studiose Deũ & teipsum ad hoc applicare debes, vt semper intimũ illud esse animæ tuæ cum diuina essentia sit vnitum, & in quadam tuiipsius annihilatione submersum. Sic enim a Deo suauiter pasceris ac dotaberis, & quodam amoroso intractu in ipsum traheris: vires insuper in Deum iugiter esse suspensæ debent. Tunc nanque singulariter eas illuminabit, aget atque mouebit, vnusꝙ cum eo spiritus fient. In mente denicꝙ tua supra intellectus tui capacitatem, in diuinã simplicitatẽ eleuatus esse debes. Quia vero tres superiores animæ vires, memoria scilicet, intellectus & voluntas, (in quibus imago ac similitudo Dei cõsistit) naturalem locum suum in capite obtinuerunt. Idcirco semper gerere debes amorosam, simplicem, humilem, maturam, honestam, & bene compositam apparentiam, tam in facie quam in omni conuersatione tua, & sollicitam habere curam sensuum tuorum. Per hoc etenim caput animæ, id est, spiritus mentis libere, & absꝙ impedimento seipsum mouebit supra & extra tempus, & in diuinitatis æternitatem sese demittet, vbi spiritus in quandam abstractionem ducitur, & optimæ parti applicatur atꝙ assecuratur: a cunctis quoꝙ rebus inferioribus, & ab ipso corpore suo et anima, hoc est,

ab omni

ab omni sensualitate corpus & animam mouente separatur, estque tunc supra omnem sensualitatem eleuatus. Porro hic loquor de tribus partibus, quæ in homine existunt, ex verbis sanctorum Pauli & Augustini, & ex attestatione Dei in nobis. Et siquidem spiritus, qui suprema est pars animæ, taliter in Deo fixus, ancoratus & vnitus fuerit glutino diuinæ charitatis, tunc nimirum producit ex thesauris diuinitatis largissima dona, quibus infima pars animæ & corpus ipsum dotantur. Est autem infima pars animæ, tres scilicet vires inferiores, in corde sita, ipsique cordi & corpori vitam subministrat. Porro Deus omnipotens est in ipsa animæ imagine, vnde tres vires superiores suam trahunt originem, vbi sanctissima Trinitas deorsum manat, cum quadam diuina virtute, siue radio in vires animæ inferiores, quo pascit spiritū, & animam atque corpus viuere facit. Habetque pars infima septem motus, quæ affectiones siue passiones appellãtur. Quarũ tres, videlicet spes, amor & gaudium, vi concupiscibili: Pudor vero rationali. Et tres aliæ, scilicet, odium, timor & dolor irascibili subijciuntur. Et secundum istas affectiones anima tentatur, & quocunque pars infima sese vertit, eo vertunt & ipsæ. Quãdo igitur pars infima sequit spiritū, Deoq; obedit, tũc anima cum omnibus inclinationibus siue affectionibus suis ad virtutes & ad omnem sanctitatem a Deo mouetur. Porro vis concupiscibilis in dextera parte cordis sub ipsa memoria sita est, quã memoriam Deus pater inhabitat, qui & admonet eam, & vim concupiscibilem trahit, eamq; contemnere facit, quicquid est in mundo, seque

ſurſum erigere ad Deum, cum integra ſpe, amore & gaudio. Ratio eſt in medio cordis ſub intellectu, in quo Dei filius habitat, illuminãs ipſum & rationem inſtruens, quomodo erubeſcere debeat ob defectus ſuos, & ſe eo amplius humiliare: quomodo nihilo minus verecundari non debeat ſequi Chriſtum crucifixum. Denique vis irascibilis in ſiniſtra parte cordis locum obtinuit ſub voluntate, quam inhabitat ſpiritus ſanctus, qui & inflammat eam, & vim iraſcibilem cõfortat ad reſiſtendũ viriliter omni malo, & ad proſequendum virtutes. ¶ Ita ſane quãlibet animam in virtutibus proficere volentem, ordinatam & diſpoſitã eſſe, viresq; ſuas agnoſcere oportet. Quiſquis enim paſtor bonus eſſe voluerit, oues ſuas agnoſcere neceſſe habet, easque cuſtodire, ne longius aberrent, et a lupis diripiantur. Congregare autem eas debet & minare in deſertum interius diuinæ vniõis, vbi ſuauiter paſcent in delicijs Dei, & in paſcuis æternæ viri ditatis, potabũtq; de riuis fontis viui atq; diuini. Cũq; ſic anima abintra diſpoſita fuerit, talẽ que ad Deũ introitum habuerit, tũc interius tam copioſe dotabit ac nobilitabit per diuitias Dei, & ita cõfortabitur ac nutriet per eius liberalitatẽ, vt anima corpus reddat ſubditũ ſpiritui, & cor ipſum omnibus rebus tẽporalibus claudi, & late ac amoroſe Deo faciat adaperiri, vnde conſequenter corpus tranſit quaſi in caſtitatem, ſobrietatem, patientiam, omnesq; virtutes morales. Cũ vero ſic diſpoſitus fuerit homo, tũc aptus & idoneus efficitur, vt cũ ipſo Deus valeat operari. Quãto enim cõmodius eſt inſtrumentũ, tanto libentius cum eo artifex operatur. Sic etiam

quo anima nostra melius est dispositа, magisq; parata ad sui introuersionem, & polita super lapidem Christum Iesum ab omni rubigine peccatorũ, eo gratius est Deo simul cũ ipsa operari. Nõ eñ potest Deus operari salutẽ nostrã sine additamento laboris nostri, neq; nos saluari possumus absq; gratia ipsius: sicut nec artifex operari potest sine instrumento, neq; instrumentũ sine artifice. ¶ Non tamen istud ita velim intelligi, quo modo hoc tradunt & docent insani & obcœcati Lutheranæ sectæ hæretici, qui sacram scripturam trahunt et peruertunt ad suã carnalem & asininum intellectum, dicẽtes nos haudquaquam habere liberũ arbitrium, q̃dq; nihil aliud simus, q̃ serra quædam, quæ ad parietem suspenditur. Istud omnino detestabilis & execrandus est error. Sumus enim viua instrumenta Dei: serra autem vel quodlibet instrumentum neque rationem neque sensum habet, quomodo nos habemus, qui per electiuã ac liberã voluntatem nostrã, mediãte gratia Dei, & bonũ agimus & malum auersamur. Attamẽ pro nostri humiliatiõe, scire debemus, q; ex nobis ipsis infirmi sumus ac instabiles, q̃dq; sine diuino adiutorio nullũ oñino bonũ perficere valemus: mediante vero Dei auxilio omnia possumus. Coinquinatũ est etiam quicquid agimus, sed per natiuitatem, per merita, et per mortẽ domini nostri Iesu Christi oñia opera nostra purgantur, mundantur & sanctificantur: per quæ et nos rursus idonei facti sumus, quatenus viua Dei instrumenta esse possimus, qui in nobis Dei imaginẽ atq; similitudinem habemus: cũ quibus nobilissimus ille artifex Deus, beatissima videlicet Trinitas, opari dignatur.

Quæ

Quæ etiã adeo firmiter se cum spiritu nostro vni unt, vt vnionẽ hanc etiã infernus ipse delere nõ possit, manebitq; integra et indiuisa vsq; in sempiternũ. Quod nimirũ significabat tunica illa in cõsutilis dñi nostri Iesu Christi, quã non partiebantur, sed mittebãt sortem super eã. Hoc etẽ est, q̃d illa æterna & firmissima vnio, per quam se Deus vniuit in imagine animæ nostræ, nullã vnq̃ admittet separationem aut diuisionem, sed super eam sors mittetur, ita vt sors cadat vel ad æterna gaudia, vel ad sempiterna tormenta. Porro si hic per amarissimã passionem ipsius ita idonei facti fuerimus, vt esse possimus eius æterna instrumẽta, tunc simul cum ipso, & cũ omnibus sanctis ad perennia gaudia perueniemus. Si quis aũt in isto seculo suas oblectationes, & naturam suam sequi voluerit, parui pẽdens æterna bona, et nobilissimum creatorem animæ suæ, ille erit instrumentum inimici, & æternum incẽdium inferni: quique creatus fuerat ad perpetua feliciter gaudia contẽplanda, e contrario contemplari coget æterna tormẽta. Interim paratus est omnipotẽs Deus adiuuare omnes qui gratiã ipsius desiderant, adeo vt quisquis in adiutorium suum ad se digitum extendi postulauerit, totã ei libentissime manum porrigere sit voluntarius, eoq; nihil magis optet, quam nobis iugiter opem ferre, si modo nosipsi velimus.

Quõ sol diuinus oẽs sibi vires animæ attrahat, & cœlesti lumine plustret. Ca. XXII.

QVID igitur restat, nisi vt introuertamus nosipsos ad eum qui nos confortat, instruit atque regit, cum tota nostræ memoriæ

viuacitate, intellectus subtilitate, & voluntatis promptitudine, cum extensis viribus & cordibus erectis? Tunc profecto in nobis oriri faciet pijssimus Deus solem iustitiæ, qui lumen suum diffundet super omnes montes & colles, vsq; in vallem conscientiæ nostræ, eāq; purgabit, mundabit & fœcundam faciet, & mentem ipsam in Deum sustollet, omnesq; vires animæ illuminabit: ipsam quoq; animam agnoscere faciet, quō inter tempus & æternitatem posita sit, & qualiter in ea pelagus abyssale diuinitatis existat, ille videlicet fons originalis, cuius ipsa riuus est, habēs essentiam suam, vitā & pabulum in beata æternitate: idq; secundum optimā sui partem, & essentiæ simplicitatem. ¶ Porro, secundum infimā sui partem in tēpore, & corruptibili corpore, q̄d esse et viuere, cum bestijs commune habet, existit. Et quemadmodum bestiæ sensu quodam communi perspiciūt campum & arbores, & suum sibi victum quærunt, cumq; eis libuerit, dormiunt: eodem modo se habet bestialis homo noster, quando nosipsos in virtutibus exercitare negligimus. Habemus nanq; etiam nos tūc sensum cōmunem, videlicet q; eum quodam vago & incustodito visu multa simul in nostro sensu suscipimus & habemus, non quidem in illis quinq; sensibus, sed in illo cōmuni sensu, quem cum bestijs habemus, qui locum suum in capite supra oculos habet: qui nimirum adducit in hominem cogitationes sine intellectu, paritq; mesāchonias & imaginationes in capite, vnde tunc oriuntur phantasiæ, & nebulosæ insaniæ, & circūdat veluti nube quadā tenebrosa cogitatiōes hominis, impeditq; mentē in ascensu suo, & vi-

res

res deprimit, ſenſus q̃q; & totã naturam, atque ſanguinem hominis grauat, & cor in omni virtutum exercitio inſtabile reddit, hominemque diſtrahit ad exteriora: vnde tunc homo ſomnolentus & piger efficit̃, atq; ſeipſum & ſolatium ſuum quærens in ſomno, in cibo & potu, in leuitatibus, in auaritia, in immunditia, in inobedientia, & in cũctis noxijs defectuoſitatibus ac vitijs, ad quæ beſtialis homo noſter inclinatur. Iſta quippe vitia profunde nimis in fundo naturę noſtræ iacent, & radices ſuas in cordẽ miſerunt, ſę piusq; irretiunt & commouent inferiorem animæ partẽ. Ita proh dolor inuoluta eſt anima noſtra in luto vitiorum noſtrorę, cunctisq; virtutibus priuata, & tenebris eſt immerſa. ¶Et iſte primus eſt error, quo homines maxime illaquantur, natura videlicet indomita & immortificata, ſub qua cõprehenduntur omnes illi qui ſecundum voluptates corporis & ſenſuũ ſuorum viuunt. Externi etenim ſunt, & ſecundũ carnem ambulant: cæci quoque ſunt, & inobedientes veritati ac motui ſpiritus ſancti. Et certe inde vel in perpetuum perire poterimus, ſi non ſenſus noſtros ab huiuſmodi noxijs exceſſibus retrahamus, eosq; freno diuini timoris conſtringi patiamur. Ne igitur anima noſtra præcipua felicitate priuet̃, ipſa beſtialis ac ſenſualis natura mortificanda eſt, nosque ipſos extra tempus in æternitatem transferre debemus, vbi Deus eſt in profundiſſimo fundo animæ noſtræ, ſemper nos adiuuare paratus, quatenus vitia ſupprimere & extirpare, & virtutes ſecundum ſpiritum operari poſſimus. Ipſe nanque in ipſo animæ fundo prę ſens, eum iugiter paſcit quodam vigoroſo in-

tractu, vt videlicet se demittat anima, & immergat in diuinã vnionẽ, vtpote ad hoc naturaliter facta, vt seipsam in pelagus diuinitatis immergat, quemadmodũ lapis naturaliter in aqua submergitur. Ex qua immersione suiipsius & omnium obliuiscitur, & æterna duntaxat rememoratur. ¶Et hæc maxima est delectatio, quod videlicet anima Deo suo cum deifica meditatiõe adhæret: inde siquidem diuina cognitio oritur, quæ animam exhilarat, & eam in amore ardère & cõsumi facit. Porro in isto fundo tam nobilis est anima, vt nullo valeat certo nomine appellari: estque hic vnum (si dicere fas est) per gratiam cum essentia diuina. Quinetiam ex hoc fundo prouenit omnis beatitudo & sanctitas: quia Deum anima habet intra se, & ipsa est in Deo, a q̃ omnes sancti suam accepere sanctitatem. Hic fons diuinitatis, qui in anima existit, deriuatur ad eam replendam & fœcundandam gratia sua, & vt faciat largis charismatibus suis totum animæ regnum inundare, quatenus eam quasi fluxum & refluxum quendam retrahere valeat in mare diuinitatis suæ, facitque in ea scaturire riuum quendã sitientissimũ amoris, per quẽ ipsa emanat & effluit ad omnes creaturas, ad reducendum eas in suã originem, & in felicem portum æternitatis. ¶Porro si hic fons vitæ iugiter in animã manare debeat, ipsam ad Deũ applicari, & ei continue adhærere oportet: tunc q̃ ipsam riuus beatitudinis profluet, vnde simul & illuminatur & instruitur, quomodo debeat omni tempore sollicite vitare peccata, & omnia media, quæ Deo in ipsa aliquod impedimentũ præstare valeãt, q̃ minus ei gratiam suam infundere possit.

possit. Sicut enim exiguus puluisculus visum exteriorem impedit, ita & interiores animæ oculi lęduntur etiam per minima quæq;, quæ nos vel pro nihilo ducimus, vel bona quoq; fore persuasum habemus. ¶ Insup vt fons ille in anima cõ seruari valeat, ponendũ est in corde stabile fundamentũ et firma petra Christus dñs, cui deinde cõtinuo supædificari debet sanctissima vita & passio ipsius, & cõsequenter oñia eius vere perfectissima exẽpla et virtutes, oñia q̃q; eius documẽta & euangelia, quæ nimirũ fidelis animæ studiũ esse debẽt, vt se quãdoq; trãsformari valeat in vitã & passionẽ Christi. In q̃ deinceps habitabit velut in tabernaculo, eritq; quasi lignum q̃d plantatũ est secus decursus aquarũ, q̃d fructũ suum dabit in tẽpore suo. Et tũc anima vsque in cœlũ eleuabit, scaturietq; in ea fons diuinitatis qui ipsam irrigans eam virere atq; florere, & in cunctis virtutibus proficere faciet. Agrum insuper cordis fœcundũ reddet, & ipsum sole diuino superradiabit, quatenus in eo crescant omniũ aromata virtutũ, quorũ attractus odore cœlestis sponsus, in hortum huiuscemodi descendere cõpellitur, eoq; anima in corde suo plãtauit florẽ de Nazareth, id est, Christum Iesum, ita q; vbicunq; stet vel eat, nihil iam sentiat, nihil videat, nihil intelligat, nisi Christũ Iesum & hũc crucifixũ. Quisquis aũt in istis sese exercitare & occupare noluerit, in eum fons ille nequaquam manabit, sed cor eius sterile remanebit & aridum, & anima eius prę siccitate arescet, eo quod derelinquit venã aquarũ viuentium dominũ. ¶ Illa vero anima, quæ se taliter introuertit in fundum Dei, & eius freta auxilio, oñia pcta et peccatorũ

occasiones deuitat, & modo supradicto Christi passionem in corde suo portat, illa (inquam) anima illuminatur & intelligit, qualiter constituta est inter tempus & æternitatem, inter lucem & tenebras, inter mortem & vitam. Quæ si tũc ad æternitatem sese conuertit, iam venit ad vitam, & lucem inhabitat inaccessibilẽ in introitu gloriæ & portæ cœli. Si vero ad fluxibile tẽpus sese cõuerterit, in morte est & in iudicio, plena miserijs, inuoluta tenebris & anxietatibus, & clausis oculis ambulat vsque ad portas mortis. Quod a nobis auertat omnipotens Deus, Amẽ.

Qualiter anima ornatur ad Deum conuersa, & quomodo à creaturis inquinatur. Cap. XXIII.

SI igitur nunc, o anima mea, in virtutibus proficere desideras, attende diligenter ea, quæ iã dicta sunt, & discas nosse teipsam, quatenus cum Deo vniri possis in spiritu & anima, in vno amore, in vno desiderio & eadem intentione. Nam secundum supremam tui partem, videlicet secundum spiritum, tota pulchra es, diues & nobilis propter Dei tecum vnionẽ, & propter eius in te inhabitationem, & ob similitudinẽ, quã habes, sanctissimæ Trinitatis, p quã es filia patris, filij soror, & spõsa spũs sancti, incola cœli & hæres beatissimæ Trinitatis. Quod si hic vitam tuam non bene composueris, neq; operam dederis vt in Deo habitare possis, nihil tibi prodesse poterit, quod intra te Deus habitare dignatur, q; te tã nobilem cõdidit, tãq; excellẽter ornauit. Ista (inquã) omnia nullã omino tibi felicitatẽ adferent, si te in Deo non exercitaueris,

citaueris, & eius inſpirationibus & admonitio
nibus, præſentiæq; ipſius cum condigna deuoti-
one obediens & ſubdita non fueris. ¶Porro, ſe
cundum inferiorem tui partem. i. ſecundum ani-
mam, quæ coniuncta eſt corpori, plena es cala-
mitatibus & miſeriis. Si em̃ teipſam amare quæ
ris in hac vita, iam ſane infirma es, & prona ad
omne malum, cunctis vacua virtutibus, & in o-
mnibus viribus tuis confracta & ignobilitata.
¶Etenim memoria tua a rebus æternis deuiat
& aberrat, & tamen nihilo minus miſericordiſ
ſimus ille pater cœleſtis manet in ea, & mane-
bit in æternum, tolerans benigne noxias euaga-
tiones tuas, quum ſint adeo vitioſæ & abomi-
nabiles cogitationes tuæ, tamq; multipliciter in
temporalia diſperſæ. Quantumcunq; vero ipſe
te admoneat, & trahat ad bonum, ſemper ei in-
obediens es atq; rebellis, nec ei cooperari ſata-
gis, cogitationeſq; recolligere & ipſi applicare.
Et propter hoc miſerabiliter in hora exitus tui
confunderis, cum iam omnia manifeſta fient.
¶Sed et per intellectum tuum in huius ſeculi in-
feliciſſimam cæcitatem es extrouerſa, per quam
ipſe intellectus obfuſcatus & alienus eſt, imagi
nibus depictus, ita vt per propriam imaginem
ad id pertingere nequeas, in quo veritatē ipſam
& tuam ipſius felicitatem perdiſcere, & in lumi
ne gratiæ ſuę habitare, Dei quoq; & tuiipſius no
titiam obtinere debuiſſes. Sed miſera foris rema
nes inuoluta tenebris peccatorum. Quo tamen
non attento æterna veritas, æternus ſempiterni
Dei filius in tuo intellectu permanet, manebit-
que in eo vſque in ſempiternum, nec vnq̃ ceſſat
arguere & admonere, grauatam conſcientiam

tuam illuminans, atq; docens eam a malo recedere, & sanctissimæ vitæ passioni sq; suæ vestigijs inhærere. Quod si obturaueris aures tuas, & oculi tui in sua cęcitate permanserint, ipsiq; obtemperare nolueris, districtum aliquãdo eum experieris iudicẽ, et seuerum inquisitorem, tantoq; erit grauius et intolerabilius iudicium tuũ, quanto tibi maior est prærogata misericordia, & tũc de minima cogitatione, verbo & opere, & de quolibet temporis momento rationem reddere cogeris. ¶Denicq; voluntas tua priuato amore tuĩpsius capta atque constricta, creaturarum oblectationibus inhæret, tucq; ipsa priuatum commodum tuum & gloriam & creaturarum fauorem requiris, quæ nimirum causa est, quod in te sentire non vales diuini amoris dulcedinẽ. Quia enim priuato amore capta es, nihil in te diuinus amor operari potest. Admonet ergo te per prophetam suum dominus, dicẽs: Solue vincula colli tui, id est, propriam voluntatẽ tuam, captiua filia Sion. Et quãuis nimiũ ingrata sis fidelissimo dño Deo tuo, ipse nihilo minus in voluntate tua spiritus sanctus perseuerat, et in ea perẽniter manebit, nunq; cessans dulci quadã cõmotione te ad hoc inuitare, vt per amorẽ eius vnus cum eo spiritus esse coneris. Quem eius instinctum si sequi recusaueris, ipsa mortis æternæ vinculis cõstringis, vbi ab amore eius exclusa, sempiterno teipsam odio & inuidia deuastabis. ¶Porro, in infima tui parte vis rationalis cæca est, & de alijs iniqui & temerarij iudicij plena, sed tuipsius iudicium & diuitias illas in te cõmorantes, quæ te semper iudicant et remordẽt, nihili facis ac parui pendis. Vis tua eõcupiscibilis impura est,

ra est, & in ea delectationes tuas sensuales fo-
ues. In irascibili superba es & tumida. Spem tu
am falso in rebus trāsitorijs collocasti, & in Deo
nō speras. Sed & vano timore & superfluis anxi
etatibus de rebus istis infimis cruciaris, oblita ti
moris dñi Dei creatoris tui. Amor tuus veneno
plenus est, quo fit, vt ea diligas, quæ Deus odit,
oblectamenta videlicet naturæ & creaturarum.
Odium tuum inuidia repletum est, vnde fit, vt
odio habeas ea, quæ Deus tam vehementer a-
mauit, & pro quoꝝ salute mortē amarissimā su-
stinuit, tuam videlicet animā & proximi tui,
quē tibi amare præcepit ob amorem sui. Gaudi
um tuū in vanissima vmbra, & somnio rerū sen
sibilium cōstituisti, & nō prout æquū erat, in in-
uisibili, æterno, & in perpetuum mansuro gau-
dio. Tristitia tua de alterius felicitate, & rerum
temporalium amissione dolet, non aūt propter
peccata, & dispendia salutis tuæ. Pudor tuus be
ne agere, seipsum contēnere, & humiliare vere-
cundatur. Et idcirco iure optimo a Deo humilia
beris & contemneris. Ecce tot calamitatibus &
miserijs plena est anima illa, quę seipsam nō ab-
negare, sed seruare quærit. ¶Postremo, secundū
corpus, & exteriorem hominem, peccati decipu
la es et instrumentum, vas plenum omni immun
dicia, cibus vermiū, & limus terræ, peiorq; om
ni creatura, quā cōdidit Deus. Nihil em̄ ita odi-
bile est Deo, nec quicq̄ sic ab ipso hoiem elōgat
quō peccata, q̄ profecto nemo cōmittit, nisi qui
naturæ suæ voluptatibus deseruit, animam su-
am retinere quærens, & in nullis sese virtutibus
exercens. ¶Porro, qui virtutū exercitijs incum
bit, & propriā vilitatē Deiq; bonitatē, & quid

ex se

ex se quidque ex Deo sit, funditus agnoscere studet, is dedignatur & despicit semetipsum: totúmq; se introuertit in illum nobilem fundum, in quo Deus existit, ibique seipsum funditus exire & ne quaquam retinere proponit. Vult autē totus esse Dei, & eleuat interiora sua, & vires tam internas quam externas in Deum secūdum exemplum Iesu Christi. Quo facto, Deus illi iam dominari incipit, & in sua eum potestate habet, vt cum eo operari possit in supremo & infimo ipsius, idque secūdum perfectissimum modum. In supremo quidē, in intimo supersessentiali fundo, vbi Deus seipsum ad animam conseruat, illud supersessentiale atq; diuinū opus, per quod intimus animæ fundus deificatur. In infimo vero interiori fundo, id est, in viribus inferioribus profundissimam demissionem in altissimā abyssum humilitatis, vnde anima quasi deprimit seipsam vsq; in abyssum suæ nihilitatis, in tantum vt fundus eius humilior atq; profundior sit etiam ipso inferno. Quanto autem seipsam altius demittit, tanto plus in ea complacentiæ habet Deus, & ampliorem locum inuenit ad operandum in ea per gratiam suam, & ad erigendum in se interiora eius. Istud nanque peculiare est opus Dei, vt operetur quendam humilem & felicem descensum in anima, & fructuosum atque eleuatum ascensum in spiritu. Operatur denique secundum perfectissimum modum, id est, ipse dirigit omnem hominis intentionem, verba & opera secundum perfectissimum exemplar sanctissimæ humanitatis suæ. Porro q̄ nobile & fructuosum sit opus illud, quod Deus operatur in tribus hominis partibus, & qualiter eas sibi vniat, ne-

at, nemo plene capit neq; intelligit præter solũ illum artificem Deũ. ¶Age nunc igitur, o anima mea, disce mori tibiipsi, quatenus soli Deo viuere possis. Disce mori, dum adhuc viuere licet. Fuge mortẽ & inquire vitam. Despice temporalia & elige æterna. Fuge tenebras, & adhæreto lumini veritatis, quod te ab omnibus facile peccatis liberabit. Eleuare a terra, & fac habitationem atque conuersationem tuam in cœlis. Caue diligenter, ne terram attingas, id est, ne tuæ cogitationes, amor, desideria & intentiones cum delectatione & voluptate rebus istis terrenis inhæreant, sed pro naturæ necessitate coneris omnibus vti rebus ad Dei honorem. Siquidem Apostolus ait: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. i. oẽs inutiles cogitationes, verba & opera, quę non sunt secundũ Deum, et glorificate & portate Christũ in cordibus vestris, id est, porta semper in corde tuo, & versa iugiter ob oculos tuos interiores clarum illud vitæ Christi speculum, in quo maculas tuas deprehendere, & teipsum iugiter contemplari possis, & secundum quod omnes vires tuas, omnia interiora tua, & interiorem exterioremq; hominem tuum dirigere valeas: & sic in te resurget dominus, & laudabit atq; glorificabit seipsum.

¶Quicquid autem interim occurrit tibi, quod non est secundum Deum, allide illud ad petram Christum, memor Euangelij Christi, quod nobis ea omnia abscindere iubet. Ait enim: Si oculus tuus, & manus tua, aut pes tuus te scandalizat, abscinde ea, id est: Si oculus videt aliquid, aut manus quicquam operatur, quod non sit secundum Deum, aut pedes vsquam diuertunt extra ve-

tra vestigia Christi, vel quodlibet aliud membrum nos a Deo alienat, occasiones huiusmodi abscindere debemus cum omnibus illis, in quibus Deū pure non quærimus nec amamus. Et ob hoc amici Dei gladios habent ancipites ad rescindendum omne id, quod eos a Deo elōgare possit, & quicquid nō est natū ex Deo, quatenus summa Dei maiestas gaudium suū in eis retinere valeat. Amputes ergo oēs infrugiferos ramos et alliga teipsum per amorē ligno sanctę crucis, & sic eris quasi fructuosa ficus, et tanq̄ vitis crescens per cauernas petræ vsq; in vineā Engaddi. i. per vulnera Christi vsq; in summā deitatē, vbi per solē iustitię irradiaberis, fœcūdaberis atque in virtutib9 multiplicaberis, sicut stellæ cœli. Tales etenim hoīes oēs in virtutibus Christo Iesu applicātur. Denicq; ad hoc, vt nos quoq; taliter agnoscere, & abnegare nosipsos, & in Deū fugere discamus, opem & auxilium gratiæ suæ nobis impendat pius & misericors Deus.

Quomodo in nobis quatuor nouissima nostra per eorundē meditationē cōtinuam iugiter portare debem9. Ca. XXIIII.

SEquuntur nūc exercitia quatuor, q̄ cōtinue in nobis perseuerare debent, q̄ etiam cōtra omnia nos peccata, et aduersum omnia illa, q̄ nos in hora mortis grauare quouis modo, & accusare ante tribunal Christi, atq; ad infernū deprimere, & circa gaudia æternæ vitæ percipienda obstaculū aliq̄d præbere possent, defendere queunt. Primum aūt est, vt in corde memoriam mortis. Secundū, vt in ratione Dei iudiciū. Tertiū, vt pœnas inferni sub pudore. Quartū,

vt æter-

vt æternę vitæ gaudia in imagine animę vestrę, q̃ perpetuã habet vitã in diuina origine, p̃ meditationẽ eorundẽ iugiter circũferamus. ¶Primo igitur in corde incessanter portare debemus memoriã, & horribilẽ mortis imaginẽ, per q̃d homini amaꝝ efficitur, quicqd in mũdo est, facitq; eũ contẽnere creata oĩa, quę ipsum a Deo suo elongãt, & solius Dei fauorẽ atq; amicitiã quærere, vtpote q̃ eũ in illa tremenda hora solus cõsolari põt, efficitq; vt moriatur homo oĩbus naturæ suæ voluptatibus, & cunctis, q̃ eũ in illa hora grauare possent. Et hoc faciẽdo mortẽ vincit, & vitã inuenit æternę felicitatis. ¶Secũdo, iustũ Dei iudiciũ semper in ratione portare debemus, q̃ videlicet ratio lumine rõnali diuinæ veritatis trãsradiatur, arguens semper & accusans cõscientiam de oĩbus, in q̃bus nõ pure diligitur Deus & intẽditur, imo etiam de quolibet motu mini mo animæ vel naturæ hominẽ ad peccata pertrahẽte. Quisquis aũt ista obseruat, & syncerus suũpsius reprehẽsor & accusator existit de omnibus, de q̃bus in nouissimo iudicij die reprehẽdi posset, ille profecto nõ seuerꝝ iudicem, sed misericordissimũ patrẽ experietur. Tales etẽm homines nequaq̃ iudicãtur, sed ipsi etiã in extremo iudicio super alios cũ Christo Iesu sententiã ferẽt. ¶Tertio, sub pudore terribilis ille infernus portari debet, quatenus homo inde semp erubescat aliq̃d tale agere, q̃d eum ad horribilẽ illã deformitatẽ demergere posset, vtpote q̃ ad preciosissimũ bonum & incõparabilẽ gloriã percipiendã creatus est. Sane reproborum hæc vel maxima pœna est, quod in tantã confusionẽ et ignominiã cõuersi sunt, qui tã nobiles tamq; decori a Deo

conditi

conditi fuerunt. ¶ Quarto, gaudia æternæ vitæ iugiter versare in imagine animæ debemus, in qua se Deus ipse celauit, quæ & habet perpetuam quandam vnionem, inhæsionem & immansionē in Deo, quomodo radij solares in sole. Et hæc est vita æterna in anima, prȩcipuumque gaudium, quod vel hic, vel in futuro percipiet. Sane quæcunque anima istud cognoscit & practicat, quod videlicet Deus se in ea celauit, & eius habitator existit, illa interdum sentit, & percipit tam larga spiritus sancti charismata, tamq; latam spiritus sui dilatationem, ac si ipsa sola Deum in sua potestate haberē. Nam & ipse Deus cū omni sua beatitudine permanat eam, & seipsum offert ad habitandum in ea, videturque animæ, quod quasi in medio omnium sanctorum & angelorum illis vndiq; circumuallata existat. Interdū vero imago ista, vel suprema pars animæ, sic totaliter in Deum absorbetur, quasi rebus omnibus creatis, & etiam sibiipsi mortua foret, & tamen corpus viuit, & sensibile & actuale existit, at non est extra seipsam, sed cum omnibus viribus collecta recessit, atq; cōclusa est in spiritu animæ, qui est aula sanctissimæ Trinitatis, vbi tunc in quandam informem nuditatem & diuinam libertatem eleuatur, largeq; diuina essentia perfluitur, & diuinitatis claritate irradiatur, quemadmodum sol radijs suis perfluit & illuminat aerem istum. Sic nimirū facit Deus omnibus amorosis spiritibus, qui ista exercitant, quorum conuersatio in cœlis est, qui in Deo sunt immersi & Deus in eis, inter quos ambos nullum omnino medium est prȩterquam tempus mortalitatis huius. Qui cum dissoluuntur,

tur,

tur, prorsus felicissima felicitate perfruuntur. Istud merito cœlum dici potest, quod in interiori homine, in ipsa scilicet supereſſentialitate exercetur. Iudicium vero Dei & discretio virtutum in hominis ratione, & infernus, qui est sempiterna pœna, & absorptio peccati sub conscientia, mors autem & naturæ interitus in sensuali & bestiali homine nostro exercentur. ¶Denique quis quis istis quatuor clypeis bene munitus est, ille ab omnibus vitijs & iniquitatibus defenditur, idq; per merita domini nostri Iesu Christi, qui nos per merita gaudiosi spiritus sui istud intimum cœlum sentire facit, & per merita dolorosæ animæ suæ animam nostram rationali lumine transradiat, per quod conscientia mundatur & arguitur de omnibus, quæ infernus absorbere posset, perq; merita sancti ac vulnerati corporis sui, quicqd sibi displicet in nobis, mortificare desiderat, quatenus in nobis ipse solus viuere possit.

Pulcherrimæ quædam informationes de tribus virtutibus theologicis, videlicet fide, spe & charitate, & primo de quadruplici fide, quam intra nos habere debemus. Cap. XXV.

ANte omnia semper in cordibus nostris viuam fidē, quæ per charitatē operatur, habere debemus. Est etenim ista fides oleū illud, quod in nostris lāpadibus, i. in nostris cordibus habere nos oportet. Primo igitur credere debemus nos ab ęterno idealiter in Deo fuisse. Ipse nanq; dicit, in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserās. ¶Secundo, q; Deus intra nos

est, Cum enim crearet nos, ad imaginem & similitudinē suam nos fecit. Et hæc imago Deum essentialiter habet in se, & Deus est in ipsa essentia animæ, & vicinius adest ei, quam ipsa sibi ipsi. Hæc imago principium suum non quærit, quia habet ipsum intra se. Pater nanque in anima est omnipotens, filius omnisapiens, spiritus sanctus omniamās: & hi tres sunt vna dulcis, amorosa, diuina essentia. Dicitur aūt imago ista secundum tres vires superiores spiritus vel caput animæ. Sicut enim ex humano capite deriuatur viua quædā virtus in omnia membra: ita ex hac imagine promanat diuina quædam viuacitas in animā. Porro, anima & spiritus vnum sunt, quemadmodum caput & corpus vnum sunt. Sed tres vires superiores, per quas beatissimæ Trinitati similes sumus, naturale esse suum in capite habēt. Denicp ad hoc creata est anima, vt ista cognoscceret & immergeretur in puteum abyssalis fontis illius infinitæ essentiæ Dei. Nihil enim vtilius est aut salubrius, quam ambulare in humili & amorosa cognitione sanctissimę Trinitatis. ¶ Habet autem quæuis creatura dona sua collata sibi, diuinæ vero diuinitatis ipsa pro munere data est. Cui cū ipsa, sicut & debet, innititur, auxiliū ei præstat spiritus sanctus, purgat fundū eius & aperit oculos illius, ita vt propter quid facta sint oia, in diuinitate cernere possit. Ipse quocp filius subsidium ei præbet cum illa vnione, in qua vnū est cum patre suo, dicitcp: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. Pater etiam in auxiliū eius properat cū diuino lumine, trahitcp eam in diuinitatem suam, vbi tunc increatus

Deus

Deus creatureitatē assumit per amoris vnionē. Quod cum animæ contingit, Deus omnes vires eius largissime replet, & translucet omnia ossa atq; medullas eius, ducitq; eam mira quadam transformatione & extasi in illam vnionem, in qua ipsemet verus Deus est. Beati sunt prorsus omnes illi, qui per has secretas semitas ingrediuntur. Dei etenim amici sunt. ¶Tertio, omnimodam verbis Dei fidem adhibere debemus, q; videlicet ipse Deus Moysi præcepta dedit in tabulis lapideis, quodque ex nimia charitate vnigenitum filium suū nobis donauit conceptum de spiritu sancto, natum ex Maria virgine, qui nos per seipsum præcepta sua edocuit, & bene viuendi in seipso exempla dereliquit, & omnia, q; in terris fecit, quodq; passus est sub Pōtio Pilato, mortuus & sepultus, quodq; tertia die resurrexit a mortuis, sedetq; ad dexteram patris sui. Denique & omnia alia, quæ sancta credit, & confitetur Dei sponsa ecclesia catholica. ¶Quarto, indubitanter credere debemus, ipsum Deū & hominē esse in venerabili sacramēto, & quoties sacerdos missam celebrat, & verba consecrationis protulit, Deum ipsum illic veraciter adesse, & contineri sub specie panis, cum glorificato corpore, & sanctissima anima, & gaudioso spū suo, cūq; tota diuinitate sua in tāta pulchritudine, in quāta ad cœlos ascendit. Et eodē modo credendū est, ipsum esse veraciter & perfecte in calice, ita viuū, quomodo erat, quādo seipsum in sepulchro viuificauit, taliq; manet in altari nocte ac die paratus venire ad nos omni hora, quoties hoc desideramus, vel quando ægrotat, esurit aut prægrauata est anima nostra. ¶Porro,

quamuis credamus nos ab ęterno in Deo increa tos fuisse, Deũq; in nobis existere, verbisq; Dei fidem adhibeamus, quodq; sit in venerabili sacramẽto, firma fide teneamus, nõ tamen hoc sufficit, neque saluare nos potest, nisi fides accendatur, & illuminetur igne diuini amoris, ita vt propter amorem suum ab omni nos creatura auertamus, mentemque eleuatam, & continuum respectum ad principium nostrum habeamus. Amor nanque operatur mortificationem naturæ, vitam spiritus, auersionem ab omni creatura, & influxum in Deum. ¶Et licet sciamus atq; credamus esse Deum intra nos, non tamẽ hoc satis est, nisi per amorem refluamus in ipsum, & proijciamus spiritum nostrũ in diuinam essentiam, faciamusque habitationem nostram in spiritu, & conuersationẽ nostram in intimo cœlo, vbi Deus seipsum manifestat, illuminãs oẽs, qui ad ipsum conuertuntur. Ibi nanq; lucet speculũ sanctissimæ Trinitatis, & interiores tenebras nostras illustrat. Ibi spiritus Dei testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus, hoc est, spiritui nostro per internas inspirationes sua secreta mysteria reuelat, docetq; eum internas & occultas semitas suas. Et per vnionem & immobilem mentem transradiat diuina claritate sua, spiritum, animam & corpus, & inibi tunc ambulamus sicut filij Dei. ¶Nec sufficit etiã verbis Dei fidẽ adhibere, nisi ex amore verba Dei colligamus, & per fidem viuam scribamus ea in tabulis cordis nostri carnalibus, quatenus anima per ea instruatur & roboretur. Verbum nanque Dei cibus est animæ, confortans eã ad sequendum vestigia eius. Postq; vero in anima nostra

stra scripturas ediscendo, bibliothecam quandam composuimus, tunc cœlestis ille magister veniens instruit & explicat nobis scripturæ sensum, roboratque & informat nos, qualiter virtuosam agere vitã debeamus, Christumq; induere secũdum spiritum, secundum animam, secundum corpus, & secundum diuinitatẽ, vt sentiamus in nobis, quod & in Christo Iesu, taliterq; viuamus, vt in nobis inueniat Deus quãdam repręsentationẽ, & quasi viuam imaginem cũctorum operum suorum. ¶Sed neq; satis est credere & scire Deũ in venerabili sacramento existere, nisi idipsum ex amore sæpius ꝓcipere desideremus spiritaliter & sacramentaliter, quotiẽs id opportune possumus. Quanto enim frequẽtius isto spiritali cibo anima reficitur, tanto amplius in Dei amore & gratia crescit, puriorq; & illuminatior fit, & ad virtuose viuendum amplius cõfortatur. Ideoque ad percipiendũ hunc dignissimum cibum rite nos præparare & aptare debemus. Si enim pro corporalis cibi prẽparatiõe, & frequenti corporis refectione, q̃d tamen paulo post cibus vermiũ erit, solliciti sumus, quãto magis studiosi esse debemus ad percipiendũ sæpius dignissimũ animæ cibum, vitam gratię nobis ministrantẽ? ¶Quia vero ad eius perceptionem crebrã minus idonei minusq; digni sumus, Deũ proinde rogare debemus, vt per sanctissima merita sua nos dignos, & ad hoc idoneos facere dignetur dicendo: ¶O benedicte Deus, ex q̃ intra me per diuinitatem tuã esse dignaris, oro te humiliter per sanctissima merita tua, vt radiare sinas in me, & per me eandẽ diuinitatẽ tuam, faciasq; longe a me, quicquid obicẽ aliquẽ gra-

tiæ tuæ ponit in me, digneriſq; teipſum ſumere in me ad teipſum in hoc præſtantiſſimo ſacramento pro delicijs atq; deſiderio tuo, in tam præcipuo & ſuperdigniſſimo amore, in quali teipſum ſumpſiſti in nouiſſima cœna tua: meq; totũ obſecro tranſmuta in te, & hoc per merita gaudioſi ſpiritus tui, ſanctę ac doloroſæ animæ tuæ, & ſacri vulneratiq; corporis tui, digneriſq; me vnũ facere cũ gaudioſo ſpiritu tuo, cum ſanctiſſima anima tua, cũ glorificato corpore tuo, et cũ diuinitate tua. ¶ O quãta dignitas & diuitiæ, q̃que amabiles gratiæ in hoc precioſo theſauro latent, per quẽ ſimiles angelis efficimur, & cũcta terrena faſtidimus. O quãta gaudia et quãta myſteria percipit ſpũs vnitus ſpiritui diuino. O quãtas virtutes & qualẽ ornatũ aſſeq̃tur anima, q̃ſt ad eã venire dignatur ſanctiſſima anima Chriſti. Qualẽ deniq; puritatẽ corpus percipit, q̃n in ipſum venit mundiſſimũ illud et glorioſum corpus cũ ſacratiſſimo ſanguine, mundatq; corpus noſtr̃e, & liberat nos ab omni delicto, minuitq; fomitẽ peccati, & cũ tota diuinitate oẽs actiões animæ nobilitat, eãq; totaliter deiformẽ facit, et profunde admodũ trahit eã in ſe, efficitq; vt totus ei mundus amareſcat, & eam deniq; illuminat atq; immutat. Nõ enim poteſt ſatiare animã ſiue cœlũ ſiue terra, ſiue quicq̃ aliud præter ſolũ Deum, quem ipſa intra ſe habet, & quem ab ea auferre nec totus prævalet mundus. O igitur anima mea q̃ nobili cibo reficeris, illo ipſo certe, q̃ cibus eſt & gloria ſpirituũ ſupernor̃e. O q̃ precioſum theſaur̃e in terra cõſequeris, & iam quaſi ſecura efficeris, fore te hæredem æternæ vitæ. Deniq; ipſum eius chirographum recipis et litteras cum

ras cum quinq; sigillis .i. cum quinq; sacratissimis vulneribus eius,& cū septem signaculis,septem videlicet sacramentis. Noli ergo,o anima mea,negligere nobilissimū cibum istum, ne arefiat cor tuū,& ne sic deficias,vt in via virtutum minime progredi possis. Custodi thesaurū hunc & refrena sensus tuos, ne ociose & indisciplinate euagentur. Sic nanq; faciendo iugiter intra te interius Dei sabbatum conseruare valebis.

De firma fiducia in Deum,quæ ex fide nascitur. Cap. XXVI.

O Quam beata est anima illa, quæ speratin domino,quoniam ipse adiutor & protector illius est. Dicere ēm ex sentētia potest, quæcunq; talis est anima: Dñs illuminatio mea et salus mea,quē timebo? Dñs protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Et illud: Non timebo mala,quoniam tu mecum es domine. Itemque: Quoniam abscondit me in tabernaculo suo,in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et rursus cum Propheta: In velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ. O quam vere beata est anima, quæ de seipsa non præsumit, sed omnem fiduciam atque spem suam in Deo constituit, in meritis videlicet amarissimæ passionis suæ. Hinc ipse dominus ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et: Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. Et alibi; Sedebit populus meus in pulchritu-

dine pacis, in tabernaculis fiducie, in requie opulenta. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, de manu mortis eruã eos. ¶Gloriare ergo, o anima mea, non in sapientia, non in fortitudine, non in diuitijs, sed in hoc, quia scis & nosti dominum Deum tuum in intimo tuijpsius, & in intimo spiritus tui. Deum (inquam) qui est tam nobilissimũ bonum, & inhabitator ac fidelissimus defensor tuus, qui trahit & confortat te ad cunctarum exercitium virtutum, transradians & instruẽs interiora tua, teq; totã largissime permanans, & nimis amorose amplexans atque gubernans. Equidem si, o homo, cum omnibus intimis cogitationibus, desiderijs & intentionibus tuis ad ipsum conuersus fueris, inuenies thesaurum hunc in agro animæ tuæ, & regnum Dei intra te manifestabitur, gustabisq; felicem beatitudinẽ, quæ tibi mundum faciet amarescere vniuersum. ¶Dulce quidem est, ait Gregorius, esse in rebus humanis, sed ei, qui adhuc de cœlestibus gaudia nulla gustauit. Porro, si quis iam cordis ore gustauerit, quæ sit illa dulcedo cœlestium præmiorum, huic quanto dulce sit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur omne, quod foris sustinet. Itemq; Nequaquam rerum temporalium oblectamenta contemnimus, nisi mens per contemplationem Dei in amore virtutum & cœlestiũ pulchritudine delectetur. Et sanctus Bernardus: Quæ enim (inquit) anima semel a domino didicit & accepit intrare ad seipsam, et in intimis suis Dei præsentiã suspirare, & quærere faciẽ eius semper, talis, inquã, anima nescio an vel ipsam gehennã ad tẽpus experiri horribilius pœnaliusve ducat, quam post spiri-

tualis

tualis studij huius gustatam semel suauitatem exire denuo ad illecebras, vel potius ad molesti as carnis, sensuu mque inexplebilem repetere cu riositatem. Et paulo post: Audi hominem expertum, quæ loquimur. Bonus es domine (inquit) sperantibus in te, anima quærenti te. Ab hoc bono si quis auertere sanctam illam animam conaretur, puto haud secus acciperet, quam si de paradiso & ab ipso introitu gloriæ se conspiceret deturbari. Hæc ille. Ea igitur causa est, cur adhuc nobis sapiat mundus iste, et cur nobis ipsis adhuc non moriamur, quia videlicet Deum pure non quærimus, nec ei adhæremus. Hinc per Prophetam suum dominus ait: Quæretis me & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro, & inueniar a vobis. Et per alium: Quærite Deum & viuet anima vestra. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Conuertimini ad me & salui eritis. Inclinate aurem vestram & venite ad me. Audite & viuet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

Quomodo anima per spem introducatur. Cap. XXVII.

NVne igitur, o anima mea, quære dominum semper, vt introduci merearis in eius cellam vinariam, dicasque cum sponsa: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Donatur autem animę charitas ista in intimo ipsius, tunc videlicet, quando per merita Christi introducitur, & vnus cum Deo spiritus in essentiæ simplicitate efficitur, atque feliciter in diuina essentia absorbetur. Tunc

nanq; Deus omnia interiora animæ perambulat,& quasi cum refluxu quodam venam ei charitatis largitur,per quam anima nutritur, & ad suiipsius & rerũ omnium contemptum roboratur. Et hãc venam,quã in ea sponsus aperuit,nec totus mundus , nec quisq; obstruere potest. In hoc essentiali fundo semp aperta manet cœlestis vini scaturigo. ¶Porro hęc vena nequaq; aperitur, nec apta manet in illis,q alte & cũ quadã multiplicitate contemplantur:& cum proprio intellectu se curiose conuertunt ad literã,& non ad spiritũ, ipsius literæ sensum adaperientẽ,renouantẽ & viuificantẽ.Et propterea semp in circuitu ambulãt,et nunq; ad finem perueniunt,hoc est, semper inhærent operibus et donis Dei,& nõ proiiciunt seipsos in operatorẽ atq; datorẽ Deum. Et ob hoc fundus iste nunq; eis reseratur,licet interdũ haustũ siue ictum vnũ percipiant,q; tamẽ statim cum delectatiõe, spreta paupertate spiritus, abutunt. Ideoq; nunq; ad istũ essentialem fundũ et quietẽ spiritus peruenire merentur. ¶Humiles vero & simplices homines aliquãto tẽpore semel omnia Dei opa atq; dona percurrerũt,eaq; obseruarũt,sed satiari nequaq; potuerũt, donec sese ad intimũ animæ fundũ conuerterent & se totaliter in ipsum operatorẽ datoremq; proiicerent.Estq; hæc excellentissima quædam nobilitas.Ibi nanq; opera Dei pro suis ponunt, & sua opera postponẽtes,inactionẽ seu operationẽ Dei patiunt. Ista sane maxima est fructuositas,ex qua virtutes oẽs bonaq; omnia oriuntur. Hæc est essentialis in Deum cõuersio,cui semper in intimo fundo prẽmium essentiale, q̃d est Deus ipse,correspondet,Hi tales cognoscunt & diligũt omnia simpli-

ſimpliciter in Deo, et cū quadā diuina gratia per ſpiciunt omnia opera, dona ac beneficia Dei, & in cūctis rebus Deū cōtemplantur, & cū quodā ſimplici intuitu pro ſeipſis & pro aliꝭ oīibus orant, et ſeipſos in Deum totaliter immergūt. Et ſic fundus iſte in ſuo principio ancoratur, & in ipſo viua vena aperitur, in eo videlicet, q̄ huiuſmodi homines fidem, ſpem atq; fiduciā ſuā in Deo conſtituerunt. ¶Sed iā proh dolor fere oēs noſtris ſtudijs & propriæ prudentiæ innitimur, & in eis requieſcimus, propter q̄d nobilis ille introitus haudquaq̄ nobis innoteſcit, et influxus in nos diuinus præpeditur. Et hoc eſt, q̄d per Hieremiam dominus conqueritur, dicens: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aquę viuæ, et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas, quę cōtinere nō valent aquas. Plane reliquerūt eſſentialē introuerſionem in intimū fundū ſpiritus, in q̄ faciem dñi ſemper & quærere & adorare debemus. Vnde iā non immerito quilibet noſtrum dicere poteſt: Aruit cor meū, quia oblitus ſum comedere panem meū: hoc eſt, omnipotens & ſempiternū Dei verbū (q̄d eſt vita & cibus animę) in intimo cogitationū & deſideriorū animæ atq; intentionū cordis ruminare neglexi. O Deus meus, en anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuā a me. Eſt nāq; facies tua cibus efficax, ſapor & ſapientia, potus vitæ amoroſus, fluxus ſpiritum lætificans, nutriens & dilatans, vires animæ confortans, cor deniq; virere & fructificare faciens, ſi tamen nos per verā fidē atq; cōfidentiā ad te, q̄ nos tā deſiderāter expectas, cōuertamur. Sine te nanq; ſpūs noſter

in te-

in tenebris, anima in amaritudine, & cor in mœrore exiſtit. Nunc igitur o anima mea conuertere in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapſu. Dicamus proinde: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

De beata ſpe, quæ ex fide in Deum naſcitur. Cap. XXVIII.

ORitur autem hæc beata ſpes ex deifica fide, & ipſa conſequenter ex ſeſe charitatem producit. Quando nanque fides tam deifice ac deuote in Deum conuerſa eſt, prout ſuperius iam dictum eſt, & a quo liber iſte exordium ſumit, & in quo tandem finietur, quomodo videlicet per firmam fidem fideliſſimo Deo iugiter amoroſe adhęrere debeamus, cum ſit ipſe ſemper præſens in intimo animæ noſtræ, vbi cõtinue faciem domini quærere & in ſpiritu adorare debemus, per quod facies animæ noſtræ mundatur, & fides illuminatur ad cognoſcendum Deum, hic in fide, et poſtmodum in gloriæ ſempiterna fruitione. Quando (inquam) fides hæc taliter introducitur in occultos theſauros & diuitias Dei, inde tunc oritur beata et deifica ſpes, ita vt anima firmiter ſperet et cõfidat ei, in quẽ credidit, & quem per fidem inuenit. Porro deuota ſpes iſta mentem ſubleuat in delicias Dei, vbi per claritatem diuinam transradiatur, & ſpiritalibus bonis impletur, ita vt cuncta terrena horreat, & omnes corporis voluptates contemnat, habitetque in libertate diuina, & cum ſancto

ctio Dauide decãtet: Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in domino Deo spem meam. Non enim delinquent omnes, qui sperant in eo. Quia spes omnem vitiorum impetum & incursum excludit. Denique spes ista non aliquam illicitam libertatem adducit, quemadmodum in illis contingit, qui noxia sensuum suorum curiositate vane vtuntur, quorum spes non est spes, sed præsumptio, quamuis in Deo se sperare arbitrẽtur. Sed illorum spes a vera spe nimium distat, eo quod noxia illa libertate gaudere volunt, de qua nos beatus Petrus commonet, dicens: Quasi liberi & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.

De diuina charitate, quæ ex fide & spe nascitur. Cap. XXIX.

POstquam vero fides & spes taliter in Deo in vera & immobili tranquillitate fundatæ sunt, inde tunc oritur amor quidam & complacentia ex eo, quod iam credidit & sperauit. Porro amor iste per spem ex Deo nascitur, in quem & refluit, in illum videlicet nobilissimũ fundum, quem summa beatitudo inhabitat, vbi in Deum transformatur. Tuncque fidẽ & spem in vinculo amoris adeo confirmat, vt nequaq̃ vltra nexus iste dissolui possit, donec anima iubente Deo mortalitatis huius exuat vestem. Cũ autem perceperimus id, quod modo credimus, & frui cœperimus eo, quod speramus, tũc fides & spes ad nihilum redigentur, & amor solus in diuinæ maiestatis contemplatione æternaliter perdurabit. Et certe dici non potest, quantam animæ felicitatem cõferant tres istæ virtutes theologicæ,

ologicæ, eum eas quis in anima perfecte obtinu erit. Nam per fidei puritatem cogitationes in Deum cum intima fruitione subleuantur, per spei securitatē intellectus in claritate vultus sui dilatatur, & per charitatem voluntas in potissimo Dei beneplacito solidatur. Et tunc spiritus renouatur & pro modo suo cōformis spiritui Iesu Christi efficitur iuxta verba Apostoli dicentis: Renouamini spiritu mentis vestræ, & exuite veterem hominem, et induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Etenim quando mēs taliter subleuata est, tūc cū Christo summa beatitudine fruitur, & corpus suū subdit spiritui regens ipsum iuxta exemplū Iesu Christi. Cum enim mens per amorem renouatur, tunc per eiusdem amoris largitatem ipsa quoq; inferior pars animæ & corpus renouatur. Nunq̄ enim ociosus esse potest amor. Magna enim operatur si est. Nec quiescere potest, nec cessare vnq̄, amare Deum, honorare Deū, Deo regratiari, Deum laudare, eius præsentiæ omni tempore respondere, et eius supremam laudem perficere. Ista nanque sunt deliciæ eius. Plus enim amatum diligit quam seipsum. Denique amor iste virtutes omnes in se comprehendit, si tamen ille verus amor est, de quo sanctus Paulus ait: Sine amore nihil habentes, sed per amorē omnia possidentes. Charitas omnia credit, quæ veritas suadet, vt credantur, fortiter sperat omnia, quæ fides recte credit: omnia suffert. Nunquam excidit, neque in hoc seculo, neque in futuro. Rationem facit patienter & benigne omnia aduersa sufferre, nulli inuidere, neminem iudicare, sed felicitati alterius congratulari tanquam

suæ.

ſuæ. Iram reprimit, vt nec turbari, nec inflari poſſit, eamque facit oẽ malum deteſtari. Vim concupiſcibilem reſtringit, quatenus non gaudeat ſuper iniquitate. Mores etiam corporis in matura quadam & humili modeſtia componit & cunctorum eſt obſequijs parata. Loco infimo delectatur. In omni preſſura tranquilla permanet & de oblato ſibi honore erubeſcit. Inſuper in anima quendam amoris languorem & æternitatis guſtum generat. De qua charitate ſic dicit Hugo de ſancto Victore: O charitas quã inextinguibiliter in præcordijs martyrum arſiſti, quia nec probris, nec præmijs, nec pœnis obrui potuiſti. ¶ Denique quanto mens ſeipſam ab intra magis nudam & ab omni imagine liberam reddit, tanto amplius a Deo trahitur ad vniendum ſe illi per ardentiſſimum amorem, vbi tunc a ſeipſa deficit, & quanto minus in ſe aliquid inuenit, cui per amorem inhæret, tanto amoroſius a ſponſo ſuſcipitur, & eius charitate amplius vulneratur, & tãto fit ad quærendum illum ſtudioſior, quanto eum intra ſe eſſe iam nouit. O quoties in hoc ſtatu beatiſſimis ſpiritibus clamat dicens: Annunciate dilecto, quia amore langueo. Merito gloriari poteſt charitas iſta potatam ſe eſſe in cellarijs ſponſi, inebriatam cœleſtibus deſiderijs, & amplexatam brachijs amoris eius. Tunc pijſſimus Deus radios amoris ſui diffundit ac dirigit in nobilem illum eſſentialem fundum cum claro ac ſuperſplendente lumine ſuauiſſimæ charitatis ſuæ, omniaque eius interiora permanat, de quo ſic ait ſanctus Bernardus: Felix anima, quæ in Chriſti recumbit pectore, & inter verbi brachia requieſcit.

quieſcit. Magna & ſtupenda dignatio ſponſi, qđ quieſcere facit animam contemplantem in ſinu ſuo, in quo omnem inuenit ſuauitatem, vt iam merito dicat: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Hinc etenim dicit: Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, vbi per caput intelligitur ſuprema pars animæ. Sicut enim caput præ cæteris membris amplius ſolet exornari: ita quoque ſpiritualis pulchritudo præcipue conſiſtit in ſuprema parte rationalis animæ, in qua imago glorioſiſſimæ Trinitatis inuenitur. Vnde Eſaias: Gaudens gaudebo in domino, quia induit me veſtimẽto ſalutis, et tanquam ſponſam decorauit me.

Qualiter anima diuino ſeſe amori debeat mancipare. Cap. XXX.

O Anima nobilis, ſi quid apud dilectum tuum efficere deſideras, aſſume tibi amorem Dei. Nihil enim fortius eſt anima charitatis telo vulnerata, quippe quæ non mundum hunc tantum, ſed ipſum quam inuincibilem Deum vincit. Eſt reuera vigoroſus admodum & acutus amor, qui diuinam abyſſum penetrare & tranſſagittare poteſt. Noli o anima negligere ſagittis amoris impetere dilectum tuum, quin potius ſine ceſſatiõe vulnera eum, donec eius actuali amore capi & conſtringi merearis. Ait quodam loco ipſe dominus: Vulneraſti cor meum ſoror mea, ſponſa vulneraſti cor meum, id eſt, immenſam pulchritudinem meam & ſuperdelicioſiſſimam dulcedinem meam deſiderijs tuis vi olenter penetraſti, o ſoror mea ſponſa, quam incomparabiliter te amare oportet Deum tuum,

quæ

quæ tãta cognatione, vt soror & spõsa Christo coniungeris, qui signum suum impressit fronti tuæ, quod in sempiternum deleri non poterit, teque precioſiſſimo & inæſtimabili theſauro, vtpote seipso, redimere dignatus est, per quem nihil tibi negare poterit, si secundum eius beneplacitum viuere, & amoris sui iugiter esse memor curaueris. ¶Si vero istud neglexeris, & stercori atque limo vanarum creaturarum te immiscueris, certa esto, qa cito velociter perditura es nobilitatem tuam, vtpote ingrata existens charitati suæ, tradetque te tortoribus secundum iustitiam & æternam ordinationem suam, qui nihil in te relinquent impunitum. Tu vero Dei similitudine & tua ipsius pulchritudine spoliata simul cum ipsis horribiliter deformaberis. Attamen esse tuum in perpetuum durabit. Quia enim ad æternæ essentiæ imaginem & similitudinem facta es, ad possidendum perpetuo summum bonum, ad contemplandum æternam lucem, idque neglexisti, propter hoc iure in perpetuum, velis nolis, æternas tenebras et carnales dęmonum aspectus intueri cogeris. Et pro eo quod perenni iucunditate frui deberes, perpetua tormenta sustinere & sentire compelleris, eo quod sempiterno bono non adhæseris, Deo videlicet tuo, qui se ad hoc tecum vniuit & te sibi similem fecit, quique diuinam virtutem suam, & lumen vultus sui, insuper & beneplaciti sui cognitionem tibi infudit, quatenus ei seruire, eumq; cognoscere & amare debuisses.

Qualiter nos ad amandũ Deum intra nos conuertere debeamus. Cap. XXXI.

QVisquis ergo in amore proficere, & in virtutibus crescere voluerit, studiose ad hoc niti debet, vt in omni actione & omissione sua diligēter custodiat sui in se liberam introuersionem, & in vnione amoris Deo iugiter adhæreat. In hac quippe vnione lumen gratiæ suæ & conscientiæ puritatem largitur Deus. Et in hac libera introuersione (vbi anima cum Deo vnitur) charitas exoritur, quæ nimirum principua radix est omnium virtutum. Ipsa nanque superiores animæ vires coram Deo iugiter in quadam tranquilla diuinitatis fruitione conseruat. Ipsa omnes sensuales vires in quoddam internum sentimentum congregat. Ipsa memoriam trahit in fontale principium suum, vbi semper illi respondet æternitas beatissimæ Trinitatis. Ipsa intellectum in cognitionem et saporem æternæ sapientiæ sustollit. Ipsa vim amatiuam replet & accendit, & spiritum in conspectu Dei ardere facit & liquescere, & animam in abyssali amore velut annihilare seipsam. Ipsa spiritum simplicem & absque imaginibus facit in diuina libertate. Ipsa animam purgat, mundat & simplificat. Ipsa rationem illustrat, & eam docet omnium virtutū discretionem. Ipsa vim concupiscibilem purgat, & ad æterna desideranda impellit. Ipsa irascibilem deprimit, eamq; mitem & humilem reddit. Ipsa conscientiam purificat. Ipsa corripit, & ordinat omnes affectiones. Ipsa cor quietum, feruidum & fœcundum reddit in omni exercitio virtutum. Ipsa cuncta hominis opera Deo placita facit. Ipsa voluntatē quæ principalis est radix spiritus, in diuina charitate confirmat, ipsamq; ad omnes homines largo quo-

go q̃dam fauore emanare facit. Ipsa vim concupiscibilem, q̃ radix est animæ, in altissima quadã humilitatis abyssο fundat, per quã anima sese inclinat & submittit Deo & oĩ creaturæ. Ipsa postremo intentionem, quæ est radix cordis, firmat ac stabilit in vera patientia & tolerantia, & in omni labore, & tam in prosperis, quam in aduersis, in omni etiam ignominia & sui despectiõe facit eam iuste operari. ¶ Quisquis igitur amorem Dei in moribus suis interius & exterius seruat, ille procul dubio omnia tam veteris q̃ noui testamenti præcepta adimplet. Amor bonum hominem humilem facit absque sapere, patientem sine sentire, & iustum absq; scire. Hinc S. ait Bernardus: O anima esto solitaria, & ei soli seruias, qui te solus elegit. O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, vnde ista pateris? Cum igit Deus amor sit, quare huc illucque discurrimus, cur properamus ad altitudinem cœli & profundum terræ, ad quærendum inibi ipsum, qui hic præsens nobiscum est, si nos esse cum ipso velimus? ¶ Quapropter si in charitate persistere & a grauibus peccatis præseruari volumus, nosipsos sollicite conseruare debemus in quadam simplici introuersione in nosipsos, & continue habitare ac manere nobiscum, & diuinis intendere inspirationibus. Ibi nanque veram hauriemus sapientiã, ibi, quomodo viuere oportet, discemus. Et tunc per oĩa cõformis erit vita nostra scripturis sanctæ ecclesiæ, & omnibus sanctis, & ex amore

virtutū atq; ex profunda humilitate desiderare incipiemus, tam per scripturas sanctas, quam a cunctis hominibus argui ac reprehendi, multūque delectabit nos iugiter verba salutaris informationis audire, & videre sanctitatem vitæ. In his etenim, alijsq; multis quotidie proficit quilibet homo bonus. ¶Quidam magister dicebat: Multus discursus, & frequens interrogatio mea, nō me sanctum facere potuerunt, sed sessio mea, & sollicita ac diligens meditatio ipsæ me Deum inuenire fecerunt. Quisquis enim omni conatu sese in essentialem animæ suæ fundum introuerterit, & inibi corā Deo se posuerit in interno silentio cum quiete spiritus & pace cordis, ille procul dubio Deum illic existentem inueniet, audietque ibidem omnipotens & æternum verbum, quod omnia interiora animæ viuificat & intimum mentis suæ claritate vultus sui illuminat, animam veritate vestit, & cor in amarissimæ passionis suæ meditatione fœcundum efficit. Hic suprema veritas intellectu apprehenditur, hic assecuratio fit homini fore se de prædestinatis, de quibus Euangelium: Multi, ait, sunt vocati, pauci vero electi. Omnes quidem vocati, & amarissima domini saluatoris nostri passione redempti sumus, sed pro quanto eius passionem sequimur, eamque in nostris cordibus & cogitationibus gestamus, & per eam vnus spiritus, vna anima, & vnum cum ipso corpus efficimur, idque ipsum quod sentiebat in gaudioso spiritu suo, mœstissima anima sua, & vulnerato corpore suo, nobis attrahimus, pro tanto assecurari meremur. ¶Quod cum ita sit, friuola admodum, & cæca nimis opinio est, dicentium

tium: Vnde scire potero, si me vel elegit, vel dã nare constituit Deus? Et: Signauit Deus omnes suos, atque præuidit quos vel saluare, vel repro bare decreuit. Huiuscemodi nanque verbis aut cogitationibus grauiter nimis inhonoratur, & blasphematur Deus. Non est voluntas patris ve stri, qui in cœlis est, ait ipse dominus, vt pereat vnus de minimis istis. Venit ẽm filius hominis saluare quod perierat. Et: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem increduhus est filio, non videbit vitã, sed ira Dei manet sup eũ. Ab æterno siquidẽ oẽs nos pñssimus Deus a-mauit, cognouit, vocauit & elegit, ita vt si vice versa etiã nos ipsum cognoscere, amare et elige re velimus, absq; dubio futuri simus in perpetu um electi ipsius. Oẽs ẽm illos, qui ipsum eligere & amare volũt, elegit dñs. Vnde etiã ipse dicit: Ego diligẽtes me diligo. Et hos q̃q; signauit cha ritate & gratia p̃destinationis, seq; eis in perpe-tuũ benefacere velle promisit. Illos vero qui se a Deo spõte auertũt, & solatiũ atq; amorẽ suũ in rebus trãsitorijs constituũt, eisq; cor suum appo nũt, obliti amoris diuini & beneficior; Dei, hos tales secundũ æternã p̃destinatiõem suã p̃sciuit, q; videlicet in perpetuũ iuxta exigentiã oper; su or; male habebũt, & debita iustitia in æternum condemnabunt. Cõtempserunt etẽm & abiece-runt pro bonis tẽporalibus ęternũ bonũ, & spõ te se auerterũt a Deo creatore suo ad creaturas, & pro hoc væ sempiternũ & perenne supplicium eis repẽdet. Qui vero Deũ sup omia diligũt et in tendũt, illos ipse vicissim saluare decreuit, per-ducetq; eos ad brauiũ illud, pro quo multi qui-

dē in ſtadio currunt, ſed vnus tantū accipit, qui ſunt omnes illi, qui vnum cum Deo efficiuntur.

De abiiciendo omni ſeruili timore. Cap. XXXII.

POſtquam ergo attenta meditatio mortis, & iudicij extremi, pœnarumq; inferni & gaudij æternæ vitæ hominem fecit a peccatis abſtinere, & mundū fugere: ipſeq; iā homo ad ſcholā Chriſti, & ad vitā ſpiritualem, iuxta euāgelica Chriſti conſilia ſe cōtulit, & dño Deo ſuo fideliter promiſit ſeruiturum ſe illi in perpetua caſtitate, paupertate & obedientia, carnemq; ſuam cum vitijs & cōcupiſcentijs crucifixit, & amoroſam vitam ac paſſionem atq; imaginem Chriſti cordi ſuo impreſſit, eiusq; internos cruciatus et virtutes in anima ſua collegit, eleuans iā cū pura fide in Deum cogitatiōes ſuas, & intellectū cū ſecura ſpe, & voluntatē in ardētiſſimo amore vnitā habēs, prout ſupius dictū eſt, etiā timor Dei adeſſe debet. ¶ Sicut em̄ per amorē oēs virtutes acquirunt̄, ita per timorē & humilitatem acquiſitę iā virtutes cuſtodiunt̄, non quidē per ſeruilē illū timorem, q̄ ſeipſum q̄rit et lucrum ſuū, timēdo mercedem perdere, et pœnā aut confuſionē incurrere, ſed per filialem timorē, q̄ ex amore naſcit̄, qui in omnibus pure Deū q̄rit & inuenit, eūq; ex amore cum omni diligentia reuerete ac timet. Qui mētem inhærere Deo facit, ipſamq; cōſtringit in vinculo dilectiōis & pacis ad ſeruādum vnitatē ſpiritus: Sēperq; nos ſollicitos reddit, ne quid forte admittamus, quod Deo in nobis diſplicere poſſit, ob quod faciē ſuam a nobis abſcōdat, neve eius bonis ſiue donis

ob

ob ingratitudinē ſpoliemur,& ne forte eius charitati ſatisfacere non poſſimus.Iſte eſt diuinus timor ex amore procedens,in quo omnis perfecta ſalus conſiſtit.Hic eſt ſpiritus ille timoris domini,qui omnia interiora animæ replet & vnit in Deo,oſtēdens animæ occultas ſemitas Dei.Quę profecto anima audire meretur:Iam non dicam vos ſeruos,quia ſeruus neſcit,quid faciat dominus eius.Vos aūt dixi amicos,quia omnia quæcunq; audiui a patre meo , nota feci vobis. Hic iam cedere oportet oēm ſeruilem timorem, qui pœnā & curas multas habet,remanetque ſaluberrimus ille diuinus timor,in q̄ eſt omne bonū. Nūc igitur o vos timidi & modicę fidei,nolite timere,nolite voſipſos q̄rere:ſed quęrite,ſed time te,ſed reuereamini dn̄m Deū veſtrum,& inuenietis eum,in quo eſt om̄e bonum, & nihil vobis deerit.Hinc ait S.Auguſtinus:Cū adhæreo Deo meo cum omnibus viribus meis, vndiq; bene eſt mihi, & nusq̄ labor . Quia vita mea repleta eſt bonis,& ita ſto ſecurus.Quiſquis enim ad eum introierit, in gaudium intrat domini ſui , & non timebit,ſed bene erit ei.Quod ſanctus Dauid inſinuat, dicens: Dominus mihi adiutor eſt, nō timebo quid faciat mihi homo.Dominus mihi adiutor eſt, & ego deſpiciam inimicos meos.

Qualiter in amore proficere debeamus. Cap. XXXIII.

ABiiciamus ergo omnem inutilē ſeruilem timorem,& conuertamus nos ad electionem filiorū Dei.Honoremus Deum tanq̄ omnipotentē dn̄m,qui conſeruator et protector noſter eſt , Honoremus & timeamus eum tanq̄

patrẽ q̃ fecit nos, in q̃ ab æterno fuimus, q̃q; modo est intra nos, & cũ auxilio suo paterno vult permanere nobiscũ. Quid nobis cũ limo terrenæ amicitiæ, qui tã secretũ intra nos amicum habemus, immortalẽ videlicet & incõmutabilem, in q̃ omnis potestas, victoria, pulchritudo, deliciæ & salus simul existunt? Diligamus eũ tanq̃ fratrem ac redemptorem, q̃ nos cohæredes fecit regni sui. Amplexemur eũ tanq̃ spõsum, q̃ nos seipso sibi despõsauit, qui est viuum nutrimentum animæ nostræ, lux absq; tenebris, viuũ & efficax verbum, per quod omnia viuunt & nutriuntur, per eius videlicet sapientiam, perq; riuos potentissimarum diuitiarum eius, de quo in Ecclesiastico legitur: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, quæ nimirum sapientia, verbum est increatum summi Dei, quod animabus diligentiũ illud inspiratur, q̃d nos sine intermissione docet & admonet, qualiter ei libera & eleuata mente adhærere & obseruare, qualiter intra nos viuum illud verbum generetur, qualiterque in cordibus nostris impressam habere crucifixã imaginem sanctissimæ vitæ & passionis suæ, eumque tota & plena dilectione imitari sicut spõsa sponsum suum, nec quicquam omnino timere debeamus. Ait etenim pius dominus: Iugum meum suaue est, & onus meum leue: in quo inuenietis requiem animabus vestris, ita vt nec asperitas vlla, nec vlla difficultas ab amore meo vos retrahere valeat, & cum Apostolo dicere possitis: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum enim, quia neq; mors, neque vita, neque creatura

alia

alia poterit nos separare a charitate Dei, quę est in Christo Iesu domino nostro.

De diuino timore ex amore nascente. Cap. XXXIIII.

POstquam ergo omnis a nobis seruilis timor excluſus est, & per fidem, spem atq; charitatem in Deo habitamus & ipse in nobis, iamq; præclarum illum thesaurum & regnum Dei in animabus nostris inuenire meruimus, necessarium nobis est, vt habeamus quendam intra nos indefessum vigilem, ipsum videlicet timorem Dei filialem, qui nobis acquisita bona custodiat, & deligentissime semper obseruet, ne mens nostra aliquod quarumcunq; rerum medium admittat, perq; eas abstrahatur: & ne Dei felix natiuitas in anima impediatur, neue crucifixa imago domini nostri ex cordibus nostris deleatur: & denique ne vllum membrum extra hāc regiam viā retrahamus. Super his & similibus vitijs ac negligentijs iugiter inuigilare timor debet, ne homo inaniter & ocioſe se extrouertat, aut per sensus suos aliquid illabi patiatur, quod eum vel grauare, vel amaricare possit. Necessarius enim est in his perpetuus timor. Beatus namque est seruus ille, quem cū venerit dominus, inuenerit vigilantem iugiter super domum suam, qui bonus est pastor, & agnoscit oues suas, easque ad pascua deducit ad montes excelsos Christi diuinitatis & in fertiles valles ipsius humillimæ humanitatis. Tunc pascentur in æterna viriditate, & potabunt de riuis aquæ viuæ, & ingredientes ac egredientes pascua inuenient. ¶O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus

in omnibus. O q̄ magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā abscōdisti timētibus te. Qui timet hominē, cito corruet, q̄ sperat in dño, sublevabitur. Qui cōfidunt in illo, intelligēt veritatē, & fideles in dilectione acquiescēt illi: qm̄ donum & pax est electis Dei. Elegerunt etem̄ sibi bonā pacē, & timere ac reuereri dñm. Legitur enim in Ecclesiastico: Timor dñi expellit peccatū. Nam qui sine timore est, nō poterit iustificari. Denicq̄, iste timor dñi non solū vitare, sed & odire malū facit. Hinc ait S. Gregorius: Ad oia deuota corda spectat quæuis media deuitare, in q̄bus etiā nullū peccatum existit. Et S. Augustinus: Si voluerimus, inq̄t, obedire Deo, q̄cquid in mūdo est, obediet nobis. Debemus ergo obedire Deo nostro, & merito timorati semper esse atq̄ solliciti. Lōga em̄ via, et modicū tēporis nobis superest, multa quoq̄ sunt opera, q̄ iussi sumus facere, & breuis hora, eadēq̄ incerta. Quicq̄d aūt mō negligimus, illo in ęternū carebimus. Dictū est mō ex testimonio sacræ scripturæ, qualiter abiicere debeamus oēm seruilē timorē, & seruare tm̄ filialē illum timorē, per quē semper vigiles ac solliciti simus aduersus oēs vanas euagationes, & inutiles receptiones siue admissiones, q̄ a nobis thesaurū nostrū auferre possent. Nunq̄ em̄ tētare nos cessant aduersarij nostri. Timendū est quoq̄ & cauendū sollicite ab oī vitio, q̄d nos sub specie boni alicuius inuadere conat̄, q̄d profecto intimū fundum nostrū, & oculos animæ vehementer obfuscare posset, si nō circa hoc attēte vigilemus. Sed istud nō attendūt, neq̄ cognoscunt serui. Illi vero, q̄ gratiā filialis timoris sunt adepti, in lucē cognitionis defectuum suorum introducun-

cuntur, per quã intelligũt deceptiones diaboli, q̃ videlicet præbet lumẽ absq; humilitate, gustum sine securitate, dulcedinem sine consolatione.

De anxia & sollicita vigilantia aduersus omnes tentationes. Cap. XXXV.

PRoinde studiose cauendũ est & vigilandũ, ne vllas tentationes intromittamus, quas versipellis ille astute producit, idq; sæpius sub specie boni alicuius, quatenus inde inordinati aut irresignati efficiamur, ne videlicet grauiora incidamus spiritalis gratiæ aut profectus dispẽdia. Sed in hoc cauti ac circũspecti esse debemus, & cũ resignata humilitate iugiter inniti fidelissimo Deo nostro, atq; patiẽter expectare in oĩbus accidẽtijs longanimitatẽ eius, quantũuis bona aut extranea mirabilia, vel difficilia ea existãt. Fugiamus ergo & declinemus cũ filiali timore in Deũ, nec quicq̃ tẽtatori respõdeamus, quantũuis magna nobis ipse proponat. Taceamus ei penitus, & diligẽter obseruemus oẽs ianuas et feneſtras, et obturemus oẽs rimas, vt nullus ei ad cor nostr̃ pateat accessus: sicq; nos habeamus, quasi nulla sit nobis cura de aliq̃, et oĩa secure cõmittamus oĩpotenti, sapiẽti ac benignissimo Deo, & sic obtinebimus quandã essentialẽ pacẽ, cunctiq; aduersarij nostri superabũtur, & pedibus nostris cõterent. ¶ Sane si etiã totus mũdus nos vndiq; vallasset, & oẽs simul dæmones aduersum nos cõiurassent, in nullo nobis obesse poterũt, si eis neq; cogitationibus, neq; affectionibus, neq; verbis, neq; operibus, neq; vidẽdo, neque audiendo respõdeamus. Prorsus in nullo tunc nos impeident, sed ipsi magis prosternentur, & incident in foueam, quam fecerunt, cunctaq;

ctaque nostra in pace erunt. Vigilemus ergo attentius circa hoc, ne eas quoquo modo intromittamus, quantumlibet magna nos, siue pressura, siue violentia circundent. Etiam si naturam inde debilitari & cor ipsum opprimi contingat, prorsus hoc nihili facere debemus. Oportet em & necesse est, crucifigi naturam nostram. Cur igitur non libentius id fieri patiamur ab alio, q̃ a nobisipsis? Veruntamen post hanc pressuram dulcissima libertas spiritus succedit, si nosipsos custodierimus, ne intra nos tentationem ipsam, eam videlicet discutiendo aut reuoluendo, admittamus. Inde nanq; procul dubio innumera et grauissima damna orirentur, et ipsi hostes nostri domum nostram prius impugnatam, etiam expugnarent & obtinerent, cunctaq; in ea existentia trucidarẽt. Quamobrem diligẽtissime cauendum, ne vel semel cogitemus: Ecce ista mihi patienda incumbunt, vel tale quid factum est aut incidit mihi. Sed postpositis huiusmodi cogitationibus, totis viribus Deo inhæreamus, donec omnia interiora nostra plene exercitata & in eius amarissimam passionem sint transformata, meditemurque constanter, quanta pro nobis ipse sustinuit, donec omnis illa tentationum molestia & tumultus sopiatur. Et tunc fideliter pro omnibus causis ac negocijs orare debemus, licebitque nobis Deo necessitates & angustias nostras exponere, eique offerre. Quo facto, ipse vicissim nos instruit, qualiter in eis nos habere debeamus: & quibus eas culpis nostris promeruimus, ostendit. Si enim peccatum nullum haberemus, nec pœna in nobis de communi cursu vlla locum haberet, quanquã Deus nonnullis magnis

sanctis

sanctis absque culpa, pro sua tamen salute creditur quandoque pœnas auxisse, quod de gloriosa virgine matre dubium non est. Taliter ergo cum timore Dei vigilare ac orare debemus.

Oratio pro diuino auxilio.

OMnipotens æterne Deus, sine cuius auxilio infirmus sum, nihilq; prævaleo, cõforta me obsecro in omnibus, quæ placita sunt tibi. Cogitationes meas stabilias, memoriã admoneas, & mea omnia in te desideria trahas rapiasque. O veritas æterna defende me, quia sine te iniustus sum. Custodi me quæso, ne decipiar neq; decipiam. Illumina intellectum meum & rationem meam instrue. O amabilis bonitas, sine te ad omnia sum mala procliuis. Ideoque te rogo, vt implere & perfluere digneris omnia interiora mea, & voluntatem meam in tuo vnias amore, omnesque vires meas sic accende, mentem illumina, animam fœcundam effice, rege cor meum & omnia opera mea, quatenus a te solo agar possidearq;, & mens mea in te vera libertate donetur, verbumq; tuum in anima mea nasci possit, vnde omnia interiora mea illustrentur, sentiantq; quam veraciter, & perspicue tu mihi proximus sis in fundo animæ meæ: vnde et cor meum in omni virtute fœcundetur, spiritus meus in tui amore rapiatur, & ego ipse confortari, doceri & dirigi merear ad sequendum perfectissimum exemplar tuum, sanctissimaq; vestigia tua, atq; ad amplexandum cum tanto cordis ardore omnem amorosam vitam & passionem tuam, eamq; tam fortiter in eodem plantandum, & velut in fasciculos collectam seruandum, vt nunquam inde vel ad dexteram, vel ad sinistram

recedere possim. Vnde insuper spiritus meus exhilaretur, anima perfecte sanetur, cor roboretur, & corpus vbiq; protegatur, vt vel sic in me sempiternū verbum tuū impleatur, quō tuipse ais: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut et nos, vt ego sic vnū tecum sim in amore, in vita & in pœna. Et qa vita vel passio mea nihil omnino sunt, ideo vnire & applicare ea digneris sanctissimæ vitæ & passioni tuæ, quatenus per ea fructuosa tibiq; reddantur accepta, possisq; in me viuam quandam oīm operum tuorū repręsentationem inuenire, & ego meipsum exiens, in te Deo meo cōsistere, & in spū meo diuinitatis tuæ mysteriū, & ob oculos animæ meæ lucidissimū speculū humanitatis tuæ habere queam, per quod facies animæ meæ illuminari atq; purgari, & occultus defectuū meorum fundus mihi reuelari ac innotescere possit: quo etiā ego ipse muniar aduersus omnia, q̄ displicent tibi, semperq; reficiar, cōforter vestiarq;. His nanq; armis omnes inimici nostri eneruantur atq; vincuntur, extra quæ si quādo me auerto, vulnus accipio. Per hæc omnes infirmitatū dolores curantur, oppressi consolantur, captiui liberantur, famelici saturantur, sitibundi potantur, et nudi vestiūtur. Tu nanque fons ille es, ex quo bona cūcta procedunt et hauriuntur. Rogo itaque te domine Deus meus, digneris ista perficere in me per merita tua ad gloriam tuam, quod & similiter pro omnibus peto, tam viuis, q̄ defunctis. Quia tu in omnibus es, et omnes ex æquo redemisti. Ideo & per sanctissima merita tua adiuuare nos omnes dignare domine Deus noster, vt te omnes cognoscamus, omnes

mnes tibi seruiamus, teque omnes tota virtutẽ diligamus, Amen. ¶ Hæc est breuis quædam formula orationis internæ, quæ nunquam interrũpi debet. Oratio vero supereſſentialis, quæ in ipso purissimo fundo Deo omnipotẽti offertur, neque scribi, neq; dici potest. Quia nec ipse, qui sic orat, incomparabilem nobilitatem, fructum & vtilitatẽ eiuscemodi orationis nouit, quippe qui immersus & assumptus est in diuitias Dei sui. Porro, vt & nos ita vigilare & orare quandoque possimus, præstet nobis pijssimus dominus Deus noster, Amen.

Quõ fundamentum nostrũ ponere debeamus in passione Christi. Cap. XXXVI.

QVisquis autẽ & ea, quæ iam dicta sunt, & quæ postmodũ dicentur, in seipso feliciter experiri, & ad ea pertingere volu erit (q̃d certe nulli denegatur faciẽti, q̃d in se est, & voluntatẽ ac diligentiã suam adhibenti) seipsum expedire ac nudare debet ab oĩ illo, q̃d Deus nõ est, & conuertere se totis viribus & omni conatu ad exercitiũ dñicæ passionis, eamq; adeo vigorose attrahere ad sentiendũ eã abintra, donec oẽs sensuũ euagationes inibi colligantur stabiliãturq;, ita vt vbicũq; siue stet siue ambulet, iugiter ob oculos suos, quaſi speculũ, & in sentimẽto cordis sui, tanq̃ fundamentũ quoddã fixã ac stabilitã habeat amorosam vitã ac passionẽ dñi nostri Iesu Christi, cui ꝑpetuo inhęrere velit ad construendũ desuꝑ virtutes vniuersas. Nemo em̃ tam sublimiter proficit, quin ad eam recursum habere debeat: nec quisq̃ ita debet extrouerti & occupari, qn isti inhæreat fundamẽto, si mõ

velit

velit grata esse Deo & accepta opera sua. Imo si quis esset adeo exercitatus, quod per lumen gratiæ raperetur extra suum ipsius naturale lumen, & seipsum quasi in lumine gratię perdidisset, atq; in diuitias Dei absorptus esset, quando nihilo minus sibijpsi restituitur, istud fundamentum primum ac præcipuū est obiectum ipsius, atque sentimētum, quod in seipso recipit, & cui iugiter inhæret. ¶ Isto igitur fundamento taliter in corde iacto ac stabilito, adhuc magis interdum exercitium requiritur, pœnarū videlicet ac dolorum, quos in sanctissima anima sua Christus sustinuit. Quod tanto melius est atq; vtilius, quanto aurum cupro præstantius est. Non enim sufficerent vel mille corda dolores, quos in anima sua Christus sustinuit, plene cogitare. Istos vero dolores adeo vigorose interius exercere debemus, donec eos in anima nostra sentiamus, & in eis stabiliamur. Sed & tunc adhuc magis introuerti debemus ad contemplandum amorem ac gaudium spiritus, in quibus erat mens Christi, & extra quæ nec ad momentum recedebat, quod exercitium tanto est supra dictis nobilius ac præstantius, quanto cœlum melius est terra. Amor etenim ille & gaudium illud tam ingens erat ob felicem contemplationem gloriæ paternarum diuitiarum, ad quam perducturus erat animas nostras. Amor (inquā) eius tantus ad nos erat, quod vsque ad extremi iudicij diem in illo mœrore ac pœnalitate corporis sui permānisset suspēsus potius, quam permisisset vnam saltem animā ab illis gaudijs ac æterna felicitate, quantum in ipso fuit, separari & perire. Porro amorem istum & gaudium istud continue in spiritu

nostro

nostro exercere debemus, donec ea in spiritu & mẽte nostra sentiamus, ipsaq; mens exultet præ amore gaudij, & anima lãgueat præ doloroso mœrore, & corpus crucifigatur ac moriatur omni sensualitati, & spiritus hoc amore capiatur, atque in Deo ligetur ad perenniter cũ ipso permanendum. ¶ Tunc demũ vltimo fini suo appropinquat homo, in quo vera perfectio cõsistit, vbi de æterna veritate assecuratur, vbi Deus seipsum largitur in viribus animæ, easque facit deiformes. Et sic homo in Christũ Iesum transformatur, eiq; via Dei clare ob oculos proponitur, & docetur qualiter debeat interius & exterius cõuersari, & spiritũ suũ dirigere in intimũ illud gaudiũ, & animã in tristitiã, et corpus in patientiã, & sensus subtus spineã coronam, & manus affixas virtuosis Christi operibus, & pedes eius sacris vestigijs, & cor amoris iaculo transfixũ habere, quatenus omnis vita sua, oĩs amor suus, omnia desideria, cogitationes, verba et opera Deus sit, instruiturq; inibi: qualiter totũ sit Dei, q̃cquid habet, quicquid amat, q̃cquid intelligit, vt sic ei vicissim applicetur in perpetuo amore, & per fidẽ, spem atq; charitatem modo sæpe dicto in ipso habitet, & ipse in illo. Quisquis em̃ in Deo taliter sese exercet, eiusq; facit voluntatẽ, hunc ipse orantẽ libenter exaudit. Ille aũt facit voluntatẽ eius, qui sic Christũ Iesum induit & imitatur, qui in exteriori homine suo vulneratũ Christi corpus induit, & tanq̃ fundamentũ q̃dam animæ suæ crucifixam imaginẽ impressit, adeo vt vbicunq; stet siue eat, hãc iugiter in omni loco secũ habeat, in ea sese exercens & secũdum eam dirigẽs, tam interiorẽ, q̃ exteriorẽ ho-

minē suū. Inde nimiq; humilis efficitur homo in cōuersatione sua, cū dñm Deum suum ita humiliter & verecūde cū multa morum honestate se viderit præeuntem. Iustus quoq; efficietur, cū in omnibus actibus suis Iesum sibi associauerit & diligēter intuitus fuerit, qualiter ipse cuncta opera sua ad supremā gloriā patris sui pegit, et quō semper in mente subleuatus extitit, feruēs & plenus ardentissimo amore, in spū subiectus et obediens in anima, & in corpore patiētissimus. Verax quoque in verbis suis efficietur, si attēte considerauerit, quam vera & diuina sapientia plena erant omnia Christi verba. Patiens insuper erit in omni aduersitate, paupertate & despectione, si Christi pœnalitatem, paupertatē & despectionē attenderit. Denicq; & sobrietatis granum assequetur, attendens quō ille, qui cibus est angelorum, sæpius etiā naturæ necessaria nō habuit, & in morte sua felle & aceto potatus fuit. ¶ Et hoc modo semper in cordibus nostris clarum illud speculum sine macula portare debemus, & hoc adeo vigorose intrahere in omnia membra ac sensus nostros, vt neque oculi, neque cor nostrum quasuis alias imagines recipiant, per quas occupari aut medium aliquod recipere cor nostrum posset. Et sic nihil nos attingere poterit, nisi prius per hanc crucifixam imaginem Christi ad nos perueniat, qui omnia membra nostra ac sensus nostros per sese introduxit, per reparationem videlicet salutis nostræ, quicq; paratissimus est ad portandum vna nobiscum, quicquid eius causa nobis acciderit, si nos eius passionem intra nos portare studuerimus. Hoc igitur modo in corde nostro et in exteriori homine nostro imaginem

ginem Christi circumferre debemus. ¶Porro, in interiori homine, id est, in anima nostra gestare debemus illum incomprehēsibilem amorem, quo anima Christi repleta erat, & per quem tot tamque innumera bona operatus est. Porro, in omnium intimissimo homine nostro, id est, in suprema ac supereſſentiali portione spiritus, portare debemus nudam illam ac abyssalem diuinitatem & diuinæ essentiæ vnitatem, in qua omnes thesauri diuinitatis sunt inclusi. Et tunc interior homo noster amore repletur, & in omni virtute exercitatur, atque exterior homo cum vitijs & concupiscentijs crucifigitur, & ad omnes pœnalitates extenditur, & sentire per passionem incipit passionem domini nostri, & quicquid fuit in Christro Iesu. ¶Quando igitur sic dispositus est homo, tunc in recto itinere & in recta via, id est, in Christo Iesu est constitutus, qui est via salutis nostræ, in qua quisquis ambulat, falli nō poterit, dummō sollicitus sit nullo extra hanc viam mē bro deuiare. Postq̄ vero anima sic abstracta, & per iugem dominicæ passionis meditationem atque memoriā in vnionē charitatis Christi introducta, et in quadā supereſſentiali libertate inclusa fuerit (quēadmodū tres illę in beata Trinitate p̄sonæ vnitæ & in diuina sunt essentia incluſæ) tunc spiritus introrsus rapitur, & in diuina essentia per abstractionem vnitur. Ibi tunc diuina claritas spiritum transradiat, & mentem ipsam diuino quodam diademate illustrat, atque radios suos deorsum in inferiorem animæ partem dirigit, per quod animæ ratio simplificatur illuminaturq̄, & qualiter in via Dei interius exteriusq; incedere debeat, edocet & intelligit.

Vis concupiſcibilis purificatur, & trahitur, & iraſcibilis gratia humilitatis & ſubiectiõis perfunditur, & ad virtutũ exercitia roboratur. Conſcientia quoq; arguitur, admonetur & purificatur, & cor accenditur, & in Deum ſubleuatur. Ipſum denicq; corpus ad obediendũ ſpiritui prõptum atq; paratum efficitur, ad currendã inſtar gigantis viam Dei, eo videlicet modo, quo nos Chriſtus dominus præceſſit. ¶ Sic ſic nimirũ homo abſtractus in Deum transformatur. Quãdo enim tria hæc taliter in vno deſiderio, in vno amore & in eadem intentione ſunt congregata, tunc liber patet acceſſus ſpiritui ad quieſcẽdum in eſſentia diuina, & ad commorandum in tabernaculo humanitatis ſuę. Taliter ergo per meditationem dominicę paſſiõis ingredi debemus, quatenus de cætero nunq̃ exeamus. Sed iſtud modernis temporibus perrarum eſt & inſuetũ. Attamen dominus ait: Qui non intrat per oſtiũ in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Quia enim tam pauci ingrediuntur, ideirco in via Dei tam multi deficiunt. Sed iſtis in hora mortis ipſorum difficilis nimium ac deſerta quædam via pandetur. Quod autem tam multi iſtis tẽporibus in errores varios, & in ipſum quoque infidelitatis vitium labuntur, inde potiſſimum fit, quia fundamentum ſuum interius & exterius in Chriſto Ieſu non poſuerunt. Et quidẽ multi ſunt, qui dominicam paſſionem abextra intuentur atque recogitant, ſed abintra fundus ipſorum imaginibus atq; creaturis vanis eſt depictus atq; obſeſſus. Et ideo pauci ſunt, qui eam veraciter induunt, & in ea commorantur, eamque pro poſſe ſequuntur.

Quo-

Quomodo in infirmitate nostra turbari non debeamus. Cap. XXXVII.

FIT sæpenumero, vt quoties nos diuina adiuuante gratia, ab omnibus rebus creatis auertentes introrsum conuertimus, tunc vehementius a propria infirmitate ac pusillanimitate nostra tentemur. Cuius profecto causa est, quia viuam fidem non habemus, & nōdum veram discretionem edocti sumus, quō videlicet ipse Deus in animæ imagine existit, & tam fortiter vnitus, vt inde neq; velit, neq; possit separari. Ipse enim est vita animę, nutrimentū spiritus, & cōseruatio corporis, cōtinue sine intermissiōe nos trahens & admonens, vt a malo recedere et bonis actibus incūbere debeamus. Si ergo mediante gratia sua ad omne bonū nos ex integro cōuerterimus, tunc ipse est fortitudo nostra, institutor ac director noster in omni virtutū profectu secundum suæ perfectissimæ humanitatis exemplū. Eam nanq; ob causam in anima nostra ipse se vniuit, quod eius esse vult auxiliator ac protector, cōsolator atq; redemptor, nec vnq̄ eam deserere. Quantūlibet enim mirabiliter atq; anxie anima sit affecta & in quoscūq; defectus labi eam cōtingat, si de eis ex corde doluerit, libenter ei cuncta vult ignoscere, & sinum ei misericordiæ suæ aperire. Nequaq̄ ergo timere debemus, posse nos Deum extra nos eīcere, cū sit ipse vita animæ nostræ. ¶ Attamen pro quanto anima per peccata, et amorē labentium creaturarū inter se atque Deum mediū constituit, & pro quanto illæ animā possident & cor occupāt, pro tanto Deum cum amore atque gratia sua cedere o-

portet. Ipsam vero imaginē & simplicē animæ essentiā nihil ingredi, nihil attingere potest præter beatissimā Trinitatē, q̄ in ea in perpetuū permanere, & inde nunq̄ vult recedere. Et ob hoc anima, velit nolit, perenniter viuet, & vel æterna gaudia, vel sempiterna tormēta percipiet. O q̄ ingens est animæ solatiū, habere intra se tam preciosissimū thesaurū & tam fidelissimū amicū, quē ei nemo auferre possit. Quis enim in hac vita adeo fidelē assecutus est amicū, a quo nō debeat saltem interdū separari, siue quē non quandoq; tædio afficiat vel offendatur? Ipse vero Deus nullo vnq̄ tempore animam vult deserere, si tamen ipsa velit. Quantū enim anima seipsam introuertit, & Dei præsentiam obseruat, tantum etiam gratia ipsius repletur, facitque in ea Deus thronum suum, sedile atque instrumentū. Et per sanctissima Christi merita facit eam vnū cum Christo Iesu fruentem, agentem & patientē. Fruentem, quia videlicet mens in Deum est suspensa in quadam tranquilla atq; pacifica vnione, et tunc mens in Deo clarificatur in diuina libertate, atq; animam Deus vndiq; lumine suo circūdat & illustrat, omnes in ea virtutes operans, vires que ei subministrans, quo corpus suum subdere spiritui possit. Vnde fit, vt anima omnem sui contemptum atque pressuram intus quidem hilariter, & exterius patienter ferat, quo melius potest. Et sic totus homo in recto Dei itinere est constitutus, nec vlla deinceps eum pusillanimitas opprimere poterit, eo quod supra firmam petram Christū innititur, habens impressam sibi crucifixā imaginē eiusdem dñi nostri Iesu Christi, qui est clarū illud speculū sine macula. ¶ Q̄ ergo

ergo in hanc viam Dei homo directus est, tūc ni mirum in præcipua felicitate sua est constitutus. Si vero vel tenuiter vllum aliquod membrum suum extra hanc viam ab imagine Christi protenderit, ibi statim maculatur. Sunt autem homi nis mẽbra, de quibus hic loquor, ipsa anima cū omnibus viribus atq; affectionibus suis, & cor pus cū quinq; sensibus suis. Quę oĩa, nisi in Deo permaneant, nobilitatẽ suam amittunt, & illuminatione atq; cooperatione spiritus sancti spoliantur, & vitijs atq; peccatis fœdantur. Memoria nanque fit instabilis, intellectus obfuscatur, volũtas in amore fit segnior, vis concupiscibilis impura redditur, rationalis fit expers simplicitatis, irascibilis turbulenta & impacata efficitur, cor inquietatur, cõscientia grauatur, qnq; sensus dissoluuntur, & corpus indisciplinatũ & immodestum efficitur. Et sic cunctis virtutibus homo spoliatur, ita vt vix persuaderi sibi possit, habitare intra se Deum. Putat autem, quod eum extra se eiecerit, quod tamen nullatenus vel ad momentum fieri potest. Quod autem in quibusdam scripturæ locis Deus ab anima peccatis consentiente recedere dicitur, hoc non secũdum literam, sed secundum spiritum literam viuificantem intelligendum est. Est enim Deus in fundo animæ, & propter hoc ipsa in perpetuum viuet. Si vero vel ad momentũ Deus ab anima recederet, confestim eam in nihilũ redigi oporteret, nec posset vitã ministrare corpori suo, nec pro peccatis agere pœnitentiam. Attamen quoties in mortale peccatum labitur, spiritaliter moritur. Primo ab omnibus bonis, quæ toto vitæ suæ spacio peregit. Secundo ab oĩbus illis,

quæ vnigenitus Dei filius pro nobis in terra fecit et pertulit. Tertio ab omni charitate atq; gratia Dei. Per peccatum nanq; mortale diuinę inactioni obstaculum ponit, prohibetq; eum, ne pro voto suo atq; desiderio gratiã ei spiritus sancti infundere possit. Attamen illis non obstantibus, pius dominus nunq̃ cessat admonere hominẽ, quãdiu spirare potest, quantũuis magnus peccator existat. Sẽper enim arguit conscientiam Deus per illuminationẽ suam, videlicet per illã nobilem scintillam, quæ synderesis appellatur, quæ est vis quędã diuina, gaudiũ semper atq; pacem & amorẽ boni largiens homini, & displicentiã atq; remorsum de peccato. Iacet aũt hæc præclara scintilla in anima abscõdita, cineribus peccatorũ immersa & obuoluta, ita vt diuinus ignis nequaq̃ in anima lucere possit. De qua dñs ait: Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt accendatur? Iste ignis est diuina charitas, per quam sese Deus vniuit in anima, qñ eam creauit, & cũ baptizata fuit, tunc ardebat atq; lucebat in ea lux diuina. Quãdo vero peccatis se fœdauit, flamma diuinæ charitatis in ea refriguit & obfuscata fuit. Sed quia voluntas Dei est, vt ardere & lucere in ea debeat ignis iste, ideo semper arguit & admonet eam, tanquam iudex de sua inordinata dissolutione, & de tepida atque negligenti conuersatione sua, ita vt tandẽ compuncta cum Dei adiutorio studiose vitijs suis reluctetur, totamque se conuertat ad exequendum in omnibus beneplacitum Dei sui, & ad obseruandũ sollicite per cõtinua exercitia fundum suum. ¶Sed tamẽ ex infirmitate & praua cõsuetudine adhuc sæpius cadit, vñ mox cõsternatur, ita in-

ita intra se cogitans: Nequaquam istiusmodi vi uendi modus mihi deseruire poterit. Melius est, vt hinc citius me auertam. Ecce enim modo, dū sic viuere instituo, peior sum q̄ vnquam ante hac fuerim. Et hoc inde euenit, quia prius peccata sua parui faciebat. Et quia ex ista tam interiori quam etiam exteriori pugna sæpius vulneratur, modo per impatientiam, modo per pusillanimitatem, inde iam statim timere incipit expulisse se peccatis suis extra se Deum suum, vnde consequenter varij in ea timores & tremores oriuntur, & iam pene nescire incipit, quo se vertere debeat, aut quonam pacto ad Deum peruenire possit. Horum autem omniū causa est, tum infidelitas, qua non credit intra se Deum existere, tum etiam negligentia diuinum implorandi auxilium, Deumq; inuocandi, qui se ad hoc nobiscum vniuit, quia nos omni tempore libentissime velit adiuuare. ¶ Quapropter si vel septuagies septies in die nos cadere contingat, omnino totum paratus est remittere, si cū amore atque contritione ad ipsum fuerimus conuersi. Mites enim, Psalmista testante, docebit vias suas. Amorosa nanque talis ad Deum conuersio omnem peccati amaritudinem & omnem animi tristitiam depellit, & eleuat atque confortat animam gaudio quodam in omni virtuosa actione. Beatissima Maria Magdalena quia multū dilexit, multa quoque peccata dimissa sunt ei. Fides tua, aiebat illi dominus, saluam te fecit, vade in pace. Beati (inquit iterum alio loco idem dominus) qui me non viderunt & crediderunt. Et Marthæ ait: Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiāsi mortuus fuerit, viuet. Et ois, q vi

uit et credit in me, non morietᵉ in æternū. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; dñe. Dixerat ei dñs: Qui credit in me, etiāsi mortuus fuerit, viuet, id est, etiāsi spiritaliter in peccatis mortuus fuerit, credat me esse intra se, & conuertat se totaliter ad me, et intus me alloquatur & dicat: ¶ Credo in Deū. O amabilissime dñe Deus meus, ne quæso sis memor iniqtatis meę. Ecce enim infirmus sum dñe, et q̄ peccaui, infirmitas mea est. Quapropter oro te dñe, ignosce mihi, & in amore ac gratia tua cōforta me, ab oīni iniqtate custodi me, & quicqd mediū aliq̄d inter te & me facere posset, lōge fac a me dñe Deus meus, quatenus pacē atq; gaudiū in me habere possis. His aut similibus verbis alloquatur dominū, & nequaquā reuoluat peccata sua & mala, in qbus quādoq; fuit. Nam quanto sæpius immunditiæ quælibet euertūtur, tanto magis fœtent. Et ideo statim introrsum fugere debemus ad ipsum fontem misericordię, dominum Deum nostrum, & ipsum supplicite orare, quatenus animam nostram vitiis destructam atque deformatam mundare, eiusque sanare vulnera dignetur, nobisque misericorditer indulgeat per preciosum thesaurum amarissimæ passionis suæ, quicquid mali admisimus, nosque idoneos faciat, quibus munera gratiæ suæ largiatur. ¶ Si vero quandoque videtur nobis, quod in orationibus nostris non statim a domino exaudimur, hoc ipsum nos turbare non debet. Ipse enim interdum fingit se longius ire, vt amplius inuitetur, imo & cogatur, quemadmodum eum feciſſe cōstat duobus illis discipulis in Emaus euntibus. Vel etiam dormire se simulat, quatenus rogetur & inuocetur,

tur, sicut in sancti Petri nauicula fecit clamantis ad ipsum: Dñe adiua nos, pimus. Talia quã doq; permittit dñs, & se quasi abscondit, quatenus in vera fide & abnegatioae amplius probati, & in amore fortiores ac puriores efficiamur. Attamen & ob hoc quandoq; pro voto non exaudimur aut consolamur, quia neque nos ipsum audire voluimus, & quia aliena solatiuncula admisimus, vel etiam quia eius in nos inactionem impediuimus, aut minus diligẽter fundũ nostrũ obseruauimus, aut qa corde distracti, sensibus indisciplinati, vel in moribus nostris inordinati & importuni nimium fuimus vel etiam sumus, aut quia negligentes in his, ad quæ tenebamur, extitimus, & de his omnibus necdum veram notitiam & dolorem habemus. Est ergo summe necessarium, vt diligenter fundũ nostrũ perspiciamus ac discutiamus, & seuere iudicemus nosipsos, Deum feruenter oremus, vt fundum nostrum illuminare, & nobis defectuum nostrorum veram cognitionem & dolorem donare dignetur, nosque adiuuare, vt eos plene confiteri atque emendare possimus, vt sic in charitate & gratia ipsius viuere ac mori valeamus, qui est summũ bonũ, consolatio, refugiũ atq; redẽptio nostra.

Qualiter in imagine Christi nos continue velut in speculo contemplari debeamus. Cap. XXXVIII.

PRoinde quisquis optat perfectã atq; internam vitã assequi, illi iugiter conseruanda est in anima vnio cum Deo, & inibi in vultere cordis ob oculos animæ cõtinue versare debet speculũ sanctissimæ humanitatis suę. Nõ ẽm

potest

potest in anima lucere Deus, neq; operari in ea, neque agere vel mouere eam, neque gaudium et libertatem vllam habere in ea, nisi per speculū humanitatis suæ, per quam ipse nobis promeruit, quod in nobis vnio diuina perfici possit, qui in omnibus erat obscurata hominibus, ita vt nullatenus agnoscere possent, quam proprie & quam nobiliter habitet in qualibet anima Deus. Nam quamuis Deus animam adeo nobilem condiderat, & beatissima Trinitas suum ei sigillum impresserat, lumenque vultus sui ei infuderat, & spiritum vitæ in ea vniuerat ad perpetuo in ea permanendum, ista tamen nequaquam intra se homines deprehendere, neque agnoscere poterant. Quam ob causam Deus homo fieri dignatus est, vt per merita suæ sanctissimæ humanitatis nos emundaret, & omnes animæ vires reformaret, atque hominem in Deum reduceret per speculum sanctissimæ humanitatis suæ. Constat autem quia nemo in speculo seipsum rite cõtemplari potest, nisi ipsum speculum sit pice linitū: ita plane nec anima seipsam debite in speculo beatissimæ Trinitatis intueri & agnoscere potest, nisi adiuncta pice sanctissimæ humanitatis suæ, in qua omnium lucidissime beata Trinitas relucet. ¶ Sed quia iam sæpe speculi mentionem fecimus, libet hic eius conditiones aliqt breuiter recensere. Sunt autem quatuor conditiones speculi, quas habere debet, vt sit vere speculum. Prima est, quod speculum est vitrum purum figuræ sphęricæ siue rotundæ, in quo neque fundus aliquis, neque finis vllus videri potest. Secunda est, quod sub ipso vitro nigra pix apposita est. Tertia est, quod afferi quadrato & angu-

lari

ari est impositum & affixum. Quarta est, quod ad parietem domus siue cubiculi suspenditur, & ita suspensum iam idoneum est homini se in ipso contemplanti indicare maculas acimpedimenta, non faciei tantum, sed etiam totius corporis, & quicquid in eo deforme est, quod vel mundo vel eius amatoribus displicere posset. Qui tamen quanto magis hominibus placet, tã to amplius Deo displicet: & quo studiosius exornat corpus suum, eo deformiorem reddit animã suam. Abextra quidem in speculo se contemplatur & mundat, animæ vero suæ atque conscientiæ speculum abstergere & purgare negligit & recusat. Ideoque interius tenebrosus, & sibĩpsi manet incognitus. Et sane valde dolendum est, quod princeps tenebrarum diabolus adeo speciosas creaturas possidet, & secũ captiuas & vinculis peccatorum irretitas & circumligatas abducit. ¶Sed quæ de speculo & mundi amatore iam dicta sunt, nos ad instar apis mel atq; spiritalem refectionem inde colligere volentes, vnde miserrimi huius mundi amatores peccati venena colligunt, iam spiritaliter explicabimus. Primo itaque iuxta spiritalem sensum per vitrũ intelligitur pura, incomprehensibilis, infinita & abyssalis diuinitas, quæ seipsam intuetur, seipsam cognoscit & diligit, & seipsa fruitur in speculo suæ supersanctissimæ Trinitatis in essentię simplicitate. Secundo per nigram picem eius p̃clara ac humillima signatur humanitas, quę per diuersas contumelias & confusiones, quas ex amore humiliter sustinuit, nigra & abiecta humanis oculis exterius videbatur. Quæ nihilo minus instar picis ardore diuini amoris est liquefacta,

& mollifi-

& mollificata, eiq; lucidissimū illud speculū sanctissimæ Trinitatis impressum est atque vnitū. Tertio per asserem quadratū sanctā crux intelligitur, cui patiēt: ssima ac mitissima pix ista, humanitas videlicet Christi, et speculū beatissimę Trinitatis, affixa fuit, & in eadē eleuata & alte suspensa, quatenus omnes in ea homines sese velut in speculo cōtemplarentur, & omnes a se vitiorum maculas abstergerent, vt sic omnipotenti Deo placere mereantur. ¶Per istud nanq; speculum totus est mundus illuminatus, & caligino sa nox ignorantiæ versa est in claram diem scientiæ. Per istud speculum cæci visum, & ægroti sanitatem recipiunt. Nec enim vllo pacto speculum istud vnquam obfuscari potuit. Quinpotius in maxima sui confusione lumē istud & clarissimū speculū nequaq; lucere desijt. Et quādo ipsum ab incredulis inhonorabatur, omnes creaturæ contristatæ & ad compassionem motæ fuerunt. Per istud speculum illuminabantur omēs, qui in tenebris et in vmbra mortis sedebant. Istud speculum apparuit, & seipsum in humanitate sua manifestauit & ostendit dulcissimæ virgini Mariæ matri suæ, & omnibus charis amicis suis, & eos consolatione simul atque gaudio repleuit. Per hoc speculum humana natura reformata est & subleuata, fides illuminata atque instructa, spes per gratiam ipsius roborata, & charitas in eius dilectione vnita & accensa. Istud (inquam) speculum eleuatum est atque reclusum in camera sanctissimæ Trinitatis, in quo seipsum iugiter sine intermissione contemplatur summum atque præcipuum bonum, & in seipso per amoris complacentiam iucunda-

cundatur, atque in omnibus creaturis laudat seipsum de omnibus illis, quæ per humanam naturam a se assumptam est operatum. In his exultant omnes sancti & angeli, et omnes beati spiritus in perenni laude & gratiarū actiōe, & ibi se ipsos offerunt in diuinum illud speculum, quod iugiter contemplantur, & se in Deo & Deum in seipsis cognoscunt, qua felici contemplatione pascuntur & satiantur, perpetuam nihilominus esuriem ob ardentissimum & insatiabilem amorem habentes. Extra istud diuinum speculum nec ad momentum diuertunt. In ipso namque cognoscunt et vident, quicquid ex Deo emanauit, & omnia quæ per diuinam pariter ac humanam naturam suam beatissima Trinitas est operata, et quicquid actu operatur & deinceps operatura est per omnes creaturas, in omnibus amorosis spiritibus, et in omnibus mundis, feruidis atque deuotis corāibus. Istud est felicissimum contemplationis obiectum omnium beatorum, tam hominum, quam angelorū, et beatorum spirituum, quod ipsi insatiabili desiderio in diuino speculo contemplantur, vbi Deum in diuina pariter et humana natura vident et cognoscunt, non iam per speculum in ęnigmate, sed facie ad faciem, hoc est, fruendo contemplantur atque diligunt Deum in intima sui spiritus essentia in facie animæ. Vnde Deū totaliter in sua habent potestate, et hoc ipsum contemplā tur, atq; fruuntur ipso singuli in seipsis.

Qualiter aīa huic speculo iugiter debeat intēdere, et in medio diuinitatis atq; nobilissimę humanitatis habitare. Ca. XXXIX.

Istud

ISTud igitur ſpeculum continue ab oculos ver ſare debemus, nec vllo vnquam tempore il- lud non circumferre. Quando enim nos extro uertimus, ad præclaram ac venerabilem eius hu manitatem conuertimur, quæ & quanta pro no bis ſuſtinuit, attendentes. Et ſic immobiliter fixi ſtamus inter diuinitatem & humanitatem, & in eis noſipſos contemplamur, ac ſi inter duo eſſe- mus ſpecula cõſtituti, in quibus defectus & ma culas noſtras intueremur. Et quidem in diuinita- te contemplamur, quam pure, ſimplex, immobi lis, amoroſa ac diuina extet eſſentia illa, ex qua nos emanauimus, & qualiter eadem ipſa diuina eſſentia ſe nobiſcum vniuit, & intra nos per di- uinitatem exiſtit. Debemus ergo nos dulciter in eam inclinare, & in ea permanere, nec vnquam inde egredi, idque per merita ſanctiſſimæ huma nitatis ſuę. In humanitate vero quaſi in ſpeculo contemplari nos debemus & aſpicere, qualiter ipſe vixit, & quali nos ipſe via præceſſit. ¶ Pro inde ſicut in diuinitatẽ ſupra & extra noſipſos per amorem proficimus, & inibi in nuda ac eſ- ſentiali ſpiritus paupertate conſiſtimus, non ali ter quam ſi in dulci ac amoroſa illa diuinitatis eſſentia noſipſos perdidiſſemus, parati ſemper ex iſtentes ad perficiendum ſiue tolerandum, quic quid nos agere ſiue dimittere vel etiam pati De us voluerit, ita nimirum abextra in eius declina re ſanctiſſimam humanitatem debemus, quate- nus eo modo componamus animam & corpus noſtrum, quo ipſe compoſuit ſuum, videlicet in apparatu, in moribus, in eundo, in ſtando, in lo- quendo, in tacendo, in iacendo, in ſedendo, in dor miendo, in vigilando, in agendo ſiue dimitten- do,

do, in comedendo & in bibendo, & sic iugiter ob oculos habere studeamus imaginem Christi, quatenus secundum illā nos dirigere valeamus. Istud autem si in nobis perfici debet, Deū ipsum hoc in nobis operari oportet. Porro ad hoc, vt Deus in nobis operari dignetur, & ab ipso ex hac sensuali ac bestiali vita in vitam spiritalem, & e vita spiritali in vitam deiformem transferri mereamur, ad hoc (inquam) ars quædam necessaria est, quæ est annihilatio sui ipsius.

Qualiter omnis nostra exercitatio debeat esse circa abnegationem, tolerantiam & nihilum. Cap. XL.

VT igitur absque impedimento in nobis opus suum Deus operari possit, nosq; iugiter parati simus agi primo ab ipso et post modum agere & operari pro nobis, vtque semper habere possimus nudum, liberum & resignatum fundum, omnis nostra exercitatio in abnegatione, tolerantia & nihilo cōsistere debet. Primo igitur cum aduertimus Deum in nobis operari velle, aut quando homines aliquid a nobis, q̄d non sit illicitum, petunt vel exigūt, ibi continuo nosipsos abnegare debemus, parati implere, quicquid siue Deus siue homines a nobis requirant. ¶Secundo in tolerantia siue patientia exerceri debemus, & primo quidem vt hilariter atq; libenter sufferamus, quicquid nos Deus pati voluerit, idq; ob suam amarissimā passiōem. Hoc nanq; Deus vult nos æquanimiter ad extremū vsq; sustinere. Secundo aūt pœnam illā, quā peccatis nostris meruimus, nobis misericorditer

relaxari per ſuã acerbiſſimã paſſionẽ poſtulabi mus, per quã copioſiſſime oñe debitũ noſtrum ipſe perſoluit,& ſatisfecit pro oñibus, q̃ id deſi derant,& cũ fiducia bonoque propoſito ſeſe ad ipſum cõuertunt. Nos eñ omnibus paſſionibus noſtris neq; minimã purgatorñ pœnã exoluere vel expiare poſſemus,neq; minimũ æternę vitę gaudiũ promereri,niſi per merita paſſiõis Chriſti nobilitentur. Quod inde ſatis liquet, quod an te mortẽ Chriſti nemo quantũlibet perfecte vitæ ęternã potuit vitã adipiſci.Prima igitur crux illa,quã nos vſq; ad extremũ ſuſtinere vult dominus,iſta eſt.Quãdo ipſum ſequi & libenter aliquid boni agere vellemus,hoc nobis ille antiquus diabolus(qui ab initio mũdi ſemper omne bonũ impedire conatus eſt)inuidet, diuerſoſq; dolos ac technas meditaẽ, & varios atq; ſubtiles laqueos tendit, quibus nobis taliter affectis multa grauamina & diuerſas afflictiones ingerit,quatenus nos a bono propoſito reſilire faciat, ne in illo perſeueremus.Sed ob hoc nequaq; ceſſare debemus, quantumuis magis grauamina aut afflictiones inde ſuper nos venire ſentiamus,ſed ſemper in dño ſicut mons Sion conſidere diſcamus. ¶ Tertio ſemper in quadã nihileitate ſtare debemus,ſicut aliqs, qui nihil habet, nihil poteſt,nihil ſcit,nihil prȩualet.In iſto ſiquidem nihilo tota ſalus noſtra conſiſtit.Si igitur in illud nihilũ denuo redire velimus, in q̃ eramus, quãdo necdũ creati fuimus,liberũ arbitrium noſtrum(q̃d nobis adeo liberũ Deus cõceſſit,vt nemo illud cogere poſſit, & Deus illud cogere nolit)rurſum in Deũ proȷcere debemus, vt tã libere pro arbitrio ſuo nobis vti poſſit, quõ tũc vti

potera:,

poterat, quando adhuc in ipso increati eramus. Tũc sane nihil potuimus, nihil p̃ualuimus, nihil desiderauimus, nullo indigebamus. Si ergo voluntatẽ nostram iterũ in Dei voluntatem proiicimus, nihil profecto possumus, nihil p̃ualemus, nulloque indigemus. Nostræ enim voluntatis obliti, eandem in Dei voluntatẽ transfundimus.

¶ In hoc nihilo, vt iam dictum est, omnis nostra salus consistit, & ex ipso omnes virtutes oriuntur, vtpote vera humilitas. Quæ enim maior esse potest humilitas, quam nihil esse? Quod ẽm nihil est, extollere se non potest. Vera resignatio. Qui enim nihil habet, omnia dereliquit. Vera essentialis paupertas. Quid enim nihilo est pauperius? Sic nimirum ex hoc nihilo omnes virtutes oriuntur. Cum ergo pro aliqua virtute assequenda laboro, bene quidem ago, sed essentialiter illam virtutem obtinere non possum, nisi me in istud nihilum proiiciam, & ibi habitem supra omnem illius virtutis indigentiam, & naturaliter ipsa virtus efficiar. ¶ Porro, si ad istud nobile nihilum pertingere, & nihil fieri velim, necesse est, vt nihilum, id est, anima mea, cum nihilo, id est, cum Deo nihil fiat. Nam & ipse Deus nihil est omnium eorum, quæ de ipso verbis eloqui possumus. Sic ergo in eius amore proficere debemus, vt cuncta nobis creata nihil fiant, & sic eius diuinitate repleri, vt inde nec minimum bonum proferre possimus, quatenus sic in nobis Deus totaliter fiat innominabilis, vt omnino nihil, imo plusquam nihil esse sentiamus, quicquid nobis de ipso dici potest. Et omnem interiorem actionem postponentes, in diuinæ nos essentiæ punctũ proiiciamus,

ita vt nunquam inde reuertamur. Ibi tunc essentia ab essentia cõprehenditur. Ibi nihilum, id est, Deus a nihilo, id est, ab anima inuenitur. Ibi nihilum, id est, anima, a nihilo, id est, a Deo inuoluitur. Ibi demũ nihilum a nihilo absorbetur. Hic habitabo, quoniã hæc requies mea in seculum seculi, & sub vmbra illius sedebo. Et ego quidẽ ingrediar, Deus autem egredietur. Ego tacebo, et Deus loquetur. Ego quiescam, et Deum operari sinam. In hac paupertate, & in hoc nihilo, q̃d vi delicet nihil sumus, si nosipsos recte iudicamus, veræ Dei diuitiæ cõsistunt. Nõ fecit Deus taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestauit eis. Pascam igitur oues meas in iudicio & in iustitia. Ex hoc nanq; iudicio, quo nosipsos pro nihilo reputamus, & abintra ad iudicium Dei conuertimur, in eius iudicium nequaquam incidimus, sed in ipsam iustitiam transformamur, & ex vnitate diuinæ essentiæ pascimur, quæ prorsus est innominabilis præ effluenti bonitate, cuius fundum nemo attingere potest. Et ideo non fecit taliter omni nationi. Multæ siquidem nationes transierunt, quæ seipsas in veritate non iudicarunt, et coram diuino iudicio non ambulauerunt, nec seipsas in nobilem illum fundum introuerterunt, vbi seipsas exire & abnegare, & in diuina vnitate in nihilum redire, & soli duntaxat veritati viuere debuissent.

De decem punctis, quæ his, qui amplius proficere & Deo placere desiderat, assequi conari debet, quibus & nihilum illud fusius explicatur.

Cap. XLI.

Primo,

PRimo, quicunque veraciter proficere voluerit, ad hoc conetur & omni diligẽtia id obtinere satagat, vt seipsum, quãtum potest, omnium hominum vilissimum reputet, cunctisque beneficijs Dei indignum, vtq; sibijpsi displiceat, & soli Deo placere appetat, & a cunctis hominibus, quantumuis se humiliet, non humilis, sed vilis reputari desideret. Inde tunc bonitatem Dei agnoscet, qd videlicet hominem tam vilem (qui adeo pronus est ad omne malum, & tardus ad omne bonum) tam pie tanque benigne suscipit. Nec iam pro magno ducet, quod ipse Deo seruit, sed hoc vẽl pro maximo reputabit, quod Deus ipsum in seruũ suum assumere dignatur.

¶ Secundo, propter nullam rem, nisi duntaxat propter peccata sua contristari debet, & propter ea quæ ipsum ad peccata pertrahere, & a bono retrahere nituntur. In tribulationibus suis, & in iniurijs ac vexationibus, quæ ei inferuntur, gaudebit, eosq; qui talia inferunt, ex corde diligere, & pro eis specialiter orare, & Deo pro aduersitatibus huiuscemodi immensas referre gratiarum actiones, & se imperfectum & talibus ac tantis Dei beneficijs indignum confiteri debet. Quem enim diligit dominus, hunc arguit & castigat, & tribulationes & aduersa quælibet citius nos ad Deum ire compellunt. ¶ Tertio, propter Christum omnem amare paupertatem debet, & de rebus temporalibus nihil præter strictam necessitatem vsurpare, nec alias quouis modo desiderare. Sed Christo Iesu capiti nostro se conformare studebit in paupertate et omis corporalis solatij cõtemptu. Quanto ergo ditior est & abundantior in solatio corporali, tanto intimius

mius & cordialius dolere debet, cõsiderans se tã to amplius a Dei adhuc similitudine distare. ¶ Quarto, in bonis operibus, quæ non sunt con tra Deum, potius alterius q̃ suam facere volun tatem debet, maxime in externis operibus. Sem per em̃ summo studio propriam abnegare, & al terius voluntatẽ in omnibus licitis rebus pfice re conabitur, & hoc qdem omnibus hominibus exhibebit, singulariter tamen & maxime superi orum suorum voluntati obtemperabit cum in timo cordis affectu et promptissima voluntate, quicqd ipsi voluerint, exequendi. ¶ Quinto, nul lum hominem, quantumuis miserꝫ & infelicem, contemnet, sed ad omnes dulci quodam affectu tangetur, & interius ad omnes cõpassionem ha bebit, sicut pia mater vnico filio suo compatit, cuius omnem dolorem & tribulationem suã esse reputat. Omnium hominum miseriam, suam es se credet, & vnicuiq; pro posse subuenire stude bit. Pauperibus honorẽ, subsidiũ & reuerentiam exhibebit tanquã patronis ac patribus. Ipsi em̃ sunt, q̃ recipiẽt nos in æterna tabernacula. ¶ Se xto, de occultis peccatis neminem iudicabit, eo quod ignorat, qd gratia Dei intus in anima ope retur. Si quem vero ex certis indicijs peccatorẽ esse scit & agnoscit, de illius peccatis plus con tristari ac dolere debet, q̃ de morte proprij corpo ris sui, cogitabitq; animam illius, quæ per pec catum letaliter vulnerata est, oĩbus totius mun di corporibus esse meliorem. Si ergo corpus me um a mortis periculo sollicite custodire habeo, quanto magis conari debeo pro posse meo a pec catis abstrahere proximum meum, deuotis ora tionibus, pijs exhortationibus & bonis exem

plis,

plis. ¶Septimo, virtutes alterius non minus q̄ suas amabit, & sicut mater de filij sui virtutibus lætat, ita et ipse de oīm hominū, maxime eorum, qui spirituales sunt, virtutibus ac profectu gaudere debet, & ita sollicitus erit pro accumulandis proximi sui virtutibus, sicut pro suis. Et bona quælibet siue virtutes, quas ipsum obtinuisse & assecutum esse deprehendit, in corde suo sublimiter extollet, & semper de ipso plures ac maiores virtutes præsumet, quam in ipso notare possit. De temporalibus quoque bonis ipsius intime gaudebit. ¶Octauo, nullum amare debet, nisi Deum vel propter Deum, ita vt in omnibus pure Deum absque fucio diligat, & quemlibet proximum suum in Deo, ita vt neque sanctitas, neque munera quælibet ipsius se ad ipsum trahant, sed omnes homines communi charitate diligere, & omnes homines ad Deum ducere ac trahere conabitur. Nihilo minus pro benefactoribus suis specialiter orare potest, & præsertim pro parentibus suis. ¶Nono, in cunctis, quæ agit, operibus suis, in corde suo Deum iugiter habere debet, nec quicquam aliud quam Dei honorem intendere siue quærere, & semper diligentissime conabitur Deum præsentem cognoscere, ac si eum in essentia sua præsentialiter intueretur: eumque reuerebitur & ei honorem exhibebit, vt sic ardentissimo amore in ipso accendi mereatur: & hic taliter Deo frui studebit, vt in nullo alio præterquam in solo Deo requiescat. ¶Decimo, semper gratias agere debet atque laudare & benedicere Deum de omnibus sibi ab ipso collatis bñficijs et specialiter de his

nibus. Primo, quod se ad imaginem & similitudinem suam fecit. Secundo quod naturam ipsius assumere, & pro eo mori dignatus est. Tertio, quod in venerabili sacramento se illi in cibum præbet atque potum, & post hanc vitam in præmium sempiternum. Diligētissime igitur conari debet in hoc seculo constitutus, ipsum in cruce contemplari, & eius in corde suo amarissimam passionem iugiter circūferre, ipsiq; tam affectuose cōpati, quasi omnia illius vulnera in suo corpore sustinuisset, & cordialiter inde cōtristari atq; dolere debet, q; ineffabiles illi cruciatus, q̄ ad multos, sine fructu erunt. Diligenter quoq; cōsiderabit, qualiter seipsum in altari dedit in cibū ac potum habentem in se omnis saporis suauitatem pro vniuscuiusq; desiderio, & cum amorosissimo desiderio in ipso delectando clamet ac dicat: ¶O dñe Iesu Christe, qui es panis vitæ, dignare me ita satiare in te, vt nihil præter te solum esuriam, dignare me ita inebriare preciosissimo sanguine tuo, vt nihil sitiam præter te solū dominū meum. Custodi domine cogitatiōes meas, ne eas caligo terræ operiat, neve a te sole iustitiæ separentur. ¶Denique glorioſissime Dei genitrici omnem, quam potest, exhibebit reuerentiā, dicēdo: O bone Iesu, digneris quæso mihi peccatori tantā gratiam conferre, quatenus benedictā matrē tuam tā digne tamq; reuerēter honorare valeā, sicut me facere æquū est & tibi placi tū. Et tu o benignissima virgo Maria, dignare mihi impetrare hoc a bñdicto filio tuo, vt me taliter ac fidelissime valeā eius seruitio mācipare, vtq; vobis iugiter sim obediēs ac subiectus simul cū oībus mūdis ac deuotis cordibus, & p

tuam

tuam benignitatē perpetuo vobis assistere merear, Amen. In his igitur prædictis decem punctis exerceri cures, o anima, si quid in hac vita de gloria vitæ perpetuæ prælibare velis.

Adhuc de abnegatione, patientia & amore. Cap. XLII.

QVisquis in Deo veraciter esse sapiens voluerit, ille prius in seipso stultus omnino fiat. Si enim animā tuam saluam facere volueris, o homo, prius illam totaliter perdere debes. Qui enim perdit animam suam propter Deum in hoc mundo, in vitam æternā custodit eam. Disce igitur teipsum abnegare, discere pati & amare, & sic poteris æternaliter Deū tuum impetrare. ¶ Primum punctum, quod dixi, est tui abnegatio. Age igitur disce abnegare teipsum, non tantum in exterioribus, carnalibus ac sensualibus, sed etiam in interioribus ac spiritalibus rebus, in qbus anima vel spūs inordinate reqescit siue consolationē quærit, videlicet in exercitijs spiritalibus, quæ sibi plerique attrahunt & assumunt, vt sunt ieiunia, vigiliæ, orationes, meditationes, contemplationes, consolationes, suauitates ac sapores, & magnarum cognitio rerum, esuries & sitis præmij ac æternæ vitæ, desiderium etiā ipsius venerabilis sacramenti ex propria voluntate siue propria quæsitione. In omnibus his & multis alijs, quæ vix enumerari possent, & in omnibus spiritualibus rebus quilibet suę delectationi ac solatio, quæ in huiusmodi quæsiuit, & omni inordinato affectui, quo illis inhæsit, mori funditus debet & abnegare in

talibus semetipsum, ita vt omnis propria quæsi tio penitus annihiletur, in tantum, vt videatur sibi nullū se viliorem, ineptiorē, defectuosiorem, tepidiorem, pigriorem & negligentiorem in toto mundo hominē supereſſe. Et ita in seipso annihilatur. Hic nanq; voluntas propria, amor priuatus, propria sapientia, proprius conceptus & propria complacentia totaliter perduntur. Et quanto istud nihilum profundius est, tanto quoque verius est & securius. Abyssalis nanq; nihilitas seipsam totam recipit in quandam abyssum, et in hac abysso (id est, in Deo) seipsam perdit atq; in Deo consumitur, & Deus seipsum in huiusmodi hominem demittit in eius viua interiora, quem anima in se circumplectitur, & ab ipso viciſſim in se absorbetur. Et tunc homo talis in Deum totaliter transformatur, ac si alius homo factus esset, sicut & reuera alius effectus est. Viuit enim in ipso spiritus sanctus supereſſentialiter, sicut in sanctis apostolis. ¶Secundū punctum est pati, id est, vt homo virtuosus existat, & cum tranquillo corde sufferre ac tolerare conetur, quanto melius potest, quæcunq; illi euenerint, siue grata, siue odiosa, siue pro se, siue contraria sibi, fortunia siue infortunia, prospera vel aduersa, lucrum siue detrimentum exterius vel interius, qualitercunque vel a quocunq; ei vel alteri quælibet talia eueniant, quamuis forte sibi minus bona esse videantur, imo etiam si vel pessima sibi fore videantur & virtuti contraria, putetq; secundum captum atque æstimationem suam, omnino sibi impedimento & noxia fore (in quātum non per hoc peccato vel iniquitati cōsentit) seipsum mansuete simpliciterq;

in Deo

in Deo resignet, dicens: ¶ En dulcissime domine Deus meus, nihil possum nec prævaleo quicq̃, & ignoro penitus, quare ista fieri permittas, quæ mihi quidem minus fore bona videntur, sed qualiter ea tu æstimes, me latet. Confido autem diuinæ bonitati tuæ, quod nihil horum sine causa fieri permittas. Quare enim eueniant, tu nosti. Et ob hoc nihil vtilius neq; melius fore arbitror, quam vt me simpliciter resignem in potissimum beneplacitum tuum, & ista æquanimiter feram. Si ergo taliter propriam prudẽtiam & iudicium proprium ex vera humilitate, & puro in Deum amore abiicere & exuere poterit, omnia illi (prout beatissimus ait Apostolus) in bonum cooperabuntur. Et in veritate dico, quia nullum inde poterit sustinere vel incurrere detrimentum. Licet enim sibi videatur iuxta suam æstimationem, damnum inde vel impedimentum aliquod incurrere vel sustinere in rebus creatis, quas apud semetipsum assumpsit, quãtumlibet etiam bonę videantur vel realiter existant, centuplo amplius in Deo & in vera ac perfecta sanctitate proficiet per humilẽ illam sui abnegationem atq; patientiam. ¶ Tertiũ punctũ est amor. Hic amor nunq̃ tam sublimiter ac nobiliter exercetur, sicut in duobus illis supra dictis, in abnegando videlicet & patiendo. Quamuis em̃ ad tantum quis amoris fastigium peruenire possit, vt Deum per volũtatis vnionẽ amplexetur, ipse nihilo minus Deus cũ omnipotentia sua declinat ac demittit sese in huiusmodi abyssaliter resignatos & patiẽtes homines, & ibi ab anima amorosa amplexatur, et ipsa vicissim a Deo, a q̃ & totaliter absorbetur. Et hoc modo seipsam totam

totam perdit in Deo, & per gratiam in Deum transformatur, retinens nihilo minus semper esse suum creaturale, & sic in suum principium atque originem, vnde profluxit, reuertitur. Discere igitur, o homo, abnegare teipsum, discere pati & amare, & sic Deum tuum æternaliter obtinere.

Qualiter in spiritu, in anima & in corpore annihilari debeamus, & induere dominum nostrũ Iesum Christũ. Cap. XLIII.

PRoinde, si denuo in nihilum redigi, & ipso nihilo immobiliores effici velimus, liberã voluntatem nostram in illud immobile bonũ, quod est Deus ipse, iactare debemus, & vti solius Dei voluntate. Et desiderium nostrum in Dei desiderium transfundere, vt nihil aliud desideremus, q̃ quod desiderat Deus, & intentionem nostram in intentionem Dei, vt in nullo quæramus nosipsos. ¶Primo itaq; voluntatem nostram in Dei beneplacitum iactare debemus. Quæ est autem voluntas Dei? Profecto, vt sanctus ait Apostolus, sanctificatio nostra. Ipse eñ vult omnes nos saluos fieri. Si ergo saluari volumus, voluntatem nostram in sancta sanctorum proijcere debemus, & Dei solummõ voluntate agi atq; moueri, semperq; resignati esse, quicqd ipse in nobis & per nos operari, & quæcunque nos agere, vel pati, siue dimittere voluerit, & cogitare iugiter hoc pacto: Quodnam modo est, o benedicte Deus, potissimum beneplacitum tuum? Placet ne tibi, vt hoc vel illud faciam, siue in cogitatiõibus, siue in verbis, siue in operibus? Et si tunc senserimus placere Deo, vt hoc vel illud faciamus, orare debemus hoc modo: O benedi-

nedicte Deus, digneris obsecro in me & per me istud operari & perficere. Si vero aduerterimus Deo displicere, nec ei fore placitum, cõfestim in illo propter ipsum nos abnegare, & nobisipsis mori debemus, quantumuis illud paruum sit & exiguum, vt est (verbi gratia) vel semel aliquid respicere, vel aliquod verbum iocosum proferre vel audire. ¶ Secundo, desiderium nostrũ in Dei desiderium transfundere debemus, vt videlicet nullas delectationes, nullos honores & nullas diuitias appetamus neq; desideremus. Quod est autem desiderium Dei? Illud sane, vt delectationes ac delicias suas in nobis habere possit. Ipse nanq; ait: Deliciæ meæ sunt esse cum filijs hominum. Si ergo suas intra nos delicias habere debeat, desideria nostra penitus esse mortua oportet, sicut ipse dominus ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet absq; fructu. Granum istud frumenti desiderium est animæ, quod mortuum esse oportet omni delectationi, diuitijs ac honori, quatenus in nobis Deus ipse delectari & eius sanctum nomẽ in nobis glorificari ac honorari possit. ¶ Tertio, intentionem nostram intentioni diuinæ subdere debemus. Quæ est autem intentio Dei? Illa videlicet, vt in omnibus, quæ ipse creauit, ob eius solius amorem & honorem vtamur. Omnia nanq; pro vtilitate atq; vsu nostro creauit. Ecce enim noctẽ ordinauit, vt propter eius amorem somno reficiamur: & diem, vt ob eius amorẽ laboribus insudemus, ad quod nos facti sumus, sicut aues ad volandum. Et terræ fructus creauit, vt nobis sint in cibum, & omnes creaturas, quatenus nobis inseruiant, & saluti nostræ cooperentur.

rentur. Est quoq; intētio Dei, vt quicq̄d āgimus siue dimittimus, ob eius amorē agamus siue dimittamus, idq; ad delectationē suā in corpore, ad honorē suum in anima, & ad gloriā ipsius in spiritu. ¶Est aūt voluntas in spiritu, desiderium in anima, & intentio in corpore, id est, in corde, in quo tā alte & occulte est absc̄dita, q; in omnibus, quæ vel agimus vel dimittimus, occulte & latēter nosipsos quærimus, & vel ob hoc, vel ob illud nostra facimus. Diligentem igitur cordis & intentionis nostræ curam & obseruantiam habere debemus, & omnia facere propter Dei amorem, ad eius videlicet delectationē, honorem & gloriā. Et sic perfecte adimplebimus illud dominicum præceptū, quod quodam tempore docuit dicens: Diliges dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pēdet & prophetæ. ¶Q̄n enim voluntatē nostrā in Dei voluntatē transfundimus, & semper cogitamus, qualiter eius beneplacitū agnoscere possimus, tunc profecto Deū ex omni mēte nostra diligimus, & tunc ipse in spiritu nostro quiescere delectatur. Idq; per merita humani ac gaudiosi spiritus sui. ¶Et quando desiderium nostrum in Dei desiderium iactamus, tunc ipsum in anima nostra sedere, & omnes animæ vires pro suo desiderio regere delectat, idque per merita tristissimæ animæ suæ, & tunc Deum ex tota anima nostra diligimus. ¶Et quā do intentionem nostram in Dei intentionē transfundimus, ita vt oīa, quæ vel exterius vel interius agimus, ob eius amorē & ea intētione, qua ipse

ipſe ea inſtituit ac ordinauit, agamus, tunc profecto Deū ex toto corde diligimus, & tunc ipſum delectat habitare in corpore noſtro, idq; per merita ſancti ac vulnerati corporis ſui, & ita nos digni efficimur, vt diuinitas ipſa luceat in ſpiritu noſtro, in anima noſtra, & per corpus noſtrū, cunctaſq; a nobis depellat nubes tenebrarum. Sicq; Chriſtum veraciter iuduti ſumus, & omnia per ipſum iuxta ſanctæ eccleſiæ ritus ac conſuetudines agimus et operamur. Et tūc Chriſtus omnia opera noſtra fructuoſa reddit, noſq; per oſtium. i. per merita ſuę humanitatis intrauimus in diuinitatē ipſius. ¶ Conetur ergo quilibet ingredi. Nā qui foris remanet, ille frigori, vētis ac pluuiæ expoſitus eſt, & in continuo hoſtiū timore exiſtit. Tales nimirum ſunt illi, qui dūtaxat circa Chriſti humanitatē occupantur, & non vltrius in eius diuinitatem ingrediuntur. Vnde ſanctus ait Bernardus: In operibus domini, & minus capaces animos exterior cōſideratio paſcit, & qui magis exercitatos habent ſenſus, ſolidiorē intus cibū inueniūt & ſuauiorē, tanq; adipem medullamq; frumēti. Sunt em & exteriori ſpecie delectabilia, & interiori virtute multo delectabiliora, quemadmodum & ipſe exterius quidem ſpecioſus erat forma præ filijs hominum, interius autē tanq; candor lucis æternæ, etiā ipſis ſupereminens vultibus angelorum. Apparebat em foris homo ſine culpa, caro ſine peccato, agnus ſine macula. Quam ſpecioſi pedes annunciantis pacem, annunciantis bona, ſed multo ſpecioſius & precioſius caput eius, quoniam caput Chriſti Deus. Delectabilis aſpectus hominis, in quē peccatum nō cadit, & beati oculi,

qui

qui eum viderunt, sed multo magis beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Denique cum peruenisset ad nucleum, testam iam (licet decoram valde) non reputabat Apostolus dicẽs: Et si cognouimus aliquando Christũ secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nimirum, quia dominus ipse prædixerat: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. Et paulo post idem sanctus Bernardus continuat dicens: Totus suauis est, totus salubris est, totus delectabilis, totus denique secundum sponsæ vocem desiderabilis. Sicut autem in eo ostensum est, sic & in operibus eius reperies. Nam & superficies ipsa, tanquam aforis considerata, decora est valde, & si quis fregerit nucem, intus inueniet, quod iucũdius sit et multo amplius delectabile. ¶ Proinde, nõ tantum circa humanitatem Christi versari debemus, sed per merita humanitatis introire in præclarã diuinitatẽ, quatenus sic in nobis sentire mereamur, q̃d & in Christo Iesu, in spũ videlicet, in anima, & in corpore. Christi nãq; dñi nostri nobilis ac lucida anima, ab exordio vitæ suæ cum viribus suis superioribus sine intermissione in diuinitatẽ, velut in obiectum suum, cõuersa fuit, vnde tam beata ac fruitiua extitit, sicut iam actu est in cœlis. Porro, secũdum vires suas inferiores erat mobilis, actiua & passibilis. Et sic dñs simul fruebatur, agebat ac patiebatur. Quando eñ in cruce patiebatur ac moriebatur, secundũ vires suas superiores in eadẽ fruitione erat, in qua nunc est. Proinde, qui nunc ipsum perfectius sequuntur in diuino obiecto, in agendo & fruendo, illi postmodum similiores ei erunt in æterna & essentiali fruitione. Vtigi-

tur mo-

tur modo in nobis sentire mereamur, quod fuit in Christo Iesu, studeamus nos illi conformare. In spiritu quidem, quatenus semper habeamus liberum ac eleuatum spiritū & cum Deo vnitū. In anima vero, quatenus semper habeamus animam bene ordinatam in omni virtute, secūdum animā Christi. In corpore autem, quatenus illud secundū opera Christi in omni modestia regamus. Quando aūt eadem hæc omnibus hominibus ex corde fauemus, eosq; similiter vnū fore cū Deo, in spiritu, in aīa, & in corpore desideramus, & vnicuique ad hoc pro posse auxiliamur, in oratiōibus, ꝟbis & operibus nostris, tūc sane diligimus proximum nostrū sicut nosipsos.

Qualiter nos cum Deo vnire debeamus, quando pro proximis nostris orare volumus. Cap. XLIIII.

PORro, quādo pro proximis nostris orare intendimus, primo nos interius cum Deo vnire debemus in secretis sanctis sanctorū, quæ nullus præter summum sacerdotem ingredi potest, id est, præter spiritū, qui est suprema pars animæ. Et in illa vnione Deo nosipsos totaliter offerre debemus in hostiam laudis, & in viuum sacrificium igni amoris sui concremandum, ita vt in nobisipsis penitus annihilemur ab omni illo quod Deus nō est, quatenus sic idem omnipotens Deus absq; impedimento nobis vti possit, quomodo tunc vti potuit cum necdum creati essemus. Tūc nanq; in sua erat potestate facere de nobis, quicquid ipse vellet. Fecit autem nos ad suipsius similitudinem, quatenus ipse nobis vti possit in seipso, & nos sua bonitate frueremur.

Hoc ipsum igitur, quod sumus, abnegare debemus, vt denuo Deus taliter nobis vti possit, & absque impedimento operari in nobis, ac de nobis facere, quicquid ipse voluerit. Porro, in hac vnione Deum pro necessarijs orare debemus, ipsumq; deprecari, quatenus omnes homines ita secum vnire dignetur, quomodo nos ipsi vniti sumus, & singulis in ipsorum necessitatibus cœlestis auxilij dexteram prætendere, talesq; eos efficere, quales nos ab ipso fieri iam ante petiuimus, sicq; dicemus: ¶O amabilissime domine Deus meus, ex quo per diuinitatem tuam & in me & in cunctis modo hominibus existis, digneris eos vnire tibi, & ita eos tecum vnum efficere, sicut nos vnum sumus: & quicquid in eis est, quod tibi obstaculum præbet, ab eis clemẽter expelle. Omnia vero quibus indigent, et quę tuæ sunt placita bonitati, ipsis largiri digneris, illis maxime, quibus amplius sunt necessaria. Et hoc pacto oramus pro proximis nostris supremo, amorosissimo et nobilissimo modo, quo fieri possit, & nosipsi liberi & nullatenus impediti in Deo permanemus. Quando vero pro aliquo oraturi nosipsos cum Deo non vnimus, sed circa causam atq; negocium illud, pro quo rogare intendimus, multum occupamur, imagines inde concipiendo, tunc procul dubio oratione quaquam est ita deuota & proficua, & nosipsi per imagines susceptas amplius impedimur distrahimurque. ¶Eodem modo pro animabus in purgatorio existẽtibus orare debemus, vt dominus illis per amarissimam passionem suã indulgere dignetur, quicquid contra precepta Dei & sanctæ ecclesiæ admiserunt, & in quocunque negli-

negligentes fuere, dicendo hoc modo: O benedicte Deus, digneris ista sic suscipere, ac si ipsi ea realiter fecissent, & ista plene cognouissent, atq; in tua præsentia digne semper ambulassent, tibique interius vniti fuissent: & dona eis requiem sempiternam. Quia tuipse es requies, pax et fruitio omnium spirituum beatorum. Et lux perpetua, quæ in ipsis est, luceat eis, quæ lux tuipse es, quam ipsi in sese obfuscarunt, & te nequaquam rite cognouerunt. Quod iam continue eos remordet, arguit & torquet, donec te perfecte cognoscant. Eia ergo pijssime domine transradiet eos lux diuinitatis tuæ, quatenus tormenta omnia nihil eis noceant, neque eos crucient, neque vllus eis appropinquare spiritus immundus præsumat, sic (inquam) transradiet eos, quemadmodum sanctissimam animam tuam transradiabat, quando ipsa e sacratissimo corpore tuo emigrabat. Qua luce spiritus immundos omni virtute ac potestate priuabas, & portas inferni confringebas, & per virtutem diuinitatis tuæ, omnes inde tuorum amicorum animas liberabas. Ita quæso domine & nunc omnium fidelium defunctorum animas consolari & liberare digneris, idq; per acerbissimam passionem tuam, & per maximã illam angustiam & derelictionem, in quibus erat nobilissima anima tua in hora mortis tuæ, quãdo ipsa de sacratissimo corpore tuo migratura erat, per quã mortem tuam oẽm inimici virtutẽ dissipasti, ita vt in hora mortis nr̃æ nullã in nos potestatẽ habeat, et neq; appropinquare tũc nobis neq; terrere nos ausit, nisi quantũ nos ipsi per cõfessionẽ & cõtritionẽ, & per amarissimã passionẽ tuã et sacramentor̃

perceptionē expiare neglexerimus. Oro igit bonitatē tuā, o benedicte Deus, quatenus per illam terribilē mortis tuæ horā, quā pro me ex amore sustinuisti, pauperem ac peccatricem animam meam in hora mortis meæ ab omni terrore liberare digneris. ¶ Deniq;, quando aliquis forte implorat siue petit a nobis auxiliū, nequaq; præcogitare debemus, dicentes: Ecce hoc vel illud faciam siue dicam. Ipse nanq; dñs ait: Ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Debemus autem nos introrsum conuertere dicendo: O benedicte Deus, dignare per me hoc vel illud taliter agere siue loqui, sicut tibi magis est honorificum, atq; illis hominibus magis expediens ac necessarium. Qui enim per asinā Balaam loqui dignatus es, etiam per me loqui non dedigneris. Et tunc pius dominus gratiam nobis copiosam infundet, atq; taliter per nos loquetur, vnde proximus noster consolationem accipiat, & in dño cōfortetur. Interim vero abintra Dei inspirationem obseruare debemus, vt sciamus si ei placet vt vlterius loquamur, vel potius sileamus. ¶ Postquam vero ea, quæ dicere volebamus, iam sufficienter diximus, ilico nos introrsum conuertamus, dicēdo: O benedicte Deus, si bene locutus sum, tu illud per me fecisti, & tibi inde laus sit et honor. Si vero male locutus sum, ego ipse sum, qui hoc feci, idq; tu mihi clementer indulgeas oro. Porro, quicqd tu per me locutus es, etiam in me operari digneris, meq; benigne adiuues, vt quæ verbis dixi, vita ac moribus exprimam, atque in illo, cui modo locutus sum, tu quoque loqui digneris, & quæ audiuit,

in ipso

in ipso conſerues. Quando enim certo credimus, & ſcimus nos ea nequaquã loqui nec loqui poſſe, tũc ob amorem eius ſecure illa & abſque noſtro impedimento loqui poſſumus, ſemper tamen cum humili quadam verecundia, & proui da ſapientia.

Qualiter in operibus noſtris ſemp in Deo ſimplices ꝑmanere debeamus. Ca. XLV.

Diximus iam qualiter in orationibus ac locutionibus noſtris abſq; impedimento in Deo ſemper manere poſſimus, conſequenter iam dicendum eſt, qualiter in operibus quoque noſtris ſemper in Deo ſimplices permanere debeamus. Cum igitur Deus ſit ſimplex, & operetur multipliciter, & nihilo minus in cũctis operibus ſuis in quadam immobili quiete permaneat, cumq; nos quandã Dei ſimilitudinem habeamus, niti ad hoc debemus, vt vniuerſa opera noſtra, q̃ facere tenemur, & quæ obedientia iniungit, fideliter exequamur, abſq; tamen ſollicitudine & multiplicitate cordis, ſugiterq; ante oculos Deũ, propter quẽ omnia facimus, magis q̃ ipſa opera, quæ facimus, habere conabimur, & cuſtodire atq; ſeruare ſemper liberã cordis introuerſionẽ, & internã ſpiritus quietẽ. Qui enim interius cõuerſari nouit & exteriora non curare, ille tempus nõ requirit, neq; locum ad deuota habendũ exercitia aut liberam introuerſionẽ. Semper eñ videt interioribus oculis cordis Deũ deorum in Sion. Et in hac ſimplici in interiora introuerſione occulta illa ſemita inuenitur, pro qua tã multi longius diſcurrunt, & hic diues ille theſaurus obtinetur, pro quo multi duros ac graues pœ

nitentiæ labores ſubeunt, atq; hic præclara & liberalis ars ſpiritus addiſcitur, pro qua tã multi inſignes philoſophi ac poetæ laborauerunt, & tam multos annos in ſtudijs philoſophiæ naturalis abſumpſerunt, omnẽ ſuam rationẽ atq; intellectũ rebus creatis apponentes, videlicet motui cœli & planetarum, quo eorũ naturalẽ curſum & ordinem inueſtigare & agnoſcere poſſent. Et propter hoc abſtractam atq; ſolitariam duxere vitam, intellectum ac memoriam ſuam denudarunt, & intra ſeſe diligenter penſabant ac ſecum cogitabant, quonam pacto illa ſcire poſſent & experimẽto addiſcere. Et per hanc meditationem ſuam ad cognitionẽ qualemcunq; peruenerũt, in qua tantã delectationem habebant, & ad q̃d tanto amore afficiebantur, quod cuncta bona temporalia, amicos inſuper & cõſanguineos libenter vniuerſos relinquebant. Nec tẽdebat eos, nocte ac die iſta inueſtigare, ita vt tandem omnem cœli ordinem agnoſcerent, quam longe & quam prope ſyderum curſus ſe extenderet, vſque ad minutum vnum, & ſic artem illam atq; ſcientiã libere & ſine impedimento & abſq; vllo labore intra ſe circunferebant. Porro, nobiliſſima illa atq; increata ars, quæ nullo intellectu naturali cõprehendi poteſt, illis omnino incognita fuit. ¶ Si ergo illi tot ac tanta pro ſcientiæ temporalis acquiſitione fecerunt, quanto magis nos abſtrahere noſipſos debemus & denudare, atq; ſolitarie viuere pro acquirenda nobiliſſima ſcientia & cognitione interioris naturalis curſus, quatenus ſcire poſſimus, ad quid naturaliter aer corporis noſtri inclinatus ſit, & ad quid corpus noſtrum creatum ſit, & deinde pertranſi-

read

re ad stellas cœli, id est, in animam nostram & omnes vires atque affectiones eius, considerando, ad quid factæ sint & ordinatæ, & qualis modo existat cursus & ordo earum, & vbi eorum naturalis locus sit & operatio, atque cogitare & pensare ista, quatenus ea addiscere possimus, & ex eorum cognitione tantum Dei amorem consequi, vt non tædeat nos, nocte ac die quælibet siue agere siue dimittere, quatenus clare cognoscere possimus illud nobilissimum bonum, ad quod creati sumus, & ad quid planetæ, id est, vires animæ nostræ inclinatæ sint, & vtrum motus earum talis sit, vel tale quid insinuet, vnde animæ vel corpori plaga aliqua siue turbatio euenire possit. Et tunc omnipotentem dominum oremus, qui illa omnia mutare & auertere potest, vt malas animæ & corporis inclinationes ad naturale suum principium conuertere dignetur, discamusque modum & artem istam libere & absque impedimento circumferre sine labore in omni labore, & apud quos uis homines. Qui enim artem Deo cum omnibus viribus adhærendi abintra habet, ille exteriora quælibet non aduertit neque curat, & omnia suo modo ire & redire permittit. Quia abintus circa ea, quæ sunt Dei, iugiter est occupatus, & ob hoc abextra videndo cæcus, audiendo surdus, & loquendo mutus existit, liberq; manet & a nullo impeditur. Reuera quisquis talis est, bene felix Astronomus dici potest. Hic nanque continue homo vlterius trahitur ad magis interiores artes atque scientias, ad ipsum videlicet cœlū cœli, id est, ad spiritū siue animæ imaginē, in qua

ſuũ Deus ipſe cœlũ conſtituit, qui eſt ſol iuſtitię, a quo oẽs planetæ & cœli naturales nobilitatẽ & ordinẽ ſuum recipiunt, eiq; obedire & ſubditi eſſe tenentur. O ſi quis ad iſtam nobiliſſimam artẽ pertingere poſſet, ad ipſum videlicet cœlũ cœli, multas ille occultas & ſecretas artes ꝓcipere t, quas oẽs doctores atque magiſtri naturales ignorãt. Solũ duntaxat mundũ cor atq; humile, & anima denudata, & exoccupata & trãquilla mẽs Deũ intra ſeſe cõplectitur, & in eã Deus cõtinue agit & operatur, vbicũq; homo ſit, ſiue dormiat, ſiue vigilet, ſiue comedat, ſiue bibat. Mens etenim humana adeo interna atq; nobilis exiſtit, vt nullo poſſit certo nomine appellari.

De portione aĩæ nobiliſſima, & qualiter illa in Deo ſemper permaneat. Ca. XLVI.

PORro, de hac mẽte humana doctores multi multa ſcripſerunt, quonã videlicet nomine debeat appellari. Quidã eam mentẽ vocãt, eo ꝙ cõtinue ad Deũ anhelat, & eſt quiddã valde deiforme ſiue diuinũ, & imago Dei in homine. Diuinum quippe eſt, eo ꝙ in Deũ eſt immerſum, eiq; vnitũ. Dicitur aũt & apex mẽtis, quia videlicet Deus in ea iugiter velut in ſpeculo relucet. Dicitur etiã (prout venerabilis pater Ioannes Ruysbroich aſſerit) ſupremũ animæ. Eſt etenim nudum quid & informe, & in ſuã ſeſe originẽ cõtinue inclinat, propter q̃d æternũ atq; viuum diuinitatis ſpeculũ exiſtit, cõtinue abſq; intermiſſiõe intra ſe ſuſcipiens æternã verbi generationẽ in beatæ Trinitatis imagine, in qua ſeipſum Deus cognoſcit, ꝙcquid eſt, tã in eſſentia, q̃ in ꝓſonis. Dei nãq; imago in aĩæ eſſentia conſiſtit. Et hanc imaginẽ oẽs intra nos habemus ſem-

per

per victuram. Dicitur quoq; scintilla animæ, eo videlicet, quod sicut scintilla in igne, sic ipsa in Deo existit. Dicitur quoque nobilitas animę. Est nanq; adeo nobilis, vt etiam ipsi beatissimi Seraphin illam plene intellectu apprehendere non possint, eo quod continue suo principio inhæreat. Sicut enim riuus aliquis aut fons scaturit & emanat ex immenso pelago, & ipsum refluit, ita ista nobilis animæ portio quodam modo ex Deo emanat & in ipsum refluit. Dicitur autem & silentium siue somnus, quia semper inattingibilis & immobilis in Deo manet. Dicitur postremo etiam spiritus, quia vnus cum Deo spiritus fit. Vnde Albertus ait: Mens humana est omnium intimissimum, securissimum, immortalissimum & Deo propinquissimũ. Aduersitatem nullam patitur, quia nulla in ea imago, nulla subtilitas existit, sed est simplex quædam essentia cum essentia Dei. De qua quidam ait, vim quandam inesse animæ, quæ adeo nobilis est, quod vbi intellectualiter ex Deo emanat, ibi & intellectualiter in Deũ reuertit, & Deum intra seipsam amplexat. ¶Sed hic dicere qs possit: Si vis ista animæ, prout supradictũ est, alia est a tribus animæ viribus, ergo plures erunt vires, q̃ superius est definitũ. Ad hoc respõdendum, q̃d nequaquam plures erũt, sed tres illę vires vnũ esse dicunt: qa anima Dei similitudinẽ habet. Sicut ergo beatissima Trinitas tres in se personas habet, & vnus est Deus, sic & istæ vires vnum sunt. Et sicut Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, sic et vis ista trina est, & in essentia vna. Ex hac quippe vi promanant memoria, intellectus & voluntas. Et sicut Deus nihil operatur nisi per potenti-

am patris, sapientiã filij & charitatem spiritus sancti: Ita vis ista nec agi potest nec agere, nisi per memoriã, intellectum & voluntatem. Sicq; Deus operatur in ea simplex quoddam atq; diuinũ opus. ¶Et sicut arbor q̃libet in se habet nucleũ, lignũ & corticẽ, & ex ipsis procedũt rami, folia, flores & fructus, & nihilo minus vna tantum est arbor & vna substantia: eodem modo se habet vis ista. Ex memoria nanq; procedit intellectus & cognitio: & ex cognitione amor, ex q̃bus deinceps pullulat ramor̃ fertilitas .i. tres vires inferiores & affectiões, & folia .i. exterior apparatus: & flores .i. interiora charismatũ munera: et fructus .i. op̃a virtutũ. Et sicut arbor nullos oĩno fructus proferre posset neque durare, nisi cũ radice terræ infixa sit, ita & hæc vis interior, nisi in sua origine .i. in Deo plantata sit, nullos virtutum fructus proferre, neq; perenniter subsistere potest. Rursus, quemadmodũ radij essentialiter in sole existunt, & suam inde nutrimentum suscipiunt, atq; lumẽ & fœcunditatem in terra causant: ita & hæc vis in Deo perpetuaquadã inhæsione permanet: in q̃ & ab æterno increata fuit, & omne nutrimentũ atq; viuacitatẽ suam in diuina essentia habet, & fertilitatem ramis .i. viribus inferioribus aĩæ & corporis subministrat, & fructus inde nascẽtes sol diuinus luminis sui irradiatione dulces atque delectabiles facit.

¶Demum, vis ista in Deo adeo fortiter est radicata atque plantata, vt nunquam inde exire, & neque infernus eam inde euellere potest. Et hæc præcipua est reproborum pœna, quod ista vi abusi sunt: quæ quia Deum in se semper habebit, ideo ipsi quidẽ semp̃ moriẽtur, et tamẽ nũ

quam

quam mori poterunt. Sed neq; in malignis spiritibus vis ista vnquam delebitur, eo quod nobilitatem suam in malitiam conuerterunt. Infideles quoque vim istam intra se habent, q̃d tamen eos nequaq̃ beatos efficit, eo quod istud non cognouerunt. Sed nec quisquam inde beatus efficit̃ nisi pro quanto illud agnoscit, seseque per amorem ad Deum conuertit, cõsiderans seipsum, qualiter intus & exterius sit dispositus, & qualem ipsum esse oporteat, diligenterque studeat Deum atque seipsum cognoscere, & qualiter ipsi Deo sit applicatus, quam pretiosum thesaurum præclarasque opes intra sese anima sua habeat, ipsum videlicet Deum, qui nobis semper vnitus manet, & nunquam ex anima nostra recedit: sed in ea cõtinue moratur, & magis proprie inibi q̃ in cœlo existit. Et ideo necesse non habemus Deum exterius quærere, sed intus in intimo animæ ipsum quæramus, vbi sine intermissione semper est præsens.

De plena & perfecta nostri mortificatione. Cap. XLVII.

EST autem summe necessarium, vt ab omni illo q̃d Deus non est, nos penitus abstrahamus, & in ipsam nihileitatẽ nostram redeamus. Istud em̃ nihilum liberq; habet ingressum & introuersionẽ in Deũ, & nihil app̃hendere cõcupiscit. Si igitur vitę pfectionem obtinere voluerimus, semper propriæ nihileitati nr̃æ & pũcto illi, q̃d Deus est, immorari debemus, et nobisipsis funditus mori in oĩbus illis, in qbus natura atq; sensualitas nr̃a foueẽ atq; sustentaẽ quauis delectatione, q̃ non est pure Deus, et securim radici

radici apponere, atque viriliter ramos infructuosos amputare. Et sic arbor animæ nostræ libere, & absq; impedimento excrescere poterit vsque ad summum illud bonum, ad quod creata est & condita. Et quamuis mortificatio ista sæpe molesta sit sensualitati nostræ, hoc nihilo minus curare non debemus, sed meminisse continuo, qa sæpe multa admisimus, quæ animas atque conscientias nostras grauiter cruciabant. ¶ Debemus autem nosipsos viriliter aggredi, & diuinū auxilium incessanter implorare, præsertim aduersus ea, in quibus magis defectuosi sumus, & ad quæ procliuiores existimus, siue sint commoda corporis, siue cupiditas aliquid habendi, siue amor aut fauor creaturarum, siue propria complacentia in verbis vel factis interius vel exterius, in quibus nosipsos quærere possemus. In talibus (inquam) nosipsos potissimum obseruare debemus, & singulari quadam seueritate ea in nobis castigare, quæ nos magis impediunt, &, quantum possumus, eniti, ne de illis quicquā cogitemus. Si vero cogitationes nostras satis diligenter custodire & obseruare nequiuerimus, Deum suppliciter orare debemus, vt nihil nos cogitare sinat, nisi quod sit secundum ipsius voluntatem: & vt nihil inde loquamur, nec faciamus, nec dimittamus, neque eamus, neq; stemus, vbi defectus ille incurri posset: præcipua quoq; sollicitudine quinque sensus nostros custodire studeamus. Per hos etenim sæpe aliquid intro recipimus & haurimus, quod interiores oculos nostros vehementer obfuscat & excæcat, aures interiores obstruit, gustum internum immutat, sensualitatem fouet, & defectuositates multiplicat

& adau

& adauget. ¶Est igitur curandum nobis, vt semper in timore domini pmaneamus, sine quo nulla esse virtus, nulla perseuerare bona opera possunt. Ipsi quoque angelici spiritus, qui adeo securi sunt, & ita in bono confirmati, quod nunquam delinquere, neque labi possunt, semper in timore domini & voluntate ipsi cum omni reuerentia seruiendi ac obediendi persistunt. Quanto igitur magis nos lutea atq; fragilia vascula, qui ad omne fumus malum procliues, in continuo perseuerare timore domini, & nosipsos diligentissime obseruare debemus? Sane pro qualibet arctatione & mortificatione nostri, quantumuis minima sit, æternam vitam atq; libertatem consequemur. Si igitur modo nobisipsis mori didicerimus, cū mors aduenerit, gaudio magno perfundemur. Si vero modo nobis mori nolueri-mus, væ nobis erit, cū terribilis illa mortis hora aduenerit. Nimis enim dura mors nobis imminebit. Non enim poterit natura immortificata vitam æternam ingredi. O quantum dolebimus tunc de negligentia nostra, quando in illo anxio tremore & dæmonum terrore erimus constituti? qui etiam de minimis peccatis nostris tunc grauissime nos accusabunt, nosq; expectabunt secum æternis tormentis inuoluendos, & a se puniendos. O quanta anxietas atque timor inuadet nos coram æquissimo iudice Deo, qui non poterit aliter iudicare, quam pro exigentia operum nostrorum. O qualis tunc sententia de anima nostra feretur, vt videlicet vel in horribile purgatorium, aut in ęternum inferni incendium demergatur. Quæ profecto immortificata anima nostra in nouissimo iudicij die, cum districtus ille

iudex

iudex ad iudicium properabit, cum reprobis atque damnatis hominibus versus terram cum capite serpet atq; fugiet, eo quod districto Dei iudicio appropinquare non audebit. Quo contra electi & boni omnes, cum magna exultatione in aere pendebunt, habentes scabellum pedum suorum reprobos omnes, qui in terra iacebunt. Totos itaque nos pro æternis bonis impendamus. Quod enim nihili constitit, nec valere aliquid poterit, & q̃ parce seminat, parce & metet. Præparemus ergo cum omni diligentia lãpades nostras, vt cum sponsus venerit, cum ipso ad nuptias intrare possimus. Sequamur nunc cum hilaritate & toto mentis affectu, quantum possumus, vestigia ipsius, & discamus ab eo, quia mitis est & humilis corde, quodque obediens fuit patri suo vsque ad mortem crucis. Et ad hoc omnes difficultates, aduersitates & tribulationes nostras trahere debemus, quatenus videlicet ei in oñibus assimilari, & ineffabili charitati suæ respondere possimus. Si enim ei conregnare volumus, haud dubium, quin & compati ei debeamus.

Qualiter secundũ formam vitæ Christi vitam nostram instituere, & in eius diuinitate habitare debeamus. Cap. XLVIII.

TAliter itaq; in Christi vita ac passione ambulare, in diuinitate autem ipsius habitare, & ab omni exteriori & terrena occupatione debemus quiescere, mentemque nostram cum deuotione subleuare in diuinitatem eius, & sic nosipsos immergere & profundare in eam, supra omnem cognitionem. ¶ Porro, sunt nõnulli qui

qui circa eius diuinitatē occupare sese nō audēt, soli duntaxat humanitati inhærentes: timent enim fore sese in ea decipiendos, quod totū ex amore priuato procedit, quia seipsos pro Deo exponere nō audent. Si mūdanus amor (q tamē reuera falsus est & deceptorius) facit qbuslibet ꝑiculis animā et corpus exponere, quāto magis nos pro Deo animā nostrā abnegare siue perdere debemus? q est bonū increatū, qui nos tā cordialiter diligit, q neq; fallit aliquē neq; fefellit vnq̄, qui etiā vult & desiderat, vt ipsum cognoscamus & diligamus, ipsoq; fruamur. Verūtamen illi q seipsos naturali intellectu ad alta cognoscēda extendūt, totaliter excæcant, obscuratq; in eis simplex oculus, & ipsi a fundo suo aberrāt, atq; per multiplicitatē extra seipsos deuiant nullā habentes discretionē, volūtq; cognoscere & ꝑscrutari ea q̄ ipsis minime licet scire atq; scrutari: & sic semetipsos misere decipiūt. ¶ Qui vero Deū simpliciter cognoscere studet, ille illuminat atq; instruit, qualiter imagini Iesu Christi se debeat cō formare, eāq; sequi. Christi nanq; humanitas nostræ humanitatis via fuit, quatenus per suæ humanitatis merita, ad diuinitatis vnionē ꝑtingere possimus. Christus homo factus est, quatenus homes dij fierent: & modum viuendi assumpsit, vt hominem supra omnem modum transferret. Hinc sanctus ait Bernardus: Mirabilis est auis illa, quæ altius euolat, quam in crucē Christi. Ne quaq̄ igitur altius euolare debemus, sed per eā, scilicet crucē Christi trāsire, ꝑ merita videlicet humanitatis in eius diuinitatē: sicut & Euangelium dicit: Qui per me nō intrat, ille fur est & latro. Semper itaq; ingredi & egredi in ipsam diuinita-

uinitatem, & omnia per Iesum Christum facere studeamus.

De duobus quæ obseruare debemus, ne circa diuinitatis perscrutationem decipiamur. Cap. XLIX.

PRoinde ne circa diuinitatis perscrutationē decipiamur, duo nobis obseruāda sunt. Primum est, ne curiose vel presumptuose perscrutemur, quid vel quomodo sit Deus, aut occulta opera ipsius. Et ne desideremus alta quælibet cognoscere vel intelligere, vel aliqua nobis per diuinam reuelationem innotescere, quia in huiusmodi nulla vera sanctitas consistit. Quinpotius, simplices ac vniformes intra nosipsos in diuina præsentia permanere debemus, vt sic Deum & nosipsos simpliciter ac vniformiter fundi tusque agnoscere possimus. Quod sane multo nobis vtilius meliusque fuerit, quam si omnem cœli cursum, vires que herbarum vniuersas cognosceremus. ¶ Secundum est, quod quando pijssimus Deus aliquam nobis gratiam infundere dignatur, vel abintra suæ nobis bonitatis aliquam cognitionem largitur, siue quiduis aliud in nobis operatur, ne quid talium nobis adscribamus, neve extollamur, nosque esse aliquid existimemus, qui reuera nihil sumus, sed potius in fundo nostro ista semper versemus atque dicamus: O benedicte Deus, quis es tu & quis sum ego? Tu certe abyssalis es bonitas, ego vero abyssalis iniquitas. Rogo igitur te domine, vt gratiam quam mihi infudisti, in me conserues, et per me opereris. (Quid enim flores proderunt, si fructus nulli subsequantur?) quatenus tibi inde honor &

nor & gloria tribuatur, proximus ædificetur, & tua diuinitas in me esse delectetur. Et hoc pacto secure ac libere nos circa diuinitatē exercere poterimus & occupare, nostramq; in diuina essentia mansionem habere vltra omnem modum, et ad exemplar humanitatis Christi; nostram instituere conuersationem. ¶ Tria quoque sunt obseruanda, ne dulcedo nos aliqua fallat. Primum est, ne eam affectemus. Secundum est, ne ei resistamus. Tertium est, ne propter eius subtractionem contristemur. Insuper vt nos circa inactionem Dei donaq; gratiæ ipsius bene habeamus, nullumque ei obicem ponamus, neve debilitemus naturam, corpusq; nostrū, ideo nosipsos nudos ac simplices intus & extra semper tenere debemus. Et mox vbi Deū in nobis aliqd operari velle sentimus, opus propriū intermittere debemus, & interiori nos ocio tradere atq; silere, qdque loquatur in nos dñs Deus, audire. Ipse enim loquit verbū illud arcanū, quod animam treme facit atq; liquescere. Tremit em̄ anima, quando intus reprehenditur & admonetur. Liquescit autem, quando Deus in ipsam cum omni amabili gratia, delicijs atque diuitijs suis venire dignatur, seq; totum offert ad habitandum in ea, suasque in ea nuptias celebrandum. Et tunc spiritus inebriatur & absorbetur, & ab eius amore amplexatur: anima liquescit instar cæræ, quatenus ei quicqd ipse velit, Deus imprimere, & de ea quicquid velit facere possit. Nullum enim in ea obstaculū est. Cor denicq; totaliter inflammatur, & oēs venæ aperiuntur. Cor (inquam) salit in pectore, & ad ipsum omnis sanguis cōgregatur ob violentiam illam, quam propter vigoro-

sam inactionem Dei sustinet patiturq;. Et in isto caro & sanguis, & medulla quoque ossium consumitur per resignationem. Siquidem homo talis seipsum cũ anima & corpore totaliter offert & resignat. Tuncque Deus animam immutat, quomodo mutauit olim aquã in vinum. Et quõ ferrum quasi in ignem transit, sic ipsa in vera resignatione consumitur, vt iam secure dicere possit: Dilectus meus mihi, & ego illi.

Qualiter anima tempore visitationis diuinæ sese habere, & quomodo nullam penitus siue abintus siue abextra delectationem quærere debeat. Cap. L.

SIC sic nimirum Deus omnipotens terram visitat, eamque fructuosam reddit, inebriat atq; locupletat, eiusq; genimina, id est, virtuosa opera multiplicat. Et in ista visitatione et cõsolatione multum in profectu suo anima roboratur, si tamen in ea propriam delectatiõem minime requirat; & de absentia talis consolationis nullo dolore mordeatur, neque tunc minus solito diligens existat, & in seipsa pacifica liberaq; permaneat. Nulla certe in tali consolatione sanctitas consistit, nisi pro quanto procedit ad operationem boni. Quid autem prodest fructum cõcipere, cuius partus non subsequitur? Vera sanctitas, ipsa est æquanimitas, q̃ videlicet ita semper parati sumus Deo seruire in aduersis, sicut in prosperis. ¶ Porro in tali visitatione, satis magna discretio adhibenda est. Et primo quidem, vt nos intus & extra ad instãr rei alicuius insensibilis & emortuæ insensibiliter & immobiliter habeamus, nec quicquam nobis inde ascriba-

scribamus. Sicut autem abextra mortuos atque maturos, & bene morigeratos esse nos oportet, nullamque foris delectationem quærere: sic & abintra mortui prorsus ac maturi, & bene compositi esse debemus, nullamque delectationem requirere, quatenus ipse duntaxat in nobis omnipotens Deus delectationem, pacem & gaudium habere possit. Si enim alicui regi terreno multū complacet, multāq; delectationem spōsæ ipsius modestia atq; maturitas ingerit et adducit, quādo videlicet ipsam sese quasi mortuam a cunctis alijs amatoribus abstrahere, & suæ duntaxat voluntati submittere conspicit, nec suam delectationem in ipsius diuitijs & familia aut suamet pulchritudine cōstituere, sed in eo duntaxat, vt ipse in ea delectationem, gaudium, pacemq; habere possit: quanto magis æquū est atq; cōdecens, sponsam ęterni Dei et regis supremi semet ipsam quasi mortuam exhibere cunctis alienis amatoribus, cunctisq; donis ac diuitijs, nec suam delectationem cōstituere in propria pulchritudine, id est, in donis illis & virtutibus, quas ei pijssimus Deus interius simul & exterius infudit, sed in hoc solum, quatenus ipse in ea gaudiū suum atq; pacem habere possit, nihilque sibi de cunctis donis ac gratijs asscribere, seque immobilem tenere, nec anhelare ad retinēdum eas, aut etiam plures desiderare, nec in seipsa turbari, aut apparatum aliquem turbulentum exhibere. (Per hoc nanque lumen illud simplex reuerberaretur) nec affectare eas, intellectu comprehendere siue cognoscere, sed hoc solū, vt cōprehēdi atq; cognosci mereat, libēterq; captiuare intellectū suū in obsequiū Christi: Quādo cū nos

eas comprehendere, et in eis vanam complacentiam habere desideramus, similes profecto pauoni efficimur, qui pennas suas ex superbia latius expandens, dum pedes suos considerat, inde contristatur. ¶Idem sane contingit hominibus intellectum suū nimis extendentibus, & extra simplicitatem aberrantibus, in qua speculum diuinitatis relucet, in ipsa videlicet animæ imagine, (in qua simplici quodā modo omnia cognoscūtur) quæ per hoc obscuratur. Cumq; id in seipis deprehēdunt ob interiores tenebras illas, tristes efficiunt. Et hinc omnes internæ tentationes & anxietates oriuntur, quæ omnes exteriores anxietates & tentationes superant, ita vt sibi quasi infernum intra sese circumferre videantur. Nec potest quisquam siue doctus siue indoctus auxilium aliquod vel consolationem huiusmodi hominibus impendere, donec ad suæ paruitatis agnitionem perueniant, & intellectum suum captiuare discāt. ¶Ideo multum sane necesse est, vt in his discretionis gratia quæratur, & discretio adipiscatur, & vt subijcere se quisq; non vereatur (quantumuis ille magnus aut sapiens sit in oculis suis) alicui licet simplici et abiectę personæ, q̄ talia iam intelligit atq; cognoscit. Quod si facere secq; humiliare & alterius directioni simpliciter submittere quiuerit, absq; dubio tandē & a spiritu diuino dirigi, & p̄ diuinam bonitatem (ob quā semetipsum humiliauit) ab huiusmodi tētationibus intolerabilibus eripi merebitur. Et certe quotquot in initio cōuersionis suæ se se doceri ista permiserint, illi haudquaq̄ tales tētationes experientur, dūmodo suas phātasias manifestent, & alterius se cōsilio submittāt, exeātque

que penitus ſemetipſos. Sic etẽ facile proficiẽt & ad q̃ddam ſimplex lumẽ perueniẽt, Deiq; inſtrumẽta, in q̃bus ipſe operetur, efficiẽtur. ¶ Porro, vt reuertamur ad id vnde digreſſi ſumus, ad amoroſa videlicet dona Dei, cũ eo, q̃ ſupradictũ eſt, modo ſpũs illuſtratur, anima perfluitur, et natura corpusq; alteratur, cor q̃q; dilatatur, tũc intra noſipſos q̃eti & ocioſi permanere debemus, nec hoc ipſum plus æquo admirari, nec quicquã noſtræ actiõis admiſcere. Per hoc nãque in ſimpliei q̃ete noſtra impediremur. Sicut eñ in aqua, in mundo aliq̃ vaſe exiſtente, q̃diu nullo modo turbatur, oĩs immũdicia, q̃ vel in fundo vaſis poſita eſt, clare perſpicueque videtur, et ſeipſum in ea quaſi in ſpeculo contẽplari quisque poteſt, etiã ſi non vltra dimidiam ſui partẽ vas impletũ ſit: ſi vero alia aqua ſuperinfundatur & admiſceatur, oñis aqua turbulẽta & inquieta efficitur, ita vt ſeipſum in ea, quemadmodum ante, clare videre nullus omnino poſſit. Eodem ſane modo circa lumen illud ſimplex accidit, cui ſi quis aliq̃d apponere & admiſcere voluerit, ipſum obſcuratur, ita vt iã defectus ſuos ita clare quis videre & agnoſcere non poſſet, ſicut in ſimplici illa quiete & tranquillitate. Et hinc natura debilitatur ac vincitur, & ſanguis incaleſcit & circundat, ſuffocat & lædit cor, cogitque hominẽ deficere. Et per hoc ſanguis infrigidatur, & oĩa mẽbra efficiũtur rigida, oñeque in ipſo lumen obfuſcatur, nobilis illa Dei inactio præpeditur, & magnũ ſibĩpſi damnum ingerit, ita vt deinceps nõ facile ad claritatẽ diuinę inactiõis redire poſſit. Et quãdo iſtud ſemel accidit, cor inde vſque adeo debilitatur, vt deinceps diuinã inactionem

ſufferre nequeat, quin ab ipſa ſuperetur, neq; talis iam adimplere valet quod Chriſtus ait: Qui voluerit inter vos maior eſſe, ſit omnium miniſter. Ipſe ẽ iam alioꝝ indiget ob ſequẽs, quippe cui ob infirmitatem ſuccurrere oportet. ¶ Et qui iſtud non intelligunt, magnã in eo ſanctitatem conſiſtere arbitrantur, & prorſus eſſe diuinum aliquid putant, cum tamẽ reuera nihil aliud ſit, quam quædam inordinatio, & pura natura. Vtuntur liquidem iſto dono Dei in naturæ voluptate & delectatione, & ita in eo guloſi & ebrij efficiuntur, quod ſeipſos regere nequeunt, ſicut illi qui eadem quidem guſtant, ſed tamen ſobrij permanẽt. Et vt noxium iſtud malum haudquaquã incurrere, ſed ab ipſo ſecuri eſſe mereamur, omnẽ talem actionẽ poſtponere, & a ſpiritu Dei nos agi, regiq; ꝓmittere debemus, & cuſtodire nos intus & exterius ab inſolitis geſtibus, & corpus noſtrum quietũ & erectũ ſeruare, & cauere ne capitis & pectoris inclinatione cor noſtrũ cõprimamus, et ſic illeſi permanebimus, alijſq; ſeruire poterimus. ¶ Et hoc pacto contẽplatiua pariter & actiua vita ducitur. Intus etenim diuina ſemper præſentia fruimur, & lumen quod interius contemplamur, foris in operibus relucet. Et hæc perfectiſſima vita eſt tẽporis huius, quæ in actiõe ſimul & cõtemplatione verſatur. Per hũc viuendi modum ipſe dñs Ieſus Chriſtus, gloriоſa mater eius et chariſſimi ac proximi quiq; Dei amici nos præceſſerunt. Porro in iſta internitate maturos nos ſeruare debemus, cogitareque hoc vel ſimili modo: Indignus ſum o benedicte Deus, cuius cor tu tantopere deſideres: attamẽ beneplaceo tibi, vt te totaliter mecum recrees, quoties tibi

es tibi placuerit. Tu enim instar magnorū dñorum facere vis, ire scilicet atq; redire, quādo tibi placet. Quid est dicere, ire & redire, cū sit ipse semper intra nos? Equidē in spiritu nostro, id est, in imagine animæ semper est præsens, & lucis suæ radios in animā rationalē continue diffundit, in partem videlicet inferiorem. Nō aūt semper inferius in animā cum sua consolatione venit, nisi quādo sibi placet, & commoditatē in ea inuenit, & ipsa in seipsa quiescit, & ipsum, non propter sua munera, sed propter seipsum diligit, & non mercedem, non literas, non securitatem, non scientiam, non honorem, non somnia, non visiones, non consolationem desiderat: sed te duntaxat o benedicte Deus, qui solus es totus delectabilis ac desiderabilis. Cognoscit enim talis anima in simplici illo lumine, quod omnis contēplatio in imaginibus & similitudinibus (quantumuis sublimes, quantumuis sint nobiles, diuinæ ac spiritales, & quicquid humano intellectu & nuda cogitatione comprehendi potest) absque modo distet a diuinę essentię veritate. Et ob hoc ponit in tenebris habitaculum suum, & sub vmbra requiescit. In tenebris (inquam) hoc est, in lumine diuinæ claritatis, quod ipsam circumfulget, & a quo naturalis intellectus reuerberatur, & rationales oculi obfuscantur. Porro in supremo memoriæ puncto, simplici oculo inhæret, intuens in ipsam lucem sine aliqua reuerberatione. Dicuntur etiam tenebræ, quia videlicet nullum aliud lumen, neque cognitionem desiderat, sed libenter in illa fidei caligine permanere vult, qua credit Deum esse intra se, & intra sese permansurum.

Et si in isto constans permanserit, tūc sane dulci in hac caliginosa vmbra fructu perfruitur. In isto nanque mirā & arcanam in Deo familiaritatem inuenit, quæ omnes delicias, diuitias et capacitatē creati intellectus excedit. Hic nāque vnus cū Deo spiritus efficitur. Et sic Deus est eius fruitio, quies & pax, & ipsa ab omni actiōe absoluitur. Vnus quippe dilectus dilectum alterū nudo ac simplici amore amplexatur.

Qualiter aīa in verbis et in omni extrouersione sese custodire debeat. Cap. LI.

PORro quādo in ecclesia aut alibi cū Deo vniti & ab exteriori ope liberi sumus, si tūc ab aliquo homine vel ab aliqua obediētię causa reqrimur, neque tristes, neque inuolūtarij effici debemus, neq; cogitare intra nos, dicētes: Ergo ne iā exercitiū meū postponere debeo? Sane magis acceptū est Deo, q; taliter ipsi sum vnitus, q̄ quæuis, q̄ fieri potest, exterior actio siue occupatio. Et profecto si sciretis (aiūt tales) quātū diuino amore ferueo, me minime turbaretis. Et sic tristes procedunt, si nō exterius, in corde tamē interius q̄ruli. Sed hoc prorsus fieri nō debet. Caueas tibi ab isto o homo Dei, qa fallax est venenū. Debet em̄ Martha. i. corpus hilariter & cū gaudio absque omni mœrore surgere, & Maria in interiori spiritus quiete permanere, & eā in oīmi actiōe & modo secū portare: & Lazarus. i. aīa mortua esse, ita vt se oībus ad eā minime pertinentibus velut mortuā exhibeat. ¶ Porro quādo in isto exercitio positi aliquid pro nobis ipsis agere habemus, nequaq̄ cogitare debemus, dicētes: Ire iā volo pro huius expeditiōe negocij siue operis

operis: satis enim modo exercitatus sum, deinde consequenter exercebo. Sed hoc modo intra nos dicere debemus: O benedicte Deus, quia tu dixisti, quod ingredi debeam & nunquam egredi, digneris proinde in me & per me istud facere, quia tibi placitum est mecum esse vnitum. Et tunc ire debemus, & facere ea, quæ nobis facienda sunt, & interim diligenter nosipsos custodire, ne vel inordinati, vel dissoluti, vel incompositi incedamus: nec huc & illuc circūspiciamus, ne per hoc interius lumē reuerberetur. Cauere debemus etiam & vitare diligenter omnem multiplicitatem & leuem societatem, & aures a vanis ac ociosis sermonibus prohibere & auertere, & solitudinem, & silentium quærere & amare: alias in nulla virtute proficere, nec vllam deuotionem, siue virtutem coaceruare poterimus. Quinetiam si sanctitate & deuotione sancto Ioanni Baptistæ æquales essemus, si solitudinis & silentij custodes diligentes nō fuerimus, cito totum perdemus. ¶ Et licet exteriorem semper habere solitudinem minime possimus, intus tamen in corde, in spiritu & in anima eam habere debemus, & inibi cellam nobis construere, quatenus per hoc ab omni multiplicitate esse liberi, & a quorūcunq; transitu esse semoti valeamus: & sic in nobis et in omnibus hominibus vnitatem spiritus, et pacem cordis diligentissime seruemus, prout sanctus Paulus nos hortatur, dicens: Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Refrenemus insuper linguam nostram, ne per inania verba defluamus: & sic sobrij simus in loquendo, vt etiam necessaria vix dicere ausi simus, quin semper in nobisipsis timeamus, priusquā

ad loquendum os aperiamus. Sēperq; diligentiſ
ſime diuinas inſpirationes obſeruemus, vt ſcire
valeamus, vtrum Deo placeat locutio noſtra: &
non tantū in malis, ſed etiā in bonis nos ita ve-
recunde & humiliter habere debemus, nec loqui
inaniter & intimorate, ſed quę expediunt, prout
vnicuiq; neceſſarium eſſe videbitur: nec nimis
alte & curioſe, ſed ſimpliciter & interne, cū ex
iſto proximus confortetur, & illuminetur, ſed &
ipſemet illuſtretur: ex illo aūt ſublimi videlicet
et præſumptuoſa locutione, tam ipſe, q̄ alius ob
ſcuretur. Nā ſimpliciter volaſſe, & humiliter de
ſcendiſſe, magnā eſt ſapientiā cōgregaſſe. ¶ Inſu
per arctā noſtri curā habere debemus in cibo &
potu & ſumno, obſeruare quoq; diligēter exteri
ores noſtros mores, & ipſos quinq; ſenſus nr̄os,
et ſollicite cauere nobis a temerarr̄is iudicijs &
diſplicētijs erga alios, & aſpicere oēs hoīes tanq̄
templa, q̄ Deus inhabitat. Si vero cōtingat vi-
dere nos aliquē male agere, pro tali Deū rogare
debemus, vt ipſum adiuuare, noſq; cuſtodire di
gnetur. Et ſic anxie cuſtoditi aduerſus q̄slibet de
fectus etiā minimos eſſe conemur. Nā ſicut mo
dica feſtuca, ſiue puluiſculus exteriores oculos
obtenebrat, ſic etiā exiguus aliquis defectus in-
teriorem viſum obfuſcat. ¶ Si vero ex humana
fragilitate labi nos cōtingat, hoc animū noſtrū
perturbare minime debet, ſed ilico nos intorſum
cōuertamus, atq; dicamus hoc pacto: O mi amā
tiſſime dñe, da vt quicqd mō feci, q̄d diſplicet ti-
bi, inde veraciter doleā, mihiq; per amariſſimā
paſſionē tuā illud indulgeas oro: & fac quęſo, vt
diuinitas tua in & per me luceat, et expelle a me
quicqd tibi aliquod impedimentū præbet, vt ſic

in me

in me pacē & gaudiū habere possis. O amabilis dulcedo, trāsmuta quæso me in te, vt amabilissima voluntas tua & beneplacitū tuum semper sit et maneat in me. Et iuxta hunc modū sępius abintra Deū alloqui debemus, in q̄libet opere nostro, in agēdo & dimittendo: & sic Deus semper erit principiū & finis oīm illorū, & nos liberi et absq; impedimēto in omnibus nostris operibus manere poterimus, Deūq; permittamus præparare fundū nostr̄, & nosipsos in oībus exeamus, nec quicq̄ nobis reseruem9 in vllare, siue in verbis, siue in moribus, in agēdo & dimittendo, hoc vel illo modo, in lætis vel tristibus: sed intendamus & accipiamus oīa de manu dñi in quodam humili timore, & nosipsos totaliter resignemus in nuda paupertate nostri, in spontanea abnegatione, & incuruemus nos sub diuina voluntate, secundū q̄d ipse voluerit in omnibus, & cōtenti ac imperturbati simus tā in pace, q̄ in turbatiōe, & beneplacitā duntaxat voluntatē Dei in omnibus quæramus, in prosperis & aduersis, in amaris & dulcibus, in gaudio & mœrore, in lætis & tristibus, in abundantia & inopia, in viuendo & moriendo. ¶ Huius exemplum subiungo: Dicebat quodam tempore magister Eckardus pauperi cuidā: Bonum mane tribuat tibi Deus. Respondit pauper: Tibi hoc reserua, o domine mi. Ego enim nunquam malum mane habui. Quicquid enim aduersi Deus meus mihi imposuit, hoc totum libens pro amore ipsius sustinui, & me illo ipso indignum reputabam, & ideo nunquam tristari valeo. Magister aiebat: Vnde venis? Respondit ille: A Deo. Vbi dimisisti, inquit magister, Deū? Respondit ille: In oībus

mundis

mundis cordibus. Rursus magister: Qualis, inquit, es tu? Rex sum ego, ait. Et magister: Cuius, inquit, rex es tu? Respondit pauper: Carnis meę. Quicquid enim vnquā desiderauit spiritus meus, ad illud exequendum & sustinendum velocior fuit caro mea, quam spiritus ad suscipiendum. Rursus ad eum magister: Rex, ait, regnum habere debet. Vbi est ergo regnum tuum? Respōdit pauper: In anima mea. Et magister: Quō hoc? Quando, inquit ille, portas quinq; sensuum meorum clausas habeo, si tunc Deum toto corde desidero, ipsum in anima mea tam splendidum, tamq; gaudiosum inuenio, sicut est ipse in vita æterna. Tunc magister: Sanctum, inquit, esse te constat. Quis te sanctum fecit? Pauper respondit: Hoc fecerunt silentium meum, profunda cogitatio mea, & cum Deo vnitio, quę me in ipsum traxere. In nulla enim re, quæ minor esset Deo, quiescere potui. Iam vero Deum meum inueni, & in ipso quietem & pacem habeo æternaliter, quod excedit oīa regna mortalitatis huius.

De decem præceptis, qualiter videlicet ea in spiritu exercere, nosque illis exornare, & in nobis ea scripta seruare debeamus. Cap. LII.

SCribēs Corinthijs Apostolus: Nescitis, inquit, quoniam corpora vestra membrum sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Ipsa enim carnalis est. Quisquis autē rebus carnalibus adhæret, carnalis efficitur. Quod enim quisque amat, cum illo & vnitur.

Deus

Deus autem spiritus est, & qui adhæret domino per amorem, vnus spiritus est. Deus nanque idcirco spiritus dicitur, qa subtilius aliquod vocabulum siue nomen ei imponi non potest, eo q innominabilis est. Deinde subiungit Apostolus: An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. Debemus itaq; membra nostra præceptis dominicis exornare: & sicut Iudæi ea vestibus suis inscripta circunferebant, sic nos ea spiritaliter in anima nostra, et in corpore nostro scripta portare debemus, vt templa Dei esse valeamus.

Primum præceptum.

IN vnum crede Deum, & ipsum super omnia dilige, & eum solum adora. Hinc ipse dominus ait: Si me amaueritis & præcepta mea seruaueritis, ero inimicus inimicis vestris: si vero non seruaueritis, eritis maledicti. Hęc quo ad sensum, ipse dominus in veteri Testamento loquebatur. Per hominem vero assumptū ita ait: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eū, scilicet secundū humanitatē meā, & manifestabo ei meipsum: hoc est, cognoscere eum faciam, quomodo sum in patre meo, & pater in me est. Et iterum: Si præcepta, inquit, mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. ¶ Primū itaq; præceptum istud

illud in memoria colendū est atq; scribendū, ita vt per amorē semper de Deo cogitemus, & per vim amatiuā ei inhæreamus, vnde vnus cū eo spiritus efficimur. Dicit S. Augustinus: Si nosse cupis o homo, quid amplius diligas, vide quid sæpius cogites. Pro meliori huius obseruatione præcepti frequenter orare debemus hoc modo: Obsecro te, o cœlestis pater, q̄ in memoria mea esse dignaris, adiuua me, ne vnq̄ aliud cogitē, q̄ quod tu vis. Et per spiritus Seraphicos in eadem memoria mea operari digneris, quatenus amore Seraphico in ea per ipsos accendi, & te in omnibus cogitationibus meis diligere possim, sicut tibi cœlestes spiritus te diligunt.

Secundum præceptum.

NON assumes nomen domini Dei tui in vanum. Tantus & tam magnus est dominus Deus, vt nullis digne verbis exprimi, nec digne valeat nominari. Quod ipse significabat cū a Mose interrogatus, quis esset, respōdit: Ego sum qui sum: ac si patenter diceret: Quis ego sim, mihi soli notum est. Non videbit me homo & viuet, vita videlicet naturæ, vel sensualitatis. De hoc sublimi & innominabili nomine dicebat quodā tempore sanctus quidā doctor alteri etiā doctori: Tace, et nominare Deū noli, nā ipsum blasphemas. Innominabilis etenim est ob suam maiestatem. Respōdit alter ille doctor: Nisi Deus ipse per sacros ecclesiæ suæ doctores ita ordinasset, vt videlicet dicatur pater, filius et spiritus sanctus, ipsum nominare nō presumerē, quāuis sit Deus meus, et propter me Deus appelletur. Dicitur autem Deus, eo q̄ omnes creaturas ipse condidit, quarū etiam Deus est. Porro, secun-

secundum diuinitatem suã nomine caret, id est, innominabilis est, & tamẽ, vt Apostolus ait, est omnia in omnibus, & in cunctis rebus quodam diuino & incõtaminabili modo præsens est. Vnde diuinus ille Dionysius sic de ipso ait: Deus nihil est, & tamen omnium sanctorum insatiabile desiderium est, nec vlli rei comparabilis existit. Et ideo sublime Dei nomen in vanum assumere non debemus, sed cum multo honore & reuerentia. ¶ Denique, præceptum istud scribi & seruari debet in intellectu. Ad hoc nanq; intellectus cuiuslibet hominis conari debet, vt Deũ cognoscere discat: aspicere etiam nobilitatẽ conditionis suæ, quod videlicet nunq; interibit, & tũc Deum totis viribus semper honorare ac laudare satagat, sicut veraciter Deus ipse nominatur. Et pro hoc sæpius anima rogabit, dicens: O fili Dei, qui in meo es intellectu, te supplex oro, adiua me, vt neq; sciam neq; intelligã, nisi quod tu vis, vt sic in me gaudium habere possis. Et cum præclaris spiritibus Cherubicis operari in meo intellectu digneris, quatenus per eor; intercessiõnẽ te cognoscere merear. Ipũ nãq; pẽnis suę cõtẽplationis subuolãt in lucẽ tuę clarę cognitiõis.

Tertium præceptum.

SAbbata sanctifices, id est, festos dies. Præceptũ istud in libera voluntate scribi debet & obseruari, ita videlicet vt volũtas semp; ab oĩ malo ferietur, & perpetuũ in ea sit sabbatum. i. vt libertas voluntatis ita se totã Deo resignet, vt homo in oĩbus, tã prosperis, q̃ aduersis in bona pace pmaneat, et in Dei beneplacito qescat, attẽdens sibi, ne sabbatĩ sui violator existiat, id est, ne quicq̃ contrariũ diuinæ faciat voluntã-

luntati, sed abintra Deo suo semper obediat, eiusq; potissimum beneplacitum ex vero amore perficiat. Et sic semper pacificus, quietus et Deo vnitus permanebit. Tunc quoq; semper ipsi sabbatum, id est, festum erit, eo quod seipsum semper Deo plenissime resignauit, ideoq; nihil ei accidit, quod sibi attrahere velit. Dei nāq; est ipse totus, & idcirco Deum permittit facere cum eo, quod suum est, pro suæ arbitrio voluntatis: & per hoc ipse nunquam capitur, nunquam anxiatur, nunquam irretitur, nunquā inuoluitur, nunquā oneratur ab omnibus, quæ vel in cœlo vel in terra existunt. ¶ Pro huius præcepti spiritali obseruatione sæpius hoc pacto orare debemus: O spiritus sancte Deus, qui in mea es libera voluntate, adiuua me, vt nihil vnquam velim, nisi quod tu vis, & cum præclaris sublimibusq; spiritibus beatissimis Thronis in mea voluntate operari digneris: percq; eorum orationes fac me quæso idoneū, in quo semper requiescere possis. Et sicut ipsi semper in tua diuina essentia requiescunt cum tranquilla vnione & sublimi contemplatione, in qua ipsi te Deo suo semper fruuntur, & tu eis vteris, sic & me regere, mecq; vti secundum tuum potissimum beneplacitum digneris, quatenus in me ad tuam gloriam requiescere possis.

Quartum præceptum.

HOnora patrem tuum & matrem tuā. Hoc præceptum in nobili vi rationali animæ scribi & obseruari debet: idq; tribus modis. Primo, Deum super omnia honorabis, eius videlicet honorem & gloriam super omnia quærendo, desiderando, volendo & intendendo in omnibus.

mnibus. Ipſe nanq; pater & creator eſt animarum noſtrarum: ideoq; nobis ſuper omnia eſt diligendus, atq; timendus. Secundo parentes noſtros venerari debemns, eo quod carnem & ſanguinem ab ipſis accepimus, ipſiq; curas, dolores ac moleſtias multas propter nos & nobiſcū pertulerunt: & ideo libenter viciſſim & propter eos & cum eis aliquid pati, eiſq; cum anima, & corpore, & in vita, & poſt mortem ſuccurrere debemus. Tertio honorem exhibere iubemur ſuperioribus noſtris, tam ſecularibus, quam ſpiritalibus, eo quod poteſtatem ſuam a Deo acceperunt. Sic enim ſapiẽtia diuina in ſua æterna præordinatione, in prima rerum creatione diſpoſuit ac ordinauit, vt videlicet vnus angelus alteri, et vnus homo ſimiliter alteri præeſſet: ipſa vero, quando humanam naturam aſſumere dignata eſt, infimum ſtatum elegit. Si ergo beatiſſimam Trinitatem honorare cupimus, ſuperiores noſtros veneremur. Quoties eñ eis nos ſubdimus, & ſub eis humiliamur, toties glorioſiſſmæ Trinitati nos ſubijcimus, potentiæ videlicet patris, quando agnoſcimus omnem poteſtatem ſuam eum ab ipſo accepiſſe, eiuſq; vicarios exiſtere: et ſic diuinam in eis potentiam veneramur. Filij quoq; ſapientiam honoramus, quando videlicet aduertimus ipſam ſic præuidiſſe & ordinaſſe, q; tales ſuperiores habeamus: et ideo ſapienter ſub eis humiliari debemus. Inſuper & ſpiritus ſancti bonitatem veneramur, quando conſideramus immenſitatem præmij, quod expectamus, quod per bonitatem ſuam nobis eſt collaturus, ſi ob amorem ipſius ſuperioribus noſtris honorem & obedientiam exhibuerimus. Et ſi forte ſu

periores nostri defectuosi & indiscreti fuerint, tã to eis libẽtius subdi debemus. Nã tales secundũ rationem multo nobis vtiliores existũt, eo q̃ natura minus ab huiusmodi solatij habet & auxilij, quam si sapientes ac discreti existerẽt. Libenter ergo superioribus nostris subijci debemus. Nihil enim impedire nos potest, qualescunque sint ipsi. Imo libenter & supra æquitatem ac rationem pati debemus. Quo vero præceptũ istud melius obseruare possimus, sępius hoc pacto orare curemus: Rogo te domine Deus meus, operari dignare cum sublimibus ac nobilissimis dominationum spiritibus in vi rationali animæ meæ. Et sicut ipsi semper perficiunt, & pro hoc & laborant & obsecrant, vt potissimum beneplacitum tuum fiat, sic oro & obsecro te, vt perficias in me acceptissimam voluntatem tuã, idque ad honorem tuum,

Sequuntur prohibitiones. I. prohibitio.

NON mœchaberis. Hoc præceptum in vi concupiscibili scribendum est, per quod spiritale adulterium prohibetur, q̃ toties incidimus, quoties sponte nos cum sensuali delectatione ad voluptates carnis, mundi & creaturarũ conuertimus, & per hoc creatoris & sponsi nostri obliuiscimur. Sẽper itaq̃ cũ vi cõcupiscibili ad Deũ nos cõuertere debemus, ipsumq̃ rogare, vt in suo nos seruitio cofortare dignetur, dicẽtes: Rogo te dñe Deus meus, operari digneris in vi mea cõcupiscibili cũ nobilissimis seruis tuis p̃celsis principatibus, q̃ in tuo diuino obsequio semp laborãt, & da mihi per eor̃ intercessionẽ tibi fideliter deseruire: idq̃ ad tuã delectationẽ.

Secunda prohibitio.

Non

NON occides. Istud præceptum in vi irascibili scribendum est. Semper enim in omnibus, quæ nobis eueniunt, patientes esse debemus. Non enim plus sanctitatis habemus, q̃ per æquanimẽ aduersorum sufferentiam promeremur. Habemus aũt cauere nobis a duobus spiritalibus homicidijs. Primo nanq; toties animas nostras occidimus, quoties in mortale peccatum consentimus: non q̃ anima nostra moriatur, quę semper victura est, sed a Christo eam separamus, & cunctor; meritorũ ipsius, & totius ecclesię eã participio priuamus. Insuper occulte animas nostras occidimus, si p̃ alia exercitia, aliamve viam vitæ æternæ beatitudinem obtinere & ingredi speramus, q̃ per angustam illam viam, qua nos ipse dñs Iesus Christus præcessit aut si nostris meritis æternam nos assequuturos vitam arbitramur. Hoc enim fieri non potest. Omnis nanq; iustitia nostra ante Deum est velut pannus menstruatæ, & cuncta bona nostra ipse dominus per nos operatur. Et quia nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui est in cœlo, necessarium nobis est, vt vnum cum Christo Iesu efficiamur, ipsiq; nos vniamus ac resignemus: Quia nimirum membra illius nos sumus, & ipse caput nostrum est. Debemus itaque ipsum incessanter orare, vt nos in pretioso sanguine suo lauet, & cuncta nobis peccata nostra per sanctam ac amarissimam mortem suam indulgeat, nosque per sanctissima merita sua idoneos reddat, & suam in nos diuinitatem lucere faciat, vt per oculos nostros videre, per aures nostras audire, per os nostrum loqui, et per omnia membra nostra suum potissimum be-

neplacitum operari, nosq; a peccatis & scādalis præseruare velit: idq; ad honorem suum. Secundo, proximum nostrum toties spiritaliter occidimus, quoties ei peccādi occasionem præbemus, & quanto eius peccata atq; defectus manifestamus: et per hoc eius bonā famā denigramus. Denicq; pro huius obseruatione mādati sic orare debemus: Obsecro te dñe Deus meus, operari digneris in me cū cœlestibus potestatibus, & malum omne in me comprimere, quatenus in me pacem habere possis.

Tertia prohibitio.

NON loqueris cōtra proximū tuū falsum testimoniū. Hoc præceptū in lingua scribi debet, quatenus ipsa a mēdacijs refrenet, & aduersus proximū mali quippiā proferre nō sinatur. Post tergū nanq; proximi nostri nō solum mēdaciter de ipso aliquid nō dicere, verū etiam defectus eius celare debemus. Quicqd ēm proximis nostris facimus, ipsi Deo facimus: et hoc ipse sic accipit, quasi sibijpsi faceremus, siue bonū sit siue malū, prout in Euāgelio p semetipsum asserit, dicens: Esuriui, et nō dedistis mihi māducare. Sitiui, & nō dedistis mihi potū. Pro huius obseruatiōe prēcepti sic orare debemus: Rogo te o amabilissime Deus per benedictā linguā tuā & os tuū, & per oīa sancta verba, q̄ per ea locutus es, indulge mihi qcquid ore meo deliqui, & digneris in me operari cum nobilissimis virtutibus, quæ semper virtutes operātur, atq; per orationes earum me virtutibus exornare digneris.

Quarta prohibitio.

NOn furaberis. Istud præceptū in manibus nostris scribi debet, & ipsum etiā spiritualiter

tualiter a nobis obseruandū est, diligenterq; cauere debemus, me iniusta bona possidere inueniamur. Nam Deus vsurā exigit a nobis: Primo, de corpore nostro & quinque sensibus nostris, quomodo videlicet his ad honorē ipsius vsi simus. Secundo, de anima nostra cū alijs omnibus viribus eius, vtrum videlicet eis abusi simus. Vt igitur corpus & animā in eius obsequio expendere atq; consumere valeamus, sic orare debemus: Oro te domine Deus meus per orationes sanctorum Archangelorum operari digneris in me acceptissimam voluntatem tuam, sicut in eis operaris: ipsi enim eam perficiunt semper. Et adiuua me, ne furer preciosissimum tempus, in quo te laudare debeo, tibiq; gratias agere, quia nullum momentum est, in quo beneficijs ac donis tuis non vtar.

Quinta prohibitio.

NON concupisces domū proximi tui, nec desiderabis vxorē eius: non seruum, nō ancillam, non bouem, non asinum, nec oīa, quæ illius sunt: nec corde mœchaberis. Istud pręceptum scribi & obseruari debet in omnibus mēbris corporis nostri. Templum enim, in quo Deus requiescere debet, mundū esse oportet. Primo, in spiritu, ne videlicet cum delectatione aut voluptate in bonis operibus, aut donis Dei reqescamus, neue ea propter aliquam cōsolationem obtinendam faciamus. Secundo, in anima, ita videlicet, vt omnes animę vires ad Deum sint conuersæ, vt cogitationes in Deū sint suspensæ, concupiscibilis in Deo sua habeat desideria, spes in Deo solo speret, gaudiū in solo Deo exultet, & quicquid his in seipsa contrariū deprehendit, in

eo naturam ſuam mortificet. Si vero mortificatio iſta pura eſſe debet, oportet vt neq; pro mercede, neq; pro vlla re fiat, niſi ideo ſolum, vt Deus inde honoretur. Inſuper intellectus pro Dei cognitione obtinenda laboret, vnde ratio illuminatur, ita vt iam minime verecundetur anima bonum operari, et contemptum ſuſtinere: idque pure propter Deū, & non propter aliquod priuatū lucrū. Voluntas quoq; vnū ſit in vero amore cū voluntate Dei: & hoc ad delectationē ipſius, et non ad cōmodum noſtrum, vt videlicet ipſe in nobis gaudium habere poſſit. Tertio, in corpore, quatenus videlicet oīa membra ob amorē illius mūda ſeruemus, & ſpecialiter quinque ſenſus noſtros, & cætera mēbra noſtra, vt in eis Deus habitare poſſit. Quo vero præceptum iſtud adimplere valeamus, Deū hoc modo rogare debemus: Obſecro te dñe Deus meus per miniſterium & cuſtodiā ſancti angeli mei, & oim ſanctorū angelorū, cuſtodi me cū eis, ac per eos, & operare in me potiſſimū beneplacitū tuum.

De duobus principalioribus mandatis, in quibus cætera omnia includuntur. Cap. LIII.

DIliges dīm Deū tuum ex toto corde tuo, hoc eſt, cū corpore tuo, carne tua, ſanguine, oſſibus & neruis, quibus ipſe te cōpegit, & ideo cū ipſis ei ſeruire debes. Diliges etiā eum ex tota anima tua, hoc eſt, ex oībus viribus animæ tuæ, inhærendo videlicet per deſiderium, ſiue vim concupiſcibilē ipſi ſummo bono, & in ipſo ſperando & exultando: per rationem quoq; ſummū bonum eligēdo, & ei cōſtanter adhærendo: per

do: per irascibilē denicꝫ malū omne prorsus odiendo. Diliges etiā eum ex tota mente tua, hoc est, in spiritu tuo, qui suprema pars est animæ, sīue ipse spiritus animæ, siue scintilla animæ, siue radius animæ, siue caput animæ, siue denicꝫ lumen animæ, in quo Deus existit. Est aūt simplex quædam, & nuda essentia, quā nemo intelligere, nemo scribēdo valet explicare, habetꝫ in se tres vires, in quas operatur, memoriā videlicet, intellectum & voluntatē. E quibus voluntas in Deo debet esse amissa, per nostri abnegationem. Intellectus in Deum absorptus, per clarā Dei cognitionē. Memoriaꝫ semper de Deo cogitabit. Necessariū est enim, vt quod amplius amamus, idipsum frequentius cogitemus. Est aūt istud summum præceptū, quod nobis Deus mādauit. Vnde S. Augustinus: Ille, inquit, tenet & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus, ita vt nihil appetat neque velit contra Deum, siue extra aut supra Deum, sed ipsum solum habeat possessorem cordis sui. Quantū nanꝫ veræ charitatis quisꝫ habet, tantum etiam sanctus est, & non amplius. Si ēm omnia totius mundi bona opera aliquis absque charitate Dei faceret, nihil ei penitus prodesse possent. Charitas Dei est, ad quam obtinendam cuncta bona opera & exercitia nostra dirigere debemus. Vnde S. Augustinus ait: Iussisti o dñe vt diligā te, aut mihi infernū minaris. Sed mihi satis magnus infernus est, quod te digne amare nō valeo. Da igitur quod iubes, & iube q̄d vis.

De diligendo proximo.

Diliges proximū tuum sicut teipsum. Præceptū istud trina vice nobis in vltima cœna dñs

imperauit, quatenus ipsum tanto melius cordi infixum seruaremus. Solet enim bonus filius tenacius retinere ea, quæ pater suus ei in extremis mandauit. Primo itaque dixit: Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & quo ego vado, vos nō potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicē. Secundo ait: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, q̄ ego præcipio vobis. Tertio denique ait: Hæc mando vobis, vt diligatis iuuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Si sermonē meum seruauerunt, & vestr̄ seruabunt. Patet ergo quia ter istud præceptum habemus a patre in deitate, a filio in deitate, & a spiritu sancto in deitate: & hoc per Iesum Christum Deum & hominem. ¶ Et ideo præceptum istud sollicite nobis obseruandū est, & sæpe nosipsos examinare atq; scrutari debemus, dicēdo interius ad dñm: O amabilissime dñe Deus meus, tu mihi imperasti, vt te ex oībus cogitationibus meis diligā. Cogito etiā frequentius de te? Iussisti quoq; dñe, vt te ex tota anima mea diligā. O amantissime Deus, diligo etiā te totis viribus animæ meæ? Quid desidero? Quid intēdo? Quibus cōsentio? Quid spero? In q̄ gaudeo? Vī doleo? Quid magis verecundor? Es etiā tu mihi charissimus? Amo etiā te, & intendo super oīa? alioqui

alioquſ em̃ in te ſperare,& in te gaudere nō poſ ſum, o Deus meus,o vita aīæ meæ. Præcepiſti q̃ mihi,vt te ex toto corde meo diligā.Cor meum caro eſt,& in ipſo vita eſt.Amo etiā te Deus meus?Seruio etiam tibi omnibus mēbris meis? Foret etiam gratius mihi mori ſiue panem oſtiatim mendicare,quam a te per mortale peccatum recedere?O domine Deus meus teipſum,et quicqd habes,mihi dediſti.Do ergo & ego meipſum tibi cum omnibus,quæ habeo,vt eis vtaris pro arbitrio tuo,nunc & æternaliter. O ſi omnes tibi vniti eſſent homines. O ſi omnes tua pręcepta ſeruarent. Hoc enim eis ex fundo cordis mei quam optime fauerem.Notādum, quod quiſquis iſta habet,ille proximum ſuum ſicut ſe ipſum diligit,& ſecure poteſt cum filiali timore ac libero corde in Deum tranſire.

De ſeptem ſanctæ eccleſiæ ſacramētis,qualiter videlicet in eis nos ſecūdum ſpiritum habere debeamus,& primo de baptiſmo. Cap. LIIII.

MOX vt intra materna viſcera viuere incipimus, & nobilis ac immortalis anima corpori noſtro infunditur,ipſa per peccatum originale fœdatur.Cum vero baptizamur, ab omni macula clari ac mundi efficimur per virtutem ſanguinis Chriſti. Fons nanque corpus Chriſti, & aqua eius ſanguinem ſignat,in quo tunc mundamur.Sacerdos vero nos baptizans, Chriſti vicarius exiſtit: qui quidem primo ſal ori noſtro immittit, per quod ſignifi catur,eſſe nos creaturas rationales,intellectualesque,ſortitas vna cum angelis intellectum ad

faciendum bonum,& malum fugiendum.Secũdo,trina vice aquã infundit capiti nostro in nomine sanctæ Trinitatis.Tertio, inquirit de nomine nostro,quod ei indicatura susceptore & susceptrice:& tunc illud scribit in libro vitę,nosque cum Deo vnimur, & membra Christi efficimur:& ob hoc Christiani nuncupamur.Deus etiam pater per merita filij sui infundit nobis spiritum sanctũ suum, de q̃ viuit anima nostra. Insuper ipsa eadẽ anima nostra totaliter mũda efficit,sicut erat quãdo ex sua origine profluxit. Deinceps sacerdos mundũ lintheũ accipiẽs,ponit illud super caput pueri baptizati,mandãs ei vt vestem candidam,quam ibi accipit,sine macula perferat ante tribunal Christi.Et ideo summopere necessarium est,vt bene instituantur pueri,qualiter secundũ p̃cepta Dei,& sanctæ ecclesiæ viuere teneantur.

De confessione.

SEcundum sacramentum est pœnitentia, cuius pars est confessio.Quia enim ex nobisipsis nihil boni habemus, neque possumus, sed ad oẽme malũ procliues sumus, ideo sæpe in peccata labimur.Post quorum perpetrationem, si cum Deo in gratiam redire volumus,peccata nostra humiliter,distincte,clare & spõtanee cõfiteri debemus,cum fide, vt videlicet firmiter credamus Deũ peccata nostra libenter velle remittere,si nos ea pro infirmitate nostra libenter cauere velimus. Cũ spe q̃q; ea cõfiteri debemus, vt videlicet speremus eũ nobis oẽm, quã peccatis nostris meruimus pœnã,indulturũ,si pro hoc ipsum rogauerimus. Cũ amore denicq; cõfiteri oportet

portet pcta, vt .s. doleamus de pctis magis propter Deu , q̃ propter nosipsos. Deus etem nobis vti desiderat,& deliciæ eius sunt esse cũ filijs hominũ:sed hæc nos ei p̃ripimus,q̃ties peccato cõsentimus. Magis itaq; dolere debemus de gratia Dei,quã perdidimus,q̃ de pœna, quã peccando meruimus. ¶Porro, quãdo ad confessionẽ ituri sumus,primo nos p̃ amorosam vnionẽ cũ Deo vnire debemus,ip̃mq; rogare p̃ merita sanctissimę humanitatis suæ,vt suã in nos benedictam diuinitatẽ lucere permittat, & nr̃a nos peccata cognoscere faciat,eaq; nobis cũ vera cõtritione cõfiteri donet. Ante oĩa vero ipsi Deo cõfiteamur,sic dicẽdo: O benedicte Deus,ab æterno in tua diuina memoria,intellectu & voluntate fui, & in eis etiã nunc sum . Sic em̃ semper de me cogitas,quasi nullam aliam creaturam haberes.Et per diuinam præsentiam tuam in me existis , & clare intueris omnes cogitationes,affectiones & intentiones meas,in eundo & stando,in agendo & dimittendo , & in omni locutione atque silentio meo.Ideoque rogo & obsecro te domine Deus meus,per merita sanctissimę humanitatis tuę,permittas diuinitatem tuam rãdiare per me, & indulgeas mihi , quicquid per infirmitatem deliqui in tuam diuinam potentiam,& per ignorantiam in tuã sapientiã,& per malitiã in tuam bonitatẽ:idq; per merita purissimi vulneratiq; corporis tui,tristissimæ animæ tuæ , & humanæ gaudiosi spiritus tui.Et facta deinceps discussione cõscientiæ nostræ,sacerdotẽ vice Dei fungentẽ accedamus,eique pcta nostra tã nude cõfiteamur,sicut dñs in cruce nudissime stetit,firmiterq; credamus eũ nobis peccata nr̃a dimisisse,ip̃mq; roge-

rogemus, vt suis nos exornare sacris virtutibus dignetur.

De confirmatione.

SAcramentum tertium est, confirmatio. Quando confirmamur, Episcopus nominãdo singulos nominibus suis, summitate pollicis dextræ manus chrismate intincta facit crucem in frontibus nostris, datque singulis leniter alapam super genam, insinuans per hoc quod Christum sequi debeamus, qui ait: Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Et qui vult tunicam tibi tollere, dimitte ei & pallium, hoc est, si quis te percusserit, potius admittas plura verba, quam percutientem repercutias. Et si quid tibi ablatum fuerit, potius admittas etiam plura tibi auferri, quam inde litiges. Sic igitur confirmatio significat, quod Christi imaginem sequi, & nostra membra suis membris conformare debemus, quatenus videlicet oculis, auribus, ore, manibus & pedibus nostris sic vt ponemur, quomodo ipse suis vsus est: & hoc per abnegationem nostri, vt scilicet istud non propter aliquam nostram mercedem, siue hic, siue in futuro percipiendã, sed pure pro Dei gloria & honore faciamus. ¶ Intellexit hoc sanctus Petrus, quando dicebat: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Volens autem eum instruere dominus, qualem eum esse oporteret, aiebat: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum. (Aduerte bene quid dicit, propter nomen meum) centuplum accipiet, et

et,& vitam æternam possidebit,hoc est, habebit hic prælibationem quandam vitæ æternæ, sic videlicet,quod Deus hic ipsum possidebit,et memoriam eius vertet in sapidam scientiam,dãdo ei gustum Euangeliorum , & intellectum eius in diuinam contemplationem , ita vt Deum valeat contemplari, & voluntatem eius diuino replebit amore.Si igitur hoc pacto Christum Iesum dominum nostrum intus & exterius, prout tenemur, secuti fuerimus,ipse nos eo perducet,q̃ nos præcessit,in suæ videlicet diuinitatis fruitionem , in qua vitam æternam possidebimus : in qua vita cognoscemus,qualiter totus est in verbo,hoc est , in Christo Iesu pater , & qualiter nos per filium cum diuinitate vniti sumus, quæ nimirum vnio per amorem vtriusque, qui est ipse spiritus sanctus, nunquam infringetur.

De venerabili sacramento precioſi corporis & sanguinis domini nostri.

QVartum sacramentum est Eucharistia, in quo Deus seipsum dat nobis cum corpore & anima,cum vniuersis meritis suis, & cum tota diuinitate sua ita veraciter , sicut in cœlum ascendit, glorificatus cum eadem diuinitate sua.Nos autem patri placere non possumus,nisi per filium:& hoc per amorem spiritus sancti.Si ergo cum patre vniri volumus,necesse est,vt in sacramẽto filium eius recipiamus. Quia vero pater in filio est,& filius in patre,& spiritus sanctus in vtriusque complacentia est, in hoc sacramento Deum pariter & hominem recipimus.Porro per merita sanctissimæ humanita-

nitatis suæ idoneos, & aptos nos facit ad hoc, ut diuinitas eius in nobis operari possit, multūq; cōsiderat nos in se trāsformare & vnire. Ne igitur sacramentū istud ad nostram damnationē sumamus, ipm veterē hominē cum oībus actibus suis exuere nos oportet, hoc est, Deū orare debemus pro ☧a de peccatis nostris cōtritione, vtq; lauare nos velit in sacrosancto sanguine suo, dimittēdo nobis peccata nostra p sanctissimā acerbissimāq; passionē suā, nosq; sanctissimis virtutibus suis exornare dignet. Deinde cōsiderare debemus beneficia eius, quæ nobis contulit in creando nos, precioso sanguine suo redimendo, & seipsum nobis in cibum tribuendo. Quæ sanctissima charitas corda nostra pr̄ gratitudine liquefacere posset. Et quia cibum hunc nunquam digne percipere possumus sine ipso, qui nobis hic seipsum tribuit, nos in fidei lumen iactemus, credendo videlicet Deū per diuinitatē suā in nobis existere, & per merita sanctissimæ humanitatis suæ libenter in nobis operari velle, si ipsum pro hoc rogauerimus. Et ideo ante omnia omnes vires nostras abintra, & membra nostra abextra cum ipso vnire debemus, sicut alibi in hoc libro latius differitur.

De sacramento ordinis.

QVintum sacramētum est status sacerdotalis & sacri ordinis, cuius professores consilia dominica sequūtur, castitatem videlicet, obedientiā & contemptū rer̄ secularium. Quē statū quicunq; rite obseruāt, Christi discipuli existūt, & his ipse dicit: Adhuc modicū & mundus me iā non videt, i. mundani ac vani homi-

homines, qui Deū nō contemplabunt. Vos aūt videtis me, quia ego viuo in vobis per fidē, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, qa ego sum in patre meo, & vos in me, et ego in vobis. Sacrum hunc ordinē, istudq; sacramentum ipse dñs obseruauit, prout tota eius sanctissima vita attestatur: & qui in hoc ipsum sequuntur, hi nimirum sunt charissimi filij & hæredes eius, quos per orationes & merita humanitatis suæ perducet in fruitionem sublimis diuinitatis suæ.

De matrimonio.

SExtū sacramētum est, sanctū matrimoniū. Porro Iesus Christus dñs noster sponsus est sanctæ ecclesiæ, & oēs Christifideles eiusdē ecclesię mēbra sunt: & hi oēs in Christo Iesu vnā fidē, vnū baptisma, vnū dūm habere debēt. Caput huius ecclesię est Christus Iesus Deus & homo, qui, vt dixi, & sponsus eius est, & ipsa spōsa illius, quā ipse sibi despōsauit in patibulo crucis p̄cioso sanguine suo, & amarissima morte sua redemit, sanctissimisq; virtutibus ac meritis suis exornauit, tribuēs ei vniuersa hæc, quatenus se his exornare valeat ad placendū Deo patri, & vt q̄ties peccatis fœdata fuerit, in precioso sanguine suo se denuo lauet. Debet itaq; sponsa Christi semp esse memor primæ illius despōsationis & modi q̄ despōsata fuit, q est fidelis fides, quā ipsi semp absq; fictiōe seruabit, ita vt eius honorē sup oīa quærat & intendat, & in ipso super omnia confidat. Loci quoque in quo despōsata fuit, continue memor esse debet, qui fuit in monte Caluariæ, in ipso patibulo crucis.

¶Sic itaque Iesus est sponsus noster, q saluator mundi

mundi interpretatur, id est, omnium hominum in mundo existẽtium: qui & Christus, id est, vnctus appellatur: q Deus pariter & homo est. Propter quod ipse ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, id est, qui credit in me & confidit mihi, de ventre eius, id est, exfundo eius, flumina fluent aquæ viuæ, id est, talem a Deo spiritum accipiet, qui verum totius scripturæ sensum capiet: & ipse extra seipsum, instar aquæ, fluet, viuificans omnes, qui verbum Dei ex ore eius percipient. Est nanque dominus Iesus signum illud, quod Noe dabatur in fœdus pacis. Et ipse serpens ille est æneus, quẽ Moses in deserto, domino iubente, erexit: a quo oẽs quibuscunque peccatis onerati, sanari possunt. Ipse quoque est agnus, qui solus dignus est accipere librum, & aperire septem signacula eius. Ipse est ostium apertum in cœlo, per quod oẽs transire habent, qui ad cœlestia regna peruenire desiderant, sicut ipse de seipso testatur, dicens: Ego sum ostium ouilis, per me si quis introierit, in agnitionem videlicet diuinitatis, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingrediendo nanque in diuinitatem meam, deducetur ad montem excelsum æternitatis, in delitiosissimas diuitias diuinæ essentiæ. Egrediendo autem in considerationem nobilissimæ ac generosissimæ humanitatis meæ, omniũ virtutum mearum pascua inueniet. Ipse etiam est thesaurus sanctæ ecclesiæ, ex quo omnia eiusdem ecclesiæ membra cuncta sibi necessaria haurire possunt. Ipse est mons aureus, ex quo oẽs homines pœnas ac debita sua cœlesti patri persoluere valẽt. Ipse denique est funis a Deo patre emissus, quo

omnes

omnes exules ei adhçrentes attrahit, vt non pereant, sed vitam habeant æternam.

De sacra vnctione, & præparatione deuota ad mortem.

SEptimum sacramẽtum est vnctio extrema, quæ dat omnibus in fine vitæ suę cõstitutis. Vngitur aũt sacro oleo moriturus qsq; ad oculos, ad aures, ad labia, ad nares, ad manus, ad pedes & ad renes. Porro sacrum oleum istud significat aquam illam & sanguinem, quæ de sanctissimo corde domini nostri in cruce pendẽtis ac mortui promanabant, ex quibus sanguis tantæ virtutis extitit, quod cæcus ille miles, qui latus domini lancea perforauit, per eum visum recepit, & gratiam obtinuit: & ideo cum magna deuotione in extremis constituti, sacramentum istud suscipere debent, quatenus per hoc eis remittatur, quicquid in alijs sacramentis neglexerunt. Et quando sacerdos membra eorum sacro oleo inungit, cogitare debent, quod aqua gratiæ & amoris sanguine, quem dñs in monte Caluariæ ex sanctissimo ac amorosissimo corde suo large effudit, mundantur: Deumque abintra alloqui debent, dicentes orationem illam, quam in tertio huius Margaritæ Euangelicæ libro offendes.

De octo beatitudinibus in spiritu exercendis. Cap. LV.

BEati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Verba oris tui sunt hæc domine Deus meus. Rogo ergo te o ę-

terna beatitudo, doce me, quid sit esse beatum. Beatum est (inquit dominus) ipsum proprium nomen meū, quod ego ab æterno habui, quodq; daturus sum omnibus illis, qui hanc meam doctrinā corde retinent, & operibus adimplent, atque inde vires animę suæ exornant. Beati pauperes spiritu. Beatitudo ista in spiritu scribenda est; q cum sit imago Dei, vnde anima viuit, habeatq; Deū intra se, ideo cōuertere se in Deū cū viribus suis debet, cū memoria videlicet in patrē, cum intellectu in filium, & cum voluntate in spiritum sanctum: hicque vires suas amittere, & omnem libertatem suam abnegare spiritus debet, cogitans hoc pacto: Si Deus in me est, quid ergo ipsum quæro extra me? Si creator meus, ac beatitudo mea intra me est, cur ipsam foris quæro? Si ergo in me es, o domine, dic mihi obsecro, quonam pacto in me sis. Ego quidem præsentiam tuam intra me non sentio. Deus: Noueris o anima sic me esse intra te, quomodo sol est in cœlo. Et licet ipse non semper luceat, virtus eius nihilo minus integra sibi manet in cœlo. Quod autem non semper lucet, inde fit, quia nimirum ab aeris intemperie præpeditur. Sic o anima nobilis, & inter me & te scias esse. Equidem per diuinitatem meam cum diuina virtute mea in te semper existo, sed tu hoc ipsum neque rite credis, neque recte intelligis. Quod enim per gratiam meam in te non operor, & quod tu me non sentis, quodque in te non ago, inde accidit, quod mihi tuis iniquitatibus obicem ponis, quodque me non rite cognoscis, neque diligis. Et ideo neque tu me frui, neque ego te vti perfecte possum.

¶ Ab-

¶Abnega proinde temetipsum o homo & facta te simpliciter in ipsum lumen fidei, credendo firmiter Deum esse intra te, & quod tuipse nihil es, nihil scis, nihil potes, atque sic ores: O domine Deus meus, qui cœlum imples & terram, qui vita es animæ meæ, quia ego nihil charius habeo quam meipsum, ideo meipsum totum tibi do, teque rogo, vt primo suscipias propriam imaginem tuam, & deinde me, qui sum vas iniquitatis, & fac mecum iuxta potissimum beneplacitum tuum in tempore & æternitate, & trahe me totum in te adeo perfecte, vt a te nunquã valeam separari. O cœlestis pater, ex hoc iam rege cogitationes & desideria mea, quæ tibi vere do, & tua veraciter facio, oroque te, vt quod tuum est, custodire digneris. Tu nanque es æterna, increata & insuperabilis fortitudo: ita vt qui in manibus tuis sunt, nemo eos rapere valeat ex eis. O spiritus sancte Deus, dirige voluntatem & amorem meũ. Tua nanq; sunt, & ideo non sinas perire quod tuũ est: quia tu es æternus & increatus patris & filij amor. O fili Dei altissimi, dignare obsecro illuminare & instruere intellectum & rationem meam iuxta potissimum beneplacitum tuum. Ego enim intellectum meum & omnem libertatem meã, in qua me posuisti, animã quoq; et corpus meum, & quicqd sum vel possum, tibi nunc reddo cũ plena meipsius abnegatione, cõfitens humiliter me sine gratia tua nihil oñino posse. Et quia veraciter scio neminem tuæ potenti virtuti resistere valere, ideo rogo te Deus meus, vt mei potens ac memor esse velis, & trahe me in te, vniasque me tibi: tibi (inquam) qui

es ſummum bonum illud, quo pleni ſunt cœli et terra. Si ergo o domine Deus meus cœlum & terram reples maieſtate gloriæ tuæ, etiam me replere digneris, qui ſum vas luteum, faciasque tuum in me habitaculum, & me vere pauperem ſpiritu reddas: ita vt extra te neque velim, neque ſciam, neque appetam, neque eſſe velim aliquid, ſed vt te domine Deus meus ſequar in tali paupertate, talique ſtatu, in quo tibi eſt acceptiſſimum. ¶ Nunc igitur, o anima mea, fugias ex animo, quicquid huic ſanctæ paupertati contrarium eſt, & adimplere ſatagas quicquid ei proficuum eſſe cognoueris, vt eſſe merearis vna ex eis, a quibus regnum cœlorum vim patitur. Quod quidem regnum cœlorum eſt ipſemet Deus, cui pauperes vim inferunt & violenter rapiunt, quia ipſe veraciter eorum eſt: & ideo ipſi beati ſunt eadē beatitudine, qua Deus ipſe beatus eſt, eoſq; vocat proprio nomine ſuo. ¶ Denique pauperes iſti primo mori debēt oībus illis, q̄ in eis ſenſualiter viuunt. Secundo, ſemper noua quadā fame Deū inſatiabiliter deſiderare. Tertio, paupertatem ſuſtinere, eāq; nulli melius q̄ ſi bīpſis fauere. Quarto, ſeparare ſeipſas ab omni creatura, in qua aliquā extra Deum delectationē habere poſſent. Quinto, multūm humiles intus & exterius eſſe. Sexto, mentē ſemper in Deū eleuatā habere. Septimo, ſitibundā deuotionē habere. Octauo, nihil appetere ſcire niſi Deum. Nono, extra ſeipſos nihil eorum, quę eis ad ſalutē neceſſaria ſunt, extra ſeipſos quærere, ſed ſemet introrſum cōuertere, vbi Deus ſemper eſt præſens. Decimo, nulla ſpiritalia dona ad lectum deferre, id eſt, in nullis Dei donis requieſcere, & nulla talia bona

bona per patentem campum deportare, id est, in eis gloriari, neq; sibijpsis ea tribuere, sed omnia bona soli Deo asscribere, & credere Deum esse in eis. Et ideo semper extra & intra seipsos in Deum fugere debent, eiq; offerre omnia, quæ ad ipsum pertinent, et discere ab eo, quicquid eis necessarium existit, nec in aliquo alio, præterquam in ipso solatium quærere, eique æquali semper stabilitate & fidelitate adhærere, siue consoletur, siue non, sicque cogitare. ¶O mi amantissime Deus, satis iustum est vt subtrahatur mihi diuina familiaritas tua, qui tibi toties tam infidelis extiti. Ego vero in desolatione libenter cõstituam solatium meum, vt diuina iustitia tua perficiatur: quæ non nisi iuxta meorum exigentiam meritorum iudicare potest. Rogo autem te mi domine, conforta me in amore tuo (quia sine auxilio tuo nihil possum) & tunc pro tuo arbitrio eas & redeas, sicut hoc magnos dominos decet.

Secunda beatitudo in concupiscibili scribenda.

BEati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæc beatitudo in vi concupiscibili scripta esse debet. Vbi nanque cor mundum extiterit, ibi Deus in anima videtur. Siquidem anima in corde est, cuncta corporis membra viuificans, habetque in se vires multas variasq; inclinationes, quas omnes esse mundas oportet, ita vt cum voluptate siue delectatiõe nulli inhæreant creaturæ, & cum desiderio nihil nisi Dei gloriam quærant. Ideo quisq; vires animæ suæ cum quinque sensibus cunctisque membris

ſuis ſemper in Deo ſeruare, eaq; omnia in lumẽ fidei proiicere debet, credens Deum eſſe intra ſe & iuxta ſe, libenter eum adiuuare volentem (ſi hoc petierit) qui dabit ei coronam aureã, quam nemo alius habebit, & canticum nouum cantabit, quod nemo alius cantabit, & agnum ſequetur, quocunque ierit. ¶ Rogo itaque te Deus meus, doce me, quis ſit agnus iſte, & qui ſunt, qui ſequũtur eum: & quonam vadit agnus iſte. Agnus eſt (inquit dominus) mea nobilis, innocens, pura & incontaminata humanitas, vnita ſummæ ac venerandæ diuinitati meæ: qui agnus ſeipſum ſemper recreat, & paſcitur in ſummæ meæ diuinitatis monte, eumq; ſequuntur omnes qui ſua calciamẽta depoſuerunt, & lauerunt pedes ſuos. Hi ſunt qui ſeipſos non ſolum ab immundis actibus, ſed etiam ab omnibus malis cogitationibus, affectionibusq; cuſtodierunt: & ſic calciamẽta ſua exuerunt, id eſt, cuncta a ſe mala deſideria reiecerunt, & cum deſiderio Chriſtum in caſtitate ſequuntur: quatenus altiſſimo ſuæ diuinitatis monti propinquare, ſuaq; de itate perfrui valeant. Etiam pedes ſuos lauerunt, id eſt, quando ſeipſos ad mala deſideria propenſos inuenerunt, euntes lauabant ſe in amara paſſione & precioſo ſanguine agni, & cuncta ibi mala deſideria ſua perdiderunt. Et ideo digni ſunt agnum ſequi, & ſua vna cum ipſo diuinitate perfrui. Inſuper & canticum nonum cantabunt, quod nemo alius cantare poterit, id eſt, diuino lumine præ omnibus clariſſime transradiabuntur, per quod lucidiſſime cognoſcent Deũ in ipſis exiſtere: & ideo Deũ ſemper magnifice laudabunt cum cognitione pariter & amore in

re in quieta ac manifesta fruitione, vniti ipsi sine medio, in illo nūc sempiterno. Et hoc est canticum, q̄d cantabunt. Coronā etiā auream habebunt, quā nemo alius habere potest: quæ est quidam splēdor siue claritas, quæ eorum capita circūdabit, quā ipsi a summa deitate præ alijs sanctis sunt accepturi. Hoc igitur modo beati sunt mundicordes, eosq; sponsus ille inuisibilis amabit, Deus videlicet omnipotēs, q̄ est sponsus mūdarum animarū: qui licet in seipso est inuisibilis & incomprehēsibilis, delectatur tamen in anima munda: cuius etiam fructibus, id est, mūdis, deuotis flammigerisq; desiderijs pascitur.

Tertia beatitudo in vi rationali.

BEati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hac beatitudine vis rationalis exornari debet. Et quia Deus est pacificum, quietum, tranquillum & incommutabile bonum, quod nunquam ad indignationem moueri, cuius pax nunquam turbari potest, qui semper æque tranquillus existit, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, id est, lumen diuinæ gratiæ suæ ita paratus est diffundere super malos, sicut super bonos, si modo conuerti voluerint, & pluit super iustos & iniustos, id est, æque corporis necessaria ministrat suis inimicis, sicut amicis: ideoque filij Dei perfecti esse debent, sicut & pater eorum cœlestis perfectus est, & libēter aliquid pati supra æquitatē & rationē, quando etiā non meruerūt: nec luctari debet ratio eorū pro excutienda a se aduersitate huiusmodi, sed humiliter ac resignato animo semetipsam spōte tradere captiuā, dicereq; cū Iesu, q̄d ipse

dicebat inimicis suis: Si me quæritis, accipite me: et exosculari tam amorose tribulationem illam, sicut ipse osculabatur proditorē suum, sicque cogitabit: O amantissime pater domine Deus meus, si vis, vt veniat super me tribulatio ista, fiat pro desiderio tuo acceptissima voluntas tua. Tantummodo conforta me in ea, & adiuua me, vt eam pro amore tui tam libenter sustineam, sicut tu propter me passus es.

Quarta beatitudo in vi irascibili.

BEati mites, quoniam ipsi possidebūt terrā. Primo quidem mites possidebunt terrā viuentium, id est, dñm nostrū Iesum Christū cum omnibus opulētissimis meritis ipsius, q̄ nobis ipse daturus est: qui etiā habitare vult in nobis, si mites fuerimus, seq; intra nos abscondere, nosq; tueri ab omni noxia tētatione, & vim nostram irascibilem in mititatem mutare. Secundo possidebunt propriam terram. i. carnem suam et sanguinem. Quantum enim in mititate proficiunt, tantū etiam in puritate crescunt. Tertio possidebunt terram proximor; suor;. In eo nanq; q; humiles sunt atq; mites, omnes sibi homines attrahunt. Rogare proinde sæpius hoc pacto debemus: O mansuetissime agne Dei, immuta superbam ac tumidam vim meam irascibilem in mititatem, & sic me in tuo conforta amore, vt nunquam bene agere cessem.

Quinta beatitudo in amore animæ.

BEati qui esuriunt & sitiūt iustitiam, quoniam ipsi saturabunt. Hæc beatitudo in amore scribi debet, quatenus videlicet amor in anima iugiter esuriat ac sitiat ad fontem viuum

viuum & ad riuos aquæ viuæ, nec vnquam ceſſet ab oratiõe, donec inde bibere mereatur. Quo facto, nullam deinceps rerum labentium aut vanarũ ſitim patietur, ſed multo magis eſuriet ac ſitiet iuſtitiam, id eſt, amorem Dei, in quo quanto amplius profecerimus, tanto etiam in vnione Dei creſcemus: & quantum Deo vnimur, tãtum etiam ipſum in ipſo & per ipſum cognoſcemus. Quanto vero lucidius ipſum cognouerimus, tanto amplius diligemus. Et quantum ipſum cum ipſo & propter ipſum dilexerimus, tantum etiam ipſo fruemur, & ipſe nobis in gaudijs ſempiternis. Et tunc perpetue eſuriemus ac ſitiemus iuſtitiam, id eſt, ipſum Deum. Quantumcunque enim de ipſo manducamus ſiue bibimus, ſatiari omnino non valemus: & hoc modo nos cunctis guloſiores ſumus. Quantumcunq; enim manducamus, nũquam ſatiamur altiſſimo amore iſto, qui nunquam infringetur.

Sexta beatitudo in manibus animæ.

BEati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Iſta beatitudo in manibus animæ ſignanda eſt. Quiſquis enim ſiue a Deo, ſiue ab hominibus miſericordiam conſequi ſperat vel deſiderat, ille miſericordiam impendere debet & ſibi & proximo ſuo, & ipſi quoq; domino Deo ſuo. Primo itaque miſericordiam impendet Ieſu Chriſto, præcipuo animæ ſuæ amatori, qui ſemper ſtat ad oſtium cordis, id eſt, ad deſiderium animæ, pulſatq;, dicens: Aperi mihi ſoror mea, &: memento quæſo quod frater tuus effectus ſum per humanæ naturę tuæ aſſumptionẽ, deſiderans paternam hæreditatem

meam tecū diuidere. Aperi mihi ſponſa mea deſideria cordis tui, meq; in eis requieſcere permitte, qui ſum ſpōſus tuus, veliſq; meminiſſe quam charum precium, corpus videlicet, animam atq; ſanguinem meum pro te dederim. Miſerere itaque mei, & tuā ipſius operare ſalutem, ne me inaniter effudiſſe contingat ſanguinem meū. Aperi mihi formoſa ſponſa mea, & agnoſce me eſſe creatorē tuum, qui te tam pulchram ad meā ipſius imaginē feci. Reuertere igitur in originē tuam, vñ tam pulchra emanaſti. Deſidero eñ denuo recipere te, ſaltem oſtende mihi faciē tuam .i. intentionem tuā, meq; pro auxilio iugiter implora, vt ſic te iuuandi habeam occaſionē. Ecce ſto poſt parietē, & pulſo. Manifeſtare meipſum non valeo, eoq; alienos amatores admiſiſſe te cerno. Ecce enim memoria tua diſperſa eſt, intellectus obſcuratus, voluntas recurua, deſideria infirma, & amor perq̄ modicus. Miſerere obſecro tui. Declina a malo, & fac bonum. Da, & dabitur tibi. Dimitte, & dimittetur tibi.

Septima beatitudo in pudore.

BEati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Hæc beatitudo in pudore animæ ſcribenda eſt, ita vt nullatenus quis erubeſcat Deo ſeruire, & ſubſtrahere ſibi oēs ſenſuum oblectationes, vt q̄tidie niti mori ſibijpſi, propriāq; naturam, & ab omni ſe creatura elongare. Et ſi ob hoc forte deſpectus fuerit, erubeſcere non debet, nec ab huiuſmodi ſtudio ceſſare, quinetiam ſi omnia a ſe meliori modo facta alij in peius, imo peſſime interpretentur, hoc humiliter & cum animi verecundia ſufferre debet, & lugere cæcitatem atq; tranſgreſſiones proximorum ſuorum,

orum, & damnum quod sibijpsis sua malitia inferunt.

Octaua beatitudo in gaudio.

BEati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint propter me, ait dominus: Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cœlis: imo tam multiplex, q̄ sæpe propter virtutes oppressi siue despecti fueritis. Notandum, q̄ Deus est fundus vel origo oīm virtutum. Qñ ergo virtutes sequendo, persecutionē propter ipsas patimur, tūc ipsæ virtutes nobis pro præmio dantur. Hæc beatitudo gaudiū animæ exornat: q̄d sane merito gaudere potest, quoties pro Deo quis aliquid pati habet: Tunc enim beatus est, & beatitudo eius magna & multiplex existit.

Qualiter septem artes liberales exerceri debeant circa septem verba Christi, quę in cruce loquebatur. Cap. LVI.

PRima artium liberalium Grammatica dicitur, q̄ est ars recte loquendi: quam artem nos Christus edocuit, qñ dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Et nos ergo sic beneloquendo, & bene faciendo, & inimicis nostris ex fundo cordis, verbis et operibus ignoscendo, ita vt in nullo charitas minuatur, et amicos & inimicos amorose affari debemus. Christus nanq̄ ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Non quidem in potentia, quā Lucifer rapere dum volebat, corruit.

Neq̄

Neque in ſapientia, quia dum Adam & E
pluſquam oportebat ſcire volebant, extrapa
diſum electi ſunt, neq; in diuitijs, quas diabol
quidem promittit, ſed perpetuam reddit paup
tatem: verum in bonitate perfectio iſta conſiſt
ex qua Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bon
& malos. Et in hac bonitate nos ei ſimiles e
debemus, dando vnicuiq; menſuram bonam
corpus, in bona & in honorem ipſius: & men
ram confertam, imprimendo videlicet omne
num & virtutes in animam ipſius: & meſur
ſuperefluentem, rogãdo videlicet Deum, v
os abintra cum gratia ſua perfluere ac ſuperf
re dignetur. Et ſic perficiemus illud Chriſti p
ceptum dicentis: Eſtote miſericordes, ſicut &
ter veſter cœleſtis miſericos eſt. Dimittite, &
mittetur vobis. Menſuram ſuperefluentem
bunt in ſinum veſtrũ. ¶ Secunda ars dicitur
lectica, quæ eſt differendi ſcientia, quam nos
tem Chriſtus edocuit, quando latroni dice
Hodie mecum eris in paradiſo. Quod non ſi
pliciter intelligi debet, quaſi eadem die in te
ſtrem admiſſus fuerit paradiſum. Deſcendit
que in limbum, quo et anima Chriſti deſce
cum tota diuinitate ſua, quæ eſt ipſe paradi
Porro, artem iſtam ſpiritaliter exercere, eſt v
cuiq; pro ſuo captu loqui, & paucis verbis
ta innoteſcere, ſicut et ipſe Chriſtus ſæpius i
rabolis inuenitur eſſe locutus, ſpecialiter cũ
liere illa Samaritana, cui & dixit: Qui biber
aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in ætern
Et rurſus alio loco, cum Iudæos ex templo
ret, & ipſi, in qua hæc poteſtate faceret, inter
garent, reſpondit: Soluite templum hoc, &
bus

bus diebus excitabo illud. ¶ Tertia ars Rhetorica dicitur, quæ nos docet ornate loqui. Et hãc artem nos Christus edocuit, quãdo matrem suam in nimijs pressuris constitutam, tam ornate alloquebatur dicens: Mulier ecce filius tuus. Mulierem eam idcirco vocãs, quod ipsum cœlesti patri continue rursum offerebat, eumq; denuo per profundissimam humilitatem & gratitudinem in diuina origine pariebat: ex qua ipsum purissima virgo existens conceperat, & virgo permanens, pepererat. Adeo nanq; mentem suam liberam seruabat ab omnibus donis sibi a Deo collatis, ac si Dei mater minime fuisset. Et eodẽ modo nos quoque mater esse possumus & virgo. Virgo quidem sumus, quãdo dona Dei ab ipso suscipimus: & mulier, quando hæc eadem rursus offerimus ipsi: cuius tamẽ veraciter propria existunt. Christus nanq; alloquendo matrem suam, docuit nos ornate alloqui amicos nostros: quod & inimicis nostris præstare nos docuit in eo, quod Iudam tam dulciter alloquebatur, dicens: Amice, ad quid venisti? In corripiendo quoque hoc nos obseruare voluit, vt cum trabẽ prius ex oculis nostris eiecerimus, ornate proximo nostro dicamus: Liceat mihi festucam eijcere ex oculo tuo, magis per obsecrationẽ, quam increpationem. Seruauit hanc etiam artem Christus post mortem suam, cũ inferni claustra penetrãs, dicebat: Attollite portas principes vestras, et eleuamini portæ æternales: principes eos vocãs, & non maledictos dæmones, siue abiectas creaturas. ¶ Quarta ars Musica dicitur, quæ est scientia dulcium melodiarum, & diuersorum instrumentorum musicorum, quæ cor aperuerũt ad susscipien-

ſcipiendum diuinum influxum, & ſpiritum ex
tant ad amoroſum amplexum, vt vnus cũ De
ſpiritus efficiatur: ad manandũ quoq; & liqueſ
endũ in ipſum dilectum, & vt a torrente volu
ptatis eius adeo inebrietur, vt noſipſos & oẽ
creaturas penitus obliuioni tradamus, ad quo
omnis cantus atque luſus eſt inſtitutus. Porro,
ſunt quidam amici Dei, qui non audẽt luſus mu
ſicos audire, timentes ſe per hoc fore capiendos,
ſicut ſerpens, qui dum dulces ſonos audit, obtu
rat aures ſuas, capi metuens. Attamen continere
ſe non poteſt, quin interdum auſcultet, & per
hoc ſeſe erigens manifeſtet, exiens de antro ſuo
quod tunc ilico magiſtri obturantes ſerpentem
capiunt, eumq; in ſcrinio cum triticeo pane di
bus quatuordecim includunt, qui panis indies r
nouatur, & cura adhibetur, ne ſerpens terram
contingat. Et ſic ab omni veneno mundatur, ita
vt ſecure manibus tractari poſſit. Quod iam ad
ſpiritalem ſenſum trahamus. Quando timemus
per cantus delectationem aut dulces chorda
rum ſonos abſtrahi nos ad mundi vanitates, no
ipſos in ſpecu noſtro, id eſt, in intimo ſpiritus n
ſtri includere debemus, ita vt terram nullatenus
attingamus, & quotidie ſumere recentem trit
ceũ panem. i. venerabile ſacramentũ, q̃d ſemp
ſpiritaliter accipere poſſumus, cauẽdo nobis n
terrena quælibet contingamus, vnde intoxica
poſſimus. Et ideo quotidie ipſum venerabile ſa
cramentum ſpiritaliter ſumere debemus, & ſi
ab omni veneno noſtro liberabimur, ita vt ſan
ſecure quaslibet ſuaues melodias atq; muſico
luſus tanq̃ ſpiritalẽ materiam ad Dei gloria
& ſpiritus vnionem audire poſſimus. Hac a
vete

veteris Testamenti patres vtebantur: qui quoties mens eorum grauabatur,& spiritus attædiabatur, citharam vel aliud quoduis musicum instrumentum ad excitandū spiritum suum, & vt apti essent spiritū prophetiæ suscipere,sibi adduci faciebāt. Fecit hoc & Dauid & alij nonnulli, qñ grauati erant. Similiter & Christus hac arte vtebatur, qñ in cruce velut citharabene distenta(cuius oēs chordæ rite sunt ad punctū dispositæ)pēdebat, in qua cœlestis ille musicus tā dele ctabiliter canebat,vt oēs nerui eius lacerarētur, & venæ disrūperentur,vñ cor cœlestis patris adeo cōmouebatur,vt oēs venæ sanctissimæ Trinitatis rūperentur,& super vniuersum genus humanū effluerēt,quod tunc ab æternæ mortis ergastulo soluebatur, & spiritibus malignis omnis eorum virtus auferebatur.Hanc eandē Musicam docuit nos Christus, quando in maxima necessitate & desolatione in crucis patibulo suspensus, voce magna clamabat: Deus meus, Deus meus,vt quid dereliquisti me.Et hæc licet infimæ notæ in passione domini cantantur,suauissimum tamen & altissimum in diuino corde sonum faciunt.Sic igitur nobilissima illa philomela cantauit, vt dulcis vox illius in extrema necessitate ipsius rumperetur,docens nos, quatenus in omni pressura & anxietate ad Deum clamemus,dulciter cantando in cordibus nostris,ad laudē patris, honorē filij, amorē spiritus sancti, & gloriā supersanctissimę Trinitatis. ¶Quinta ars Geometria dicitur, q̄ rite mensurare docet. Hanc artem in cruce nos Christus edocuit, qñ dicebat:Sitio,quasi diceret:O amātissime pater, licet tot & tanta pertulerim,& iā fere nihil mihi

supersit

superſit ſanguinis, qui effuſus non ſit, adhuc tamen plura ſuſtinere deſidero. Ecce enim lingua mea paſſa nondum eſt. Autore ſancto Bonaventura tanta fuit iſta ſitis Chriſti, vt ſi tot ſibi corpora fuiſſent, quot ſunt ſtellæ in cœlo, atomi in ſole, arena circa mare, & guttæ aquæ in pelago: illa omnia libenter in pœnis dimiſiſſet etiam vſque ad nouiſſimum diem, potius quam vnã animam ex parte ſua perire ſiuiſſet. Tam ergo liberaliter nobis emenſus eſt, plenamque nobis menſuram tribuit, ad ſatisfaciendum videlicet cœleſti patri amariſſima morte ſua pro peccatis noſtris, docens nos, quatenus & nos ſitire debeamus pro amore Dei plura bona agere, adeo vt ſi tot nobis corpora eſſent, quot membra habemus, ea omnia libenter diuinis obſequijs manciparemus. Quod enim opere perficere non valemus, id bona voluntate, atq; deſiderio ſupplere debemus, dicendo affectuoſis cogitationibus, rationali intellectu, voluntatis conſenſu, & oĩbus cordis noſtri affectionibus: O æterne Deus, vtinam poſſim tibi tãtum laudis impendere, quantum tibi ab initio mundi impenſum eſt, & adhuc vſq; in finem ſeculi impendetur. Et hoc modo geometriã ſpiritaliter diſcere conemur. ¶ Sexta ars Arithmetica dicitur, quæ eſt recte numerandi ſcientia. Hanc artẽ ſimiliter in cruce ſua nos Chriſtus edocuit, cum perliberaliſſimam illam menſurationem ſeipſum dulciter in quiete, velut in ſomno poſuit, perpendens & dinumerans omnes pœnalitates ſuas, vtrum adhuc aliquid deeſſet paſſionum illarum, quas ſibi pater cœleſtis impoſuerat, & prophetæ de ipſo prædixerant. Et cum nihil deeſſe videret, dixit: Conſum-

ſummatum eſt. Docuit ergo nos Chriſtus artem hãc numerandi, admonens nos, quatenus & ipſi perpẽdere ac dinumerare debeamus, vtrũ facia mus ea, q̃ iuxta Chriſtianę religionis, & ordinis noſtri exigentiã facere tenemur. Et qñ in his deficere nobis aliquid cernimus, illum defectũ deſiderio ſupplere debemus, dicendo: O vtinam cuncta, quæ ad me ſpectant, adimpleſſem. O vtinam ſemper perfecte vixiſſem. ¶ Septima ars Aſtronomia dicitur, q̃ curſum cœli docet & planetarũ. Hanc artem dñs Ieſus nos edocuit, qñ in cruce tam forti voce, vt in Hieroſolymis audiretur clamabat, dicens: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum: ſicq; ſpiritum ſuum in manus patris ſui tradidit, & tunc iuſtitia in ſempiternã mutata fuit miſericordiam, quam nobis veriſſimo ſigno manifeſtauit. Cum enim Longinus ille tam crudeliter cor illius perforaret, ſibĩpſi aditum parauit intrãdi ad cor domini ſui, lumenq; diuinitatis ſibi reuelatũ fuit. Et per hoc nobis ſecurus ad Chriſtũ acceſſus panditur, qui etiam nos hic edocuit, qualiter in manus domini ſpiritum noſtrum commendare debeamus. Quę nimirum manus eius ſunt ſapientia & bonitas, per quas omnis cœli terræq; motus regitur, e q-bus omnes planetę ſuum ordinem accipiunt, q-bus & obſequũtur. Debemus ergo hanc ab ipſo artẽ diſcere commendando videlicet ſemper in manus æterni patris ſpiritum noſtrum, qui tunc liber efficietur, & ſuper omnem cœli curſum et cõminationes planetarũ eleuabitur, ita vt ſi etiam propter peccata noſtra plagæ quælibet per diuinam ordinationem conſtitutæ ſiue præordinatę eſſent, ab his omnibus protegemur p hoc,

quod nos modo supradicto in manus dominicō mēdamus ac resignamus. Ipse nanq; dicit: Non rapiet oues meas quisquam de manu mea. Et iterum: Protegam sanctuarium meum. Et rursus: Quis cecidit, nisi qui in seipso inuentus est, et in veritate in me non stetit? Nunq; proinde huius artis obliuisci debemus, in quacunq; simus necessitate constituti. Si enim aliqua tribulatione in nos ex improuiso irruente, ex huiusmodi fundo plena fide diceremus: Pater in manus tuas cō mendo spiritum meum, confestim tribulatio illa retrorsum conuertitur. Sēperq; ita ad dominum Deum nostrum, velut filij ad patrem, confugiamus, & in præsentia eius cum timore pariter & amore ambulemus. Quod ipse nobis præstare dignetur, q̄ est Deus benedictus in secula, Amen.

MARGARITAE EVANGELICAE

Liber secundus.

Soliloquium animæ cum Deo. Cap. I.

CREDO in Deum. Credo, inquam, te o mi amantissime vnū verum esse Deū, in personarum Trinitate essentiam quandā simplicem & immobilem, cōtinentem in se potentiam, sapientiam & bonitatem. Et quidem per potentiam tuam omnia conseruas, per sapientiam omnia cognoscis,

gnoscis, p bonitatē diligis cūcta, q̄ creasti. ¶Credo te oīs essentiæ essentiā, & animæ quoq; meæ te esse essentiā: lumē oīs luminis, & lumē animę meæ: vitā oīs vitæ, & vitā animæ meæ. Credo me ab ęterno in diuina tua essentia fuisse increatum in patris, memoria in cognitione filij, & in amore spūs sancti: quodq; me creaueris ad imaginē & similitudinē tuā, & in ea te vnieris. Credo te essentialiter vere ac nude esse in essentia animæ meę, et in cūctis hoībus, sicut vnus sol est, in q̄ oēs radij vniuntur. Sol in radijs, et radij in sole, & vnus sol est, & in quolibet totus est. Sic & tu vnus es Deus habēs me in te, & ego tua sum factura, habens te in me. Et sic in oībus es hominibus, & oēs nos ex æquo redemisti. Et sicut sol super cūcta lucet & radiat virtute, lumine & calore, sic et sol diuinus in oībus est hominibus, cū potentia patris lumine, & sapiētia filij, & calore amoris spūs sancti. Et quantū quisq; se denudat, tm̄ operaris in ipso. Et sicut sol extrahit & consumit oēm fœtorē malosq; humores in omnibus, q̄ detecta sunt ipsi, & q̄ attingere potest: sic & tu in nobis consumis & destruis oēs defectus nostros, & malū conscientiæ nostræ fœtorem (si tamen detecta fuerit tibi) eamque per diuinā virturem, lumen & calorem tuum suaueolentem & delectabilem & in omni virtute fœcundam efficis. Et quia sic intra me es, meq; ad imaginē & similitudinē tuam formasti: ideo vis vt cognoscā te. Quid em̄ mihi prodesset tam excellēs bonū & precioſum thesaurū habere in me, si te nō cognoscerē? Nō em̄ amari potest incognitū. ¶Si igitur imaginē & similitudinē tuā habeo intra me, es ne ergo imago? Deus: Minime, sed spūs

sum ego & simplex quædã essentia, & pater spirituũ. Anima: Ergo et ego simplex essentia sum. Vnde igitur omnes istæ imagines, quibus depicta sum? Deus: Eas abextra per quinq; sensus tuos e creaturis introrsum trahis, & seruas eas in viribus tuis. Non enim possunt in nudam spiritus essentiam pertingere, nec in essentiæ vnitatẽ, in qua ego proprie, actualiter & fruitiue absque imagine inhabito. Et imagines ac multiplicitates istæ te impediunt, quo minus me cognoscere, & vna simplex essentia, vnusque spiritus mecũ effici possis. ¶ Anima: Vbi ergo sum vnus spiritus? Deus: In suprema animæ portione, in simplici illa essentia, vbi tres vires vnũ sunt, vbi est animæ imago. Anima: Vbi tuam habeo similitudinem? Deus: Vbi tres illę vires ex essentiæ simplicitate profluunt in actualitatem similitudinis superglorioſissimæ Trinitatis. Anima: Per qd similis sum tibi? Deus: Per hoc, quod tei psam introuertis in fundum tuũ, in simplicẽ essentiam tuam, mecũq; vnus spũs efficeris, & cauendo ne cogitationes tuæ resistant siue impediant, q̃ per potentiam meam operor in memoria tua: & ne intellectus lumen illud obfuscet, quod per diuinã sapientiam meam operor in te, & ne voluntas tua resistat ei, quod itidẽ per bonitatẽ meã in te operor. Et sicut ego per potentiam, sapientiam & bonitatem meam operor in te, sic et per te operor per memoriã, cognitionẽ & amorẽ. Et hæc quidẽ impedire potes, & sic similitudinẽ peruertere & amittere conformitatẽ, in quantum videlicet bonas cogitatiões nõ sequeris, lumen obtenebras, & per voluntatẽ ei resistis. Siquidẽ ad similitudinem meam creauit te, donans tibi ar-

tibi arbitrij libertatem, per quam & bonum se qui, & malo resistere potes, non tamē absq; me. Et quia sine me nihil potes, ideo esse volui & sum intra te, libentissime te adiuuare volens. Sed & ego sine tua cooperatione saluare te nolo, sic que me tecum & cum vnoquoque homine vniui, vt neq; velim, neq; possim recedere a vobis. ¶Si ergo in hunc nudum fundum te conuerteris, teq; mecum vnieris, tunc fieri poteris per gratiam, quod ego sum per naturā. Equidē vita tua, & nutrimentum sum spiritus tui. Efficiaris ergo quasi modo genitus infans, qui sugit vbera matris, & de nutrimento eius pascitur, adeo vt nihil ipsum cōmodius enutriat & augmentet. Sic & tu per sanctissima merita mea pura & mūda velut infans effici, teq; introrsum cōuertete, & in diuinæ essentiæ vnione nutriri debes. Non enim vsq; alias tam cōueniens reperies nutrimentum, vnde videlicet spūs tuus a spiritu meo intrahit, & testimoniū accipit esse te filiā meam. Ibi plane oēm tibi veritatē annuncio, & secretum meum manifesto: & sic in essentia tua per diuinā essentiā meam nutriris. Ibi osculor te osculo oris mei. i. essentiam tuā osculor diuina essentia mea, tuq; velut sugēdo nutriris conuenientissimo, q̄d in me sit, nutrimento, vnde deinceps in oībus mē bris tuis. i. viribus & affectiōibus tuis virere incipis, tamq; magna efficeris, vt onera humanitatis meæ tibi imponere valeam. Per hoc ipsum nutrimentū meum intelligens & sapiens efficeris, cognoscens voluntatē meam, desideriū et intentionē: memoria tua fœcunda & vna mecum fruitio efficitur: voluntas tua alteratur, & vnus mecū amor vnusq; fit spūs: in cogitatiōibus tu-

is tranquilla efficeris, qa in me quieſcunt: in intellectu hilaris, qa me intra te eſſe cognoſcit: & in volūtate libera, quia ipſa in me eſt. Et ſic ſancta & deiformis in tua mēte efficeris, habēs ſemper gaudioſum ſpūm: idq; p merita humani gaudioſi ſpūs mei, q hoc promeruit, vt ad hanc ſimilitudinē et conformitatē redire poſſes. Hęc nā que volūtas mea eſt, vt ſemper pacata, læta & libera exiſtas, quatenus ego in ſpū tuo quieſcere valeā ad gloriam meā. ¶ Inſuper ex hoc nutrimēto & fœcunditate teipſam inclinas & demittis in abyſſum humilitatis ſub mea diuina potētia: q̄d quanto facis profundius, tāto ego me ad te amplius conuerto & inclino. Illuminat quoq; nutrimentū iſtud rationē per ſapientiā meam, vt diſcernat & eligat bonū, ex qua nimiꝝ virtutis electione ipſa ſancta efficitur. Ex hoc quoq; nutrimēto vis cōcupiſcibilis trahitur ad moriendū omni delectationi, diuitijs & honoribus ſeculi, q̄ mortificatio ipſam lætificat. Vis quoq; iraſcibilis pacata redditur. Et tunc me o anima delectat ſedere in te, teq; pro mea delectatione & deſiderio regere: & hoc per merita meæ ſanctiſſimæ ac doloroſæ animę. Cor deniq; et corpus tuū immuto, purifico et mundo, & te cū gaudio & exultatione mihi facio deſeruire, atq; ex hac interna pace cordis cū hominibus oībus pacifice ac hilariter conuerſari, teq; ad meæ ſacroſanctæ humanitatis exemplum cunctis ſubijcere diſcis: & hoc per merita ſanctiſſimi, mūdiſſimi & trāſuulnerati corporis mei. Et tunc in tuo delectat corpore morari. ¶ Taliter ergo paſceris atq; vireſcis in meæ diuinæ eſſentiæ nutrimento, & per tuam eſſentiam in meā diuinam eſſentiā, & per tuā naturam

turã in meã diuinã naturã per gratiã transmuta ris. Atq; in eo,q; teipsam ad me taliter cõuertis & in me manes,ecce ego imprimã spũi tuo quã dam essentialẽ,vnicã, æternam,diuinã, delecta bilẽ,pacificam atq; iucundam essentiã,ad instar meæ diuinæ essentiæ,& tibiipsi imprimam inter nã illam pœnã atq; crucem, quã in anima mea portaui: quæ crux tam precioſum munus est, vt nulli præterq; solis electis meis donetur: his ni mirum, qui in secretam illam cellam vinariã de uenere.Et hi norũt,q; parũ intentionem, desideriũ ac voluntatẽ meã in multis perficere valeo,q tamẽ in omnibus sum hominibus.Et hęc est gra uissima crux,& passio,& dulcissimum vulnus. Quãto em̃ passio maior,tanto spũs hilarior: & quãto lætior spũs, tanto & crux grauior existit. Nihil em̃ vnum imminuit alterũ.Et hoc ipsum ego quoq; in mea sanctissima humanitate habui,nec vllo vnq; momento ab hac cruce fui liberatus.Ideoq; & electos hanc crucẽ portare oportet, q quanto plus amoris atq; desiderij erga me recipiunt,tanto etiam ad omnes homines eorum dilectio augetur. ¶Anima: Quid est o dilectissime,quod in meo vis spiritu quiescere,qui tam inidoneus existis? Deus: Quatenus & tu in me semper quiescas,& vnus mecum sis spiritus, semperq; applicatus & vnitus maneas ad instar humanitatis meæ in diuinitate mea. Et quidem si per voluntatem tuam meæ fueris voluntati semper vnita,spiritum tuum per gaudioſi spiritus mei merita idoneum & aptum efficiam,sicque me in tuo spiritu qescere delectabit. ¶Anima:Quare etiã sedere in me desideras, q tamen adhoc indignã me esse cognosco? Deus:Ideo ni

mirũ, vt te ſemper hic de vniuerſis malis tuis iu
dicare & arguere poſſim. Quod ſi hoc acceptaue
ris, teq; emendaueris, ſequens conſilium meum,
iudex tibi propitius ero in hora mortis tuæ, &
tunc mecum in die iudicij ſedebis iudicans duo-
decim tribus Iſrael. Et ſi deſiderium tuum in me
ſtatueris, & ego hic in terris regnum tuum poſ-
ſedero, mihiq; illud obediens & ſubiectum fue
rit, tu quoq; meum viciſſim in cœlis regnũ poſ-
ſidebis. Cum enim te poſſideo, regnum Dei in-
tra te eſt. Porro, per merita triſtiſſimæ animæ
meæ his te dignam facio, & ſic intra te pacẽ ha-
beo. ¶ Anima: Quare demũ in corpore meo ad
tãti domini inhabitationem tam imparato, mo
rari deſideras? Deus: Quãuis corpus tuum impa
ratũ ſit, ego nihilo minus idipſum ſemper libẽs
mundũ & idoneum efficiã per mei ſacroſancti,
mundi & vulnerati corporis merita. Nam ſi in-
tentionẽ cordis tui in me ſtatueris, in tuo me dele
ctabit corpore morari, quatenus in ipſo & per
ipſum operari valeã, ſicut per meã ſanctiſſimã
operatus ſum humanitatẽ: vtq; ſic in te & perte
loqui & veritatẽ annunciare, & meã in te & per
te conuerſationẽ habere poſſim, quatenus in tua
cõuerſatione dulcis ac pacifica eſſe, meq; imita
ri, & meę humanitati primo in corporis pœnali
tate cõformari valeas, et vt nullã in corpore tuo
delectationẽ ſequaris, ſicq; me in ipſo delecta-
bit commorari. Secundo, in paupertate, vt vide
licet nullum hic ſolatium quæras. Tertio, in de-
ſpectione, quatenus hic nullos honores, ſed me-
am duntaxat gloriam quæras, ſicq; mea vnica
efficeris filia, quã ego denuo parturio: & mex
ſanctiſſimæ humanitati cõformaris in eo, q; ſem
per in

per in me manes & ego in te, cū gaudioso spū' dolorosa anima,& pœnali corpore.Qui em̄ sanctissimum corpus meum sequuntur, hi carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.Et si sic in me permanseris,& ego in te,multum fructum afferes. ¶Deniq;,quia taliter in te sum,& spiritus tuus thronus meus,& tu ipsa sedile meum,et corpus tuum tabernaculum meum existit:ideo omni cœlesti te exercitu circumuallabo.Etenim quia ego intra te sum,ille te circundabit (vbi enim sum ego, illic & minister meus erit)quatenus sic in te immobiliter quiescere,& nuptias atque cœnam meam in te celebrare,sicque meipsum intra te spiritaliter in venerabili sacramento sumere possim.(Equidem in te non sum per humanitatem,sed per diuinitatē meam)atque ita per illam meīpsius susceptionem,meæ humanitatis te participē facere, quatenus & tu de me ciberis & in me totaliter transmuteris,& viuas in me: sicque ego meum in te valeam desiderium adimplere. Nam qui manducat meam carnem,& bibit meū sanguinem, in me manet,& ego in illo. Sic ergo carne mea te reficio, sanguine poto,meque totum tibi exhibeo, vestiens te diuinitate mea: vnde & tu sic vnum mecum efficeris, quomodo ego vnum sum cum cœlesti patre meo.

Quanta sit dignitas animæ cum Deo vnitæ, & qualiter omnis eam cœlestis exercitus circundet & instruat. Ca.II.

ATtende iam vlterius o nobilis creatura, quanta tibi beneficia p̄sto,vt tu vicissim teipsam mihi totam retribuas. Da ergo

paupertatem pro diuitijs: da vnum vt vnum efficiaris. Quando enim vnum mecum sic permanes, omnes ministri mei singulariter tibi adhærent, teq; obseruant: habentque singuli specialē quādam commissionem & ministerium, ad quæ te & consilio & admonitione perducere nituntur. ¶Et primo quidem patriarchæ consulunt tibi, vt flammigeris ad me desiderijs æstues. Prophetę, vt longanimi patientia me expectes. Apostoli, vt in me per fidem constans permaneas, & mea vestigia sequaris. Martyres, vt in omi pressura & aduersitate constanti patientia sis prædita. Confessores, vt intimam in diuino meo obsequio deuotionem habeas. Virgines, vt munda ac pura sis corde & corpore, & vt (quia sponsa mea es) semper ea quæ ad me pertinent & mihi placita sunt, cogites. Ego insuper consulo tibi vt mecum vnita maneas nec fidelitatem tuam mihi subtrahas, quatenus & ego ea quæ promisi tibi, seruare queam, illud videlicet, quod si sic in me permanseris & ego in te, ad te veniemus & mansionem apud te faciemus. Pater in memoria, ego in intellectu, spiritus sanctus in voluntate: & sic tecum erimus vsq; ad seculi finem. Materque mea dilectissima hoc tibi consilium suggerit, vt sis pauper spiritu, sancta in anima, & in corpore munda: quatenus per hæc apta fias spiritalē in te natiuitatē meam experiri, vtq; mea possis esse mater per gratiā, sicut ipsa fuit per naturā. Seraphin consuluī tibi, vt cogitationes tuæ in me per ardentissimum amorem conquiescant. Cherubin, vt intellectus tuus in me maneat ad me cognoscendum. Throni, vt voluntas tua in me immobilis persistat, sitque thro-

thronus in quo ego quiescam. Dominationes, vt in ratione sis patiēs, orans pro inimicis tuis. Principatus, vt vis tua concupiscibilis cuncta transitoria calcet. Potestates, vt irā refrenes. Virtutes, vt sis discreta. Archāgeli, vt mihi ex amore seruias. Angeli, vt propter timorē meū a malo recedas. Sic ergo a me interius, & a ministris meis abextra doceris. Ad hoc nanq; omēs meos ordinaui ministros, vt tecum iugiter permaneāt. Consulitur ergo tibi a me, vt maneas in me, sisq; mihi fidelis, quandoquidem & ego maneo in te, quatenus quicquid corporaliter egi, in te spiritaliter operari queam.

Qualiter Deus in anima cuncta celebrare & renouare festa desideret. Cap. III.

AD hoc semel corporaliter natus sum, vt in te sine intermissiōe spiritaliter nasci possim: & vt consequēter oēs aliæ, q̄ de me exterius fiunt, solēnitates, in te spiritualiter perficiantur: ad quē finem omnes celebrantur, quatenus videlicet omnem vitam, passionemq; meam, & quicquid propter te feci, dimisi, docui & passus sum, iugiter in corde tuo habeas & portes, sicut & ego propter te eadē in corde meo cō tinue portaui: ita vt nec ad momētum inde euageris: & sic in te iugiter parasceue erit. Sic nanq; spiritaliter crucifigeris, moriēs quotidie propter me: & in me sepeliris, meque sepelis intra te, in sepulchro videlicet cordis tui: & vngis me vnguento propriæ mortificationis tuæ: & inuoluis me in syndone conscientiæ tuæ, quam p̄ mortē passionemq; meam mundaui. Et ego in te & per te resurgā, teq; ex mortificatione viuā, & ex patien-

tientia lętam efficiam: ſicque iugiter in te paſcha celebrabitur: tecumque in purgatorium deſcendam, & animas vna mecum in meum gaudium meamque gloriam deducam, & tu mecum cœleſtis eris ſpiritus: & occulto quodam modo mecum in interiori eſſentia tua reſurges, eritq; conuerſatio tua mecū in cœlis, quia ego in te ſum, ſicque meam aſcenſionem intra te celebrabis. Inſuper, cor tuum per gratiam meam renouabo, inflammans hoc igne amoris mei, dotansque ſeptiformi gratia ſpiritus ſancti: & ſic intra te ſolennitatem miſſionis ſpiritus paracleti coles. Sed & ſabbatum in ſpiritu tuo iugiter obſeruabis, et feſtiuitatem quarumlibet ſolennitatum intra te celebrabis, & ſine intermiſſione ſuperſanctiſſimam Trinitatem in diuinæ eſſentiæ vnitate veneraberis: quæ nimirum eſſentia tuæ eſt eſſentiæ vnita, quæ eſt eſſentia omnis eſſentiæ, lux omnis lucis, vita omnis vitæ, vita, lumen & nutrimentum ſpiritus tui, tuam eſſentiam in ſe tranſmutans. Et ſic iugiter in te meæ præſentiæ ſolennitatem ages, ſabbatum quoque & in ſpiritu quietem cuſtodies: vt ſic in te quieſcere poſſim, & tu in me, ſitque ſemper quies mea in ſpiritu tuo, & operatio mea in tuo corpore, & tunc in omni multiplicitate eris ſimplex, & in mea diuina vnione permanebis, ſicut & ego per humanitatem meam feci, & ſimiliter dilectiſſima mater mea.

Qualiter in oñibus exercitijs noſtris ſimplices immobiliter in vnitate diuina permanebimus. Cap. III.

Abſolu-

ABsolutum circulum circinus perficere nō potest, nisi in centro fixus permaneat. Circulus est meæ diuinitatis operatio: Centrum mea essentialis vnitas. Nullum proinde opus perfectum complere poteris, nisi mecum in mea essentiali vnitate permaneas, & ego tecum in tua actione. Et tunc omnia opera tua perfecta erunt, in eo videlicet, quod permanes in me, & ego in te. Et in eo, quod in omnibus quæ vel facis vel dimittis, auxilium meum imploras, ego operor in te, & tu in me permanes. Ideoque in omni exteriori opere tuo, interiora opera mea obseruabis. Interdum nanque maiorem in te operandi aptitudinem inuenio tunc, quando in exteriori es opere constituta: & plerunque post actionem aptior es, quam post quietem. Et idcirco externa opera tua nequaquam abijcies. ¶ Interiorem vero spiritus quietem, cordis pacem, quinque sensuum refrenationem & morum honestatem, vbicunque & apud quoscunq; fueris, & in omni multiplicitate custodies, & sic fruitiua pariter & actiua eris, sicut & ego semper operor, & tamen immobiliter quiesco. Et sic fiet vt me semper & vbique habeas præsentem. Quicquid enim agis, propter mei facis amorem: propter quem etiam cibum sumis, attendens eum ob hoc a me tibi dari, quatenus vires quę in de tibi accrescunt, in meo rursus seruitio expendas. Sicut enim os cibum comedit, ex quo cuncta deinde membra corporis tui vigorem ac robur accipiunt: sic & ego essentiam tuam mea diuina essentia reficio, pascens te amoris mei nutrimento. Et sicut absque corporali cibo subsistere non potest corpus tuum: sic & tuipsa nec ad modi-

modicum spiritali cibo meo, qui ego ipse sum, carere potes. Quoties vero sic refici desideras, mea carne cibaris & sanguine: teq; totam in me transformo, ita vt iam etiam nomẽ tuũ amittas. ¶Similiter et ob amorẽ meũ quiescis, in cubiculo videlicet spiritus & in brachijs amoris mei. Interim ego super te vigilo, custodiẽtibus te nihilo minus etiam ministris meis. Euigilãs itaq; simpliciter te ad vnitatẽ, in intimũ videlicet fundũ spiritus tui conuerte, vbi etiã ego te expecto ad annunciandum tibi omne bonũ, nouitatesq; docendũ. Ibi secretum meum tibi manifestabo, cuius pro tũc es capacissima. Et tunc ante omnia maiestatem meam amorosis aspirationibus alloqueris, hoc pacto dicendo:

Prima ad Deum animæ conuersio mane. Cap. V.

O Mi dilectissime, quisnã es obsecro? Certe vnicum, æternum, incommutabile & præstantissimum bonum. Credo in Deũ. Credo me, o incommutabile bonum, in te æternaliter fuisse, teq; modo esse in me. Meipsam ego totaliter tibi resigno & offero in viuũ sacrificiũ, quatenus tã libere absq; vllo impedimento me vti possis, sicut quando in te adhuc increata fui: teq; ipsum in me et per me laudare digneris, quia sine te nihil omnino possum. Ideoq; te ipsum mecum vnijsti, q; me semper libentissime iuuare velis. Rogo proinde, vt me perficere adiuues, quicquid placitũ est tibi. Pater in manus tuas commẽdo spiritum meum, in sapiẽtiam videlicet filij tui, & in charitatẽ spiritus sancti, per quas omnia facis, vt mecũ pro tuo beneplacito facere possis. Et qa nimis inidonea sum, ideo sup-

plẽ

pliciter oro, vt me per merita gaudiosi spiritus tui aptã facias, in cuius spiritu requiescere queas & p merita sanctæ ac doloro sæ animæ tuæ, vt in meipsa sedere possis: perq; merita sancti vulnerati corporis tui, quatenus in meo valeas corpore morari. Et per sanctissima merita tua, tuã in me & per me diuinitatem lucere facias, expellens omne ex me tui impedimentum. Denicq; qa licet indigna sum suscipere te, tui nihilo minus desiderio ac fame teneor: teipsum ad teipsum in venerabili sacramento accipere digneris, transformans me totaliter in te: vtque esse merear secundum cor tuum, ideo meipsam totã tibi plenissime resigno. Deus: O mi dilecta anima, qa sic te ipsam ex toto mihi resignas, vestiã et exornabo te sanctissimis meritis meis, dignãcq; te faciã, per quam meipsum laudare valeã. Et quia sine me nihil potes, semp his aspirationibus vti consueas, dicendo: Dñe labia mea aperies, & os meũ annũciabit laudẽ tuã. Deus in adiutoriũ meũ intẽde, dñe ad adiuuandũ me festina. ¶ Porro horas tuas semp cũ omi deuotiõe, eacq; intẽtione et ad tantũ honorẽ meũ persolues, sicut hoc p amicos ac sctõs meos instituit: tũcq; multiplicẽ tibi in illis sensum latentẽ fundũque reserabo. Post hęc veniã petes negligẽter trã sactę vitę tuæ, et male obseruati ordinis tui, qcq; habitũ sanctæ religionis tã infructuose portasti, eacq; oĩa meritis sanctissimæ vitæ & acerbissimæ passiõis meæ expiabis & satisfacies, quatenus per ea tã munda ac pura effici valeas, sicut suscepto baptismo factacq; professione fuisti. Itacq; p merita sancti vulnerati corporis mei veniã petes de eo, quod castitatem corporis tui sæpius coinquinasti; & p me

rita

rita ſanctæ, doloroſæ animæ meæ, quod ſæpius inobediens fuiſti: perque merita gaudioſi ſpiritus mei, quod paupertatem ſpiritus male ſeruaſti: vt ſic deinceps in corpore caſta, in anima obediens, & in ſpiritu pauper effici valeas ac permanere. ¶Et quia ego ſum in te & tu in me, ſicut palmes in vite, ideo nihil tibi vtilius, nihil extat ſalubrius, quam vt in mea ſemper præſentia maneas, & in cognitione ſanctiſſimæ trinæ vnitatis meæ, trinæ videlicet in perſonali operatione, vnicę ac ſimplicis in eſſentia diuina. Ibi nanque facies, id eſt, imago animæ, in qua teipſum mei imaginem feci, clarificatur: ibique meam recipis ſimilitudinem, vbi in eſſentia mea vnita manes, vt in te per ſanctiſſimam Trinitatē meam in tribus viribus tuis ſuperioribus operari poſſim, per potentiam meam fœcundam ac fruitiuam faciendo tuam memoriam: per ſapientiam lucidum ac perſpicacem & ſapiētem ad me pariter & teipſam cognoſcendum intellectum: & per bonitatem meam tuam in mei amore voluntatem inflammando, teque vnum mecum ſpiritum efficiendo, totamque in me, velut ferrum in ignem transformando, & te omnimode virtuoſam faciendo, quatenus ſic in te, o anima ſedere valeam, operariq; in corpore tuo, ipſum totaliter caſtum efficiendo: per quæ meam habebis ſimilitudinem. Etenim quando voluntatem, deſiderium, intentionemque tuam extra te in me transfundis, mea duntaxat voluntate, deſiderio ac intentione vtendo, meque ſequendo, tunc ego viuo in te, & tu in me. ¶Et vt in his valeas perſeuerare, ſæpius ex me quærere debes, dicendo: Anima. Quænam ſunt, o dilectiſſime, vo-

tas

tas,desiderium & intentio tua? Deus: Ea nimirum, vt tu maneas in me,& ego in te, vtq; meo freta auxilio diligenter ac studiose tam consilia mea,q̃ vota tua iuxta exigentiã regulæ,statutorum consuetudinũque ordinis siue status tui perficias,cunctaque quæ ex obedientia tibi incumbunt,diligenter atque hilariter exequaris, subiectaque sis omnibus & obsequiosa: vigilãs semper & orans,vt meæ valeas sanctissimæ humanitati conformari: attendens quoque quid singulis quibusq; tẽporibus pro te pertulerim, vt me in illo cum omni patientia ac humilitate valeas imitari,semperque cum amorosa quadam aspiratione te in diuinam essentiam meam inclines. Insuper flammigeras quasdã orationes interdum pro excitãdo spiritus feruore assumere debes: iugiterq; in corde tuo meam amarissimam passiõem, velut in fasciculos collectam habeas: eandemque quasi in membris tuis sentire coneris,omnesq; virtutes & obedientiam meam in teipsa portes, fisque pauper spiritu, deuota ac subleuata mente: & sic essentialem quandam pacem ac paradisum iugiter in te ipsa,& in corpore essentialem mundiciã habebis: & per hoc cunctarum suaueolentiũ herbarũ in teipsa apothecã seruabis. Ego siquidem omnium sum vulnerum medicina. Habes enim aduersus superbiã tuam, humilitatẽ meam: aduersus auaritiam, meã inopiam: aduersus voluptates,cruciatus meos atq; dolores: & sic consequẽter in alijs,prout ex mea poteris sanctissima vita & passione doceri.

Qualiter nos in Deũ transfundere debeamus,vt ipse nobiscũ valeat opari. Ca. VI.

TAliter ergo se quisque nudare sesq; in nobilem fundum suum ad æternam veritatem conuertere, & totaliter in Deum transfundere debet, semperq; cum spiritu in diuinam vnionem sese inclinare: sicque vnus cũ Deo spiritus in ipsa diuina essentia fieri, ita vt nunquã non Deum præsentem habeat. Cor insuper in dominica semper passione occupet, seq; iugiter in Christi imagine velut in speculo intueat, & sic transformabitur, dirigeturq; per viuam imitationem in quinq; sensibus suis, & in omni conuersatione sua: ita vt inueniat in eo Deus omniũ operum suorum quandam repræsentationem, libereque, & absq; impedimento per ipsum valeat operari. Et sic homo permanet in illa transformatione (si tamen seipsum abnegans, voluntatem, desiderium intentionemq; suam in Deum transfuderit) atq; ita filius Dei efficitur. ¶ Porro, quisquis istud obtinere intendit, ille strenue sequi debet consilium illud euangelicum domini, dicentis: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Qui enim secundum spiritum viuere desiderat, huic caro sua crucifigenda est. Et qui voluerit animam suam saluã facere, perdet eã, in diuersis videlicet tentationibus & anxietatibus, sicq; in vitã æternã custodiet eã. Insuper ad Deũ suũ velut filius ad patrẽ iugiter erit introuersus, ad implorandũ incessanter auxiliũ illius, & ex filiali timore malũ deseret, & ex amore filiali bonis actibus insistet, diligentẽq; quinq; sensuũ suorũ custodiã semper habebit, & talẽ de Deo atq; de seipso cognitionẽ habebit, qualis iã ante expressa est, vt videlicet oẽs animæ suæ vires cognoscat;

feat, & suo loco restituat. Debet q̃q; semp esse simpliciter introuersus, nō alte nimis volare, nec curiose pscrutari, ne a sanctissima Trinitate humiliet. Doctorē quoq; & instructorē in his habebit vnū aliquē ex secretis Dei amicis: & sic abintra quidē spiritū Dei, abextra vo doctorē hoiem sequet: vt sic nihil sibi proprietatis reseruet. In eo nanq; ꝙ seipm humiliare potest, oīno nudus aboībus efficit: quoniā excelsus dns & humilia respicit, & alta a lōge cognoscit. ¶ Quisq; aūt taliter seipm humiliare poterit, ille celerē habebit profectū: & specialiter abintra a spiritu Dei plus docebit, q̃ oēs eū siue scripturæ, siue hoies docere possint. Et ideo felix nimiū est ista humiliatio, per quā tam nobilē ac internā scientiā asse qui valemus. Certe nō est aliq̃d tā vile artificiū, cui perdiscendo nō oporteat saltē vnū aut alterū annū impendere. Quāto magis ergo ḡlibet cum interna mente, obediente ac subiecta anima, & mūdo patientiq; corpore, in oīi virtute & morum aptitudine studiosus esse debet, ad perdiscēdam internā scientiā illā, quā nos ipse dns Iesus Christus et docuit & prēmonstrauit, ne (q̃d absit) frustra nobis exemplū Christi sit propositum ac relictū, neve eius beneficijs ingrati esse conuincamur. Cui enim multum datum est, multum requiretur ab eo. ¶ Ne vero ante porcos margaritæ mittantur, Deū rogare debemus, quatenus omnia in nobis dona sua fructuosa reddere velit, nosque iuuare, vt tales efficiamur, in quibus & per quos quicquid sibi placitum est, perficere queat. Deniq; licet quis per propriam infirmitatē a boni operis & virtutum exercitatione retrahatur, propterea tamen nullatenus a virtuosæ

rectiorisque vitæ inchoatione,& veritatis proxima cognitione cessare & recedere debet. Dicit enim sanctus Bernardus: Quem dies scientiæ hic non illuminauerit, ille in perpetuum non illuminabitur:& qui ignoranter viuit,ignorantet & condemnabitur. ¶Conari ergo quisq; debet ad cognoscendum in primis Deum suum atque seipsum,& ad inhærendum iugiter Deo, diligenterque seipsum obseruabit,ac totis viribus euitabit omne id,quod nouerit impedire in se influxum & inactionē Dei. Qui enim impedimenta vitare noluerit,illuminari non potest,nec vllis in spiritalibus rebus gustum adipisci: magisque tem nauseam inde concipit, eo q; frigido sensu litatis cibo plenus existit. O si ex animo nos vitæ spirituali traderemus, & dulcedinē diuinam gustaremus,ac sacri Euangelij verba bene masticaremus,nullam profecto bonorum spiritualium nauseam haberemus, quinpotius maiorem inopes vitæ virtuosæ ac iustæ esuriem pateremur.

Qualiter vt ad ipsum veniamus, nos ipse dominus inuitet. Cap. VI.

EIA auscultemus obsecro attentius verbo domini clamātis & dicentis:Si quis esurit & sitit iustitiam, veniat ad me,& cū quo dā interno ac spiritali gustu eum satiabo,ita vt nullam amplius quarumlibet rerum temporalium famem patiatur:& sic eum dulcedine amoris mei inebriabo,vt res caducas sitire amplius non possit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & vulneribus amoris mei sanabo vulnera animarum vestrarum. Venite ad me om-

omnes qui in preſſuris eſtis, & interius conſolabor vos, ita vt omne facile creaturarum ſolatium faſtidiatis, & pro nihilo habeatis. Et quicquid hoc eſt, quātumcunq; etiam modicum, q̄d pro amore meo facietis, æternā inde mercedem habebitis. Et ſi vitia ac defectus veſtros opprimere & extirpare, carnemque ſpiritui ſubdere curaueritis, inde centuplum hic accipietis, et poſt modum vitam ęternam poſſidebitis. Denique ſi ex amore propter me viceritis voſmetipſos erga inimicos veſtros, interius cœleſte vobis & abſconditum manna donabitur. ¶Ecce quam multa ſuperabundātiſſime nobis promittuntur. Sed quāta miſeria eſt, q̄ multi ex nobis aures ſuas huic internæ voci diuinæ obſtruxerūt? Quod ēm eam nec audimus nec ſeq̄mur, ſatis exterior conuerſatio noſtra manifeſtat: quippe cum tam multipliciter rebus ſenſualibus onuſti, tamque pro honoribus ac carnis noſtræ cōmodis & voluptatibus ſolliciti ſimus. Ideoq; vana ſapientia mundi huius merito apud Deum ſtultitia reputatur. Sed iam obſecro nō vlterius in ſecuritate viuamus: ſed abīj̄cientes opera tenebrar̄, induamur arma lucis, abīj̄ciamus (inquā) omnem propriā voluntatē, omniū propriū ſentire et ſapere, vt ſic ab æterna veritate illuminari mereamur, & ab his in q̄bus ſenſualis huius mundi ſapiētia viget, tanquā fatui & pro nihilo reputemur. Maxima ēm felicitas, quam anima fidelis percipit, eſt q̄ddam cœleſtis ſapiētiæ lumē, per q̄d interiores oculi eius aperiuntur in cognitiōe bonitatis diuinę & propriæ vilitatis & occultor̄ abyſſaliūq; defectuū ſuor̄, ita vt iā videat, q̄ periculoſe vixerit, & quā periculoſi ſubtilesq; laquei ſibi

censi fuerint, in quibus omnes propriæ voluntatis & reputationis homines (qui nondum penitus nudi existūt) capiunt: quos nemo nisi paruuli & humiles euadere pōt. Hi nāq; seipsos inclinando & per foramina serpendo, retia euadunt.

Qualiter homines interni videant, & cognoscant damna proximorum suorum. Cap. VIII.

ENimuero humiles isti ab æterna sapientia illuminati cognoscunt, q̄ periculose seculi istius homines viuant: qualiterq; religiosi in sua sensualitate p̄maneant, nec vlterius in fundum suum pertranseant, vbi Deum sentirent & ab omnibus rebus creatis mortui existerent. Et istud ipsum maior pars eorū penitus ignorat: & sic habitum & nomen religionis multum, proh dolor, infructuose deportant. ¶Porro, hoīes illi Deū cognoscētes et amātes, q̄ a mūdo despiciūtur, eo q; per diuinam sapientiā illuminātur, illi (inquam) sentire incipiunt in se, quod et in Christo Iesu. Siquidem ab amatoribus huius mundi despiciuntur, iudicantur, lapidantur, & crucifiguntur verbis eorum detractorijs falsisq; testimonijs, & peruersis operibus suis eos in nihilū redigunt. Quod tamen ad Christi exemplum in corpore suo patienter sufferentes, abintra in Deum confugiunt. Non enim timēt eos qui corpus occidunt, sed eum potius qui vitam animæ dare & auferre potest. Hunc (inquam) timent, & eius gratiā custodiūt. ¶In inferiori q̄q; parte animæ immensum dolorem & angustiam, compassionemq; sentiunt ob damna proximorum & Dei contēptum et inhonorationē, eo q; Deus tā pau-

cogno-

cognoſcitur & amatur: ad qđ tamen oēs conditi ſumus. Et propter hęc dolores plurimos atq; grauiſſimos, & innumerabiles mortes ſpūales ſuſtinēt & patiunt. Inſup in ſuperiori aīæ parte cum Chriſto quandā immē ſam pacē ac libertatē ſentiūt, eoq; pars illa animę Deū ſemp habet in ſe, ipſaq; ſemp eſt in Deo, inclināt ſe iugiter in ſuū principiū, in diuinā videlicet originē per ſimplicē illā eſſentiā ſuā, extra quā nullo vnquā tēpore Deus recedit, nec ipſa extra Deū. Vires quidē animæ extrouerti & in multa diſtrahi poſſunt, ipſa vero eſſentia in Deo manet. Et ſecundū hāc ſupremā partē vnus ſpiritus & vnus cum Deo ſunt amor, eosq; diuina virtus, amor & cognitio perfluit, claritasq; diuina trāſradiat per ſpiritum inferius in animā atq; in corpus: ſicq; cū cœleſtibus ſpiritibus ſtabiliter intus in diuina præſentia permanēt, & eius amore pariter & cognitione paſcuntur: parati tam diuina præcepta, q; angelica miniſteria exequi & adimplere. Fideliter nanque et ex amore quod iuſſum eſt, exequūtur, & cum timore recedunt ab eo, quod prohibitum eſt, ſicque cœleſtes ſpiritus & angeli terreſtres eſſe comprobantur.

Qualiter aīa debeat eſſe rite ordinata, & omnes internas admonitiōes ac rep̄henſiones diuinas obſeruare. Cap. IX.

FVndamentum iſtud iam prætactum omnibus & vtile eſt & neceſſarium, in quocunque ſiue ſtatu ſiue gradu ſint cōſtituti, vt videlicet talem de Deo & de ſeipſis cognitionem habeant, ſciantque in quo imago Dei atque ſimilitudo conſiſtat, & quare in eis eſſen-

tialiter Deus existat, & quo oculos cordis sui di
rigere debeant Deū in spiritu & veritate adora
turi: qualiter etiam se habeant vires & affectio-
nes eorꝝ, qualesqꝫ eas esse oporteat. Insuper qua
liter Deus ex essentiali fundo luce quadam deor
sum radiet in rationē & conscientiā, quæ lux est
vis quædam diuina, & qualiter in omnibus quę
agunt, eos opera sua intelligere facit. Si enim be
ne agunt, de bono opere gaudiū præstat (Nihil
enim tam lætū, q̄ bona cōscientia) si vero male
agunt, de malo opere grauamen præstat atqꝫ re-
morsum. (Nihil em̄ tam graue, q̄ mala conscię-
tia:) Insuper qualiter lucē hāc seq̄ debeāt, & ad
qd ab ipsa moueant̄, dirigant̄ atqꝫ trahant̄, pre-
sertim in intimo fundo et vnione spiritus, in quā
interdū introrsum trahunt̄, atqꝫ a spiritu diuino
mille modis edocent̄. Quandoqꝫ instruunt̄, q̄liter
in Deo manere, & vnus cū ipso spiritus debeāt
fieri: q̄liter perfecte mori et Deus in ipsis viuere:
q̄liter quiescere, & Deus in ipsis & per ipsos ope
rari: qualiter demū tacere, & Deus in eis loq̄ de
beat. Quādoque vero fortiter reprehēduntur, &
in quibus excesserint, admonent̄: Verbi gratia,
vel de cogitationū euagatione, vel de curiosa co
gnitione, vel de aliquo alio, per q̄d intellectus se
se infructuose extrouertit: siue etiam de aliqua ir
resignatione aut propria volūtate, vel de malis
desiderijs, siue de impuritate, sollicitudine et mul
tiplicitate rationis: siue de duritia & inflexi-
bilitate iræ: aut etiam de affectionum inordi-
natione, vtpote quod nimis inaniter sperauē-
rint, timuerint, amauerint, odio habuerint, ga-
uisi & contristati, siue verecundati fuerint, siue
etiā de mala securitate & latitudine conscięti̇a,

siue

sue de cordis instabilitate, siue de sensuum ineu stodia, siue de sinistra intentione, siue de inordina ta tristitia in spiritalibus ac secularibus rebus, si ue de donorum Dei abusione, siue de beneficio- rum eius ingratitudine, siue de negligentia profi ciendi, siue de negligenti præceptorum atq; con siliorum Dei obseruatione, siue demum de dissi militudine a crucifixa imagine Iesu Christi.

¶De his atq; similibus multis imperfectioni- bus atq; defectibus reprehendit Deus & arguit interius hominem pro bono suo suaq; salute: & ideo se studiose applicare & intus & exterius q- etem seruare debet, atq; auscultare, quonam a Deo sup trahatur siue ducatur. Quisquis enim taliter in præsenti vita ab ipso reprehenditur & iudicatur, ille felicem exitum & propitium iudi- cem habebit. ¶Deniq; hunc fundum exercere cunctis est necessarium atque vtile hominibus, quor; singulis tantum de sua salute deficit, quan tum in hoc fundo ipsis deest. Tantum enim, & non amplius beatitudinis quisq; habebit, quan- tum Deum & seipsum cognouerit & dilexerit, & Christi imagini conformis extiterit. Quicqd vero in his ei defuerit, hoc in pœnis purgatorij expiare oportebit, donec ista eadem clare cogno scat. Ideoq; fundus iste istudq; exercitium omni- bus necessarium est. Sciendum nihilo minus, q; quisq; addere, siue demere aliquid potest, prout sibi nouerit expedire, & prout tempus, locum & oportunitatẽ habuerit, sibiq; prodesse vel obes- se perspexerit, vel etiam prout interius a fundo se moueri, sibiq; proponi senserit.

De tribus cautelis, quas seruare quisq; de- bet. Cap. X.

PRimo, ne nimis alte volet nec præsumptuosus sit in his, quę supra ipsum sunt. Alioqui sentire non poterit immēsum illud bonum, quod in ipso est, quod semper inclinatum est deorsum manare & implere, illuminare ac transradiare simplices. ¶Secundo, vt in Dei opere se quietum seruet in omnibus interioribus suis, nec ipsum perspiciat, nec scrutari vel apprehendere quærat, nec a cogitationibus suis educi se sinat in vlla re, quam sibi intellectus administrat: quia ex ipsius lucis irradiatione nouam semper defectuum nostrorum ac vilitatis nostræ cognitionem sentiemus. ¶Tertio, vt se semper getum seruet, nec vnquam cesset seipsum interius & exterius obseruare, habeatque semper bonū aliquod exercitium, quo ignem diuini amoris in semetipso accendere possit, vnusquisq; prout sibi pro sui status siue gradus cōditione viderit expedire, semperq; Deum in memoria, orationem in ore, & opus in manibus seruet.

De tribus, quæ cauere quisq; debet. Ca. XI.

POrro, quisquis ad hunc peruenire fundum desiderat, tria cauere debet. Primo, ne se nimis extendat, nec in exercitijs suis sit multiplex spiritus impediretur, grauareturque, & cor instabile redderetur, suique fundi obliuisceretur, corpus denique debilitaretur. Exercitia quidem omnia laudanda sunt, sed non nisi eatenus assumenda, quatenus ad prætactum fundum, ad amorem Dei & suūpsius contemptum adiuuant et perducunt. ¶Secundo, vt sibi caueat ab omni præsumptione, suūpsius reputatione, a displicentia, &

tia,& proximi dijudicatione,ac vitæ illius detractione.Per hæc siquidem cor amaricatur,& sensus atque natura hominis debilitantur, & nihil nisi perpetuum conscientiæ remorsum, & rationis excæcationem adducunt: quæ nimirum ratio tantum inde excæcatur, vt boni malique discretionem amittat.Et hinc multa sæpe turbatio in congregationibus oriri solet, sibique ipsi plurimum nocet, qui omnia iudicare vult atque corrigere, oblitus sui ipsius. ¶Tertio, ne a bono discedens abeat in concilio impiorum, id est, detractorum & inuidorum, neque stet in via illa, quæ ad huiusmodi mala deducit, nec sedeat in cathedra pestilentiæ, id est, in carnalibus rebus suam nullatenus delectationem constituat. Magis autem voluntas eius sit in lege domini, & in lege eius meditetur die ac nocte. Et sic erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,quod fructum suum dabit in tempore suo.Seruiamus ergo domino semper in timore,& exultemus ei cum tremore.

De triplici spiritualium hominum genere. Cap. XII.

PRimum genus hominum eorum,qui exercitium prætactū in seipsis experiri atque sentire possunt,illi sunt, qui propriā naturā suam, omnesque creaturas constanter atque hilariter licentiantes,in hunc purū animæ fundū deuenerunt, quique iam plene edocti atque instructi sunt, qualiter videlicet vitia ipsa in profundissimo naturæ fundo, & in cordis secretissimo recessu profunde nimis radices miserint subtus tres vires inferiores,animamque deformem et naturam falla-

fallacem debilemq; reddiderint, qualiter etiam Deus ipse in profundissimo essentiali animæ fundo existens, omnia eius interiora nobilitarit, operetur q; per tres vires superiores, arguat & corrigat vires inferiores, reprehendat & illuminet conscientiam, cor emundet, & pristinam eis restituat puritatem: faciens eos conformiter viuere ad exemplum Iesu Christi, illudq; intus & exterius imitari, Deumq; abintra iugiter obseruare, resignando ei funditus omni tempore voluntatem, desiderium & intẽtionem: insuper corda sensusque suos vitia comprimendo custodire. Attamen homines isti nunquam sibi securitatem pollicẽtur, sed in timore domini iugiter persistentes experiuntur & sentiunt bonum quoddam immensum, quod Deus ipse & dare & conseruare habet. Denique, seipsos omni tẽpore annihilare atque vilificare student, optantes in omnium similiter hominum oculis vilescere, quatenus omnipotens Deus valeat honorari. Et per hoc omnem propriam naturæ suæ æstimationẽ, siue reputationem mortificant, & subdunt spiritui, in quo summã ipsius spiritus libertatem, et ascensum in Deum eidem absq; impedimento adhærendi inueniunt. ¶ Et omnia iam dicta bona humiles isti libentissime tegerent & occultarent, sed charitas celare eos non permittit, vincitque humilitatem flamma ardoris sui, cupitq; omnes agnoscere talem in vnoquoque homine thesaurum, ipsum videlicet omnipotentem Deum existere, quem nimirum vniuersi & singuli in ipso essentiali fundo, & animæ imagine habemus, qui nos omnes quidem ex æquo redemit, perque suam amarissimã passionem denuo mũ-

dauit,

dauit, vt deitas sua per nos & lucere rursus valeat & operari. Sed tamen non omnes istud cognoscunt neq; ad opus ponunt: quæ causa est, quod vsque adeo pauci ad primam suam originem atque centrum pertingunt. Veruntamen in humilibus istis hominibus, de qbus modo loquor, magna est humilitatis & charitatis adinuicem concertatio, ita vt sæpe læsiones ac vulnera cordibus ipsorum inferantur, oporteretq; ob amoris violentiam sæpius deficere, nisi desuper instructi essent, & discretionis gratiam haberent, quæ humilitatem pariter & amorem moderatur ac regit. ¶Porro, humilitas est cordis illud centrū, in quo carbo viuus diuini amoris conseruatur ac tegitur. Ipsa est tam amoris, quam omnium aliarum virtutū mater, quas charitas roborat, & discretio gubernat. Enimuero, in quocunque tres istæ virtutes principatum obtinent, ex ipso omnia vitia recedere, eumq; in virtutibus proficere oportet. Denicq;, humilitas & amor dulcissimum sunt animæ nutrimentum, quibus etiā in ipso Deo nihil est dulcius. Amor nanq; Deum compellit, & humilitas flectit ad illabēdum potenter ipsi animæ, eamq; sic amore suo inebriandum, vt tam seipsam, quam creaturas vniuersas cōtemnere, & discrete ac ordinate viuere possit. Secundum genus hominum est eorum, qui audierunt quidem esse Deum essentialiter in ipso fundo et animæ imagine (prout omnes vtriusq; Testamēti sacræ scripturæ multimodis attestantur, in quo etiam omnis vigorosus animæ profectus consistit exercentium ista, et bene desuper instructorum) & seipsos ad merita Christi eiusque passionem in hoc eodem fundo conuertunt,

ita vt

ſta vt iam per bona exercitia experiantur in ſeipſis, quod crediderunt. Sed inibi rurſus per ſenſualitatem, inſtabilitatẽ & ſenſuum ſuorum incuſtodiam quædam media recipiũt, per quæ impediuntur, ne iſta ſentire queant in ſeipſis. Et qa male introuertuntur, & diſtracti ſunt & multiplicati, vel etiam quia forte in eis eſt aliquid ſiue honoris, ſiue commoditatis, ſiue amoris, ſiue fauoris quarumlibet creaturarum, cui penitus & nude renunciare nolunt: ideo ad ſimplicis illius boni vnionem pertingere, & in eius amore ſuccendi non merentur. Fitque vt ſentiant in cordibus ſuis immenſam quandam grauedinem atq; anguſtiam, quales nunquam antea experti fuerunt, tuncq; intra ſemetipſos cogitant, dicentes hoc pacto: Ergo ne ſic inde mihi eueniet? Certe nunquam ita male habui. Quidnam eſſe poteſt iſtud? Vnde tam male habeo? Certe a Deo iſtud eſſe non poteſt. Equidem libenter meliora ſectari voluiſſem, ſed melius multo mihi erat in ſimplicioribus exercitijs meis. Certe ſublimia & alta iſta tractare neſcio. ¶Eia chariſſimi non cogitemus, neque loquamur tam inſipienter, decipientes noſmetipſos, & obedientes ſenſualitati noſtræ, & conſilio ſpiritus maligni, quorum vtique ſunt iſta commenta. Sane omnes nos ad fruendum ſummo bono, & ad cognoſcendum amorem & abyſſalem Dei bonitatem conditi ſumus: nec deijcere nos debet, quod cum Moſe in nubem tenebroſam reçipimur. Tunc enim ſecuri lucem expectamus, ſi tamen in tenebroſa illa anxietate ad Deum confugerimus, innitendo eidem, donec omnes ſenſualitatis humores conſumantur. Porro, quando cor

noſtrum

nostrum aridis desiderijs ponderosæ ac terrestris naturæ huius prægrauatur, nosque sic in hac arida cordis nostræ solitudine desolati sumus, in qua esurimus quidem & sitimus, & tamen aquas gratiæ non habemus: tunc sane cauendum nobis est, ne vel murmuremus, vel impatientes simus, siue contra Deum, siue proximum, siue etiam nosmetipsos. Magis autem Deum deuotius inuocemus, eique in nostra pressura ac tentatione fortiter adhæreamus, ipsumque assiduis pulsemus precibus, donec ei nos complaceat exaudire. Profecto quando natura sic comprimitur, & tamen anima Deo suo nihilo minus incessanter adhæret, fieri non potest, quin cœlesti tandē manna superabunde reficiatur, ac satietur aliquando. ¶ Postquam vero omni dubitatione recedente iam firmiter in Deum credere inceperimus, tunc ex lapideo cor de vena scaturit aquæ viuæ, & nos in terram promissionis introducimur, id est, in intimum essentialem fundū, in quo increata Dei essentia existit, & supereſſentialis vita perenniter perdurabit. Tuncque omnis pressura & inopia recedit, & quoddam de præterito labore gaudium oritur in nobis. Et hoc est bellum spiritus & naturæ. Spiritus nanque adhærere Deo cupit, & caro sensualitati. Cognoscens autem spiritus adeo excellens bonum intra se existere, tunc abyssus abyssum inuocat. Abyssus videlicet diuinitatis abyssum animæ in se inuocat, volens eam totaliter possidere, vti ac regere. Porro, quamdiu creaturarum affectus in anima medium quoddam faciunt, nec ipsa infructuosos ramos amputare satagit, rite in amore DEI

crescere

ereſcere non poteſt, nec pro ſuo beneplacito De
us ea vti valet. Et qa vacua non eſt, ideo ad poſ
ſidendam eam dominus adhuc intrare minime
poteſt. ¶ Attamen etiam ſi cõtingat nos ob me
dia & affectus quarumlibet rerum creatarum
in nobis exiſtentes ad internum iſtud exercitiũ,
& ad introverſionis obſeruationem ineptos eſ
ſe, deijci propterea animo non debemus, ſed De
um exorare, vt nos introrſum trahere dignetur
per merita acerbiſſimæ paſſionis ſuæ, atque per
gaudioſum ſpiritum ſuum noſtrum ſpiritum ſic
aptare, vt ipſe in eo quieſcere: & per ſanctam ac
doloroſam animam ſuam, noſtram animã cum
omnibus viribus illius reformare, & in debito
loco reſtituere, vt ipſe eam poſſidere, & pro ſuo
valeat deſiderio regere, atq; per ſanctiſſimũ ſan
ciumque corpus ſuum noſtrum mũdare corpus,
& ſubdere ſpiritui, quatenus ipſe in eo habitare
& quæcunque ſibi placita per illud operari poſ
ſit. ¶ Etenim ſumma omnium exercitiorum no
ſtrorum hæc eſſe debet, vt videlicet ſemper ha
beamus cum Chriſto liberam, tranquillam ac
ſubleuatam mentem, Deo per vnionem ſpiritus
ſine medio adhærentem, & animã obedientem,
& diuinæ ſubditam voluntati, corpuſque mun
dum & patiens, ipſum ſemper ſpiritum ſequi pa
ratum: quatenus ſic omnipotens Deus gaudium
in ſpiritum, pace in anima, & delectationem ha
beat in corpore noſtro, valeatq; in nobis & per
nos pro ſuo deſiderio ac intentione operari. Atq;
iſtud eſt ſummũ & vtiliſſimum exercitiũ, quod
haberi poſſit. Quiſquis enim altius volare, aut
longius quærere præter ea, quæ hiſce tribus de
ſeruire poſſunt, voluerit, ille ſibiipſi & damnum
inge-

ingerit, & præstat impedimentū. Quicqd aūt in hiice tribus acceperit, vel fuerit in ipso operatū, gratiā Dei fuisse dubitare nō debet. Ideoq; semet ipsum humiliter profundere & inclinare debet sub diuina bonitate, atque per speculū & animę faciem in diuina semper prę̄sentia remanere, vt sic ei Deus beneplacitū suū innotescere dignet, a quo etiā transradiari se sinet, & ab ipso in anima, corpore & spiritu absorberi. Quod vbi asse quimur, tūc demū Iesum Christū induti sumus, & sentimus in nobis, q̄d & in Christo Iesu, q̄ est ostiū, per quod ingredi in diuinitatem, & cū gratia Dei eius humanitatem sequi debemus. ¶ Atque per hoc ostium semper nobis denuo introuerti licet, quātumlibet longe lateque euagati sumus atq; distracti, reuertendo videlicet ad ipsum & veniā petendo, ipsumque per sanctissimę humanitatis suæ merita rogādo, vt nos tam mundos efficere velit, sicut eramus, q̄n ex ipso profluximus, quatenus in ipsum refluere valeamus. ¶ Tertium genus hoim est eorū, qui intrāt quidē in seipsos, sed aliquā de Deo cognitionē non habent, qualiter ipse sit in fundo animæ, nec suorū interiorū dispositionē nouerūt. Ideoque sicut horologium quāmdiu in puncto suo bene dispositum manet, ordinem debitū seruat, q̄n vero punctum deserit, in cursu suo ordinē nullum seruat, sic & animæ punctum siue centrū suum, quod Deus est, deserenti accidit. Enimuero, qa nec vires nec affectiones suas nouit, in currendo ordinem non seruat, nec debitam rectioris vitæ normam custodit. Nec intelligunt homines istiusmodi, in quōnam Dei sit imago & similitudo, nec lucem siue discretionem conscientiæ nouerūt, nec

vbi vitia radices fixerint, & quisnam sit originalis locus eorum: nec quomodo Deus supersessentialiter absq; modo in centro animæ existat. Horum omnium similiumq; verã cognitionem non habent, sed omnia eorum exercitia in exteriori quadam ordinantia consistunt, eaq; cũ proprietate assumpserunt: verbi gratia, in orãdo, in legendo & meditando per diuersas formas atq; imagines, quæ exteriori intellectu apprehẽdi & abextra per sensus introrecipi ac sentiri possunt, & sic in suæ remanent naturæ proprietate. Idcirco mox vt aliquam a Deo sensibilẽ gratiam acquirunt, ea ad suas oblectationes & voluptates abutuntur, sicq; preciosissimũ illud diuinę gratiæ balsamũ vilissimo suæ delectationis stercori permiscent. ¶ Quod si seipsos Deo resignarent, vt facere cum eis pro suo suo arbitrio posset, ipsicq; Deo subiecti & gratiæ ipsius cooperatores existerent, tũc ipsi cũ Deo operarentur, & Deus cũ eis: & sic omnia eorum opera diuina ac fructuosa redderentur. Sed quia seipsos funditus agnoscere negligunt, & propriam delectationẽ & desideria sequuntur, ideo nunq; statum optimũ apprehendunt, id est, per imagines et media naturæ suæ ad tam sublimem virtutũ gradum, ad quem facti sunt, minime pertingũt. Sed tamẽ saluabuntur, si in suis exercitijs ob amorem Dei ad mortem vsq; perseuerauerint, & magnã sunt mercedem habituri, pro qua etiam potissimum laborauerunt. Sed quanto amplius seipsos quæsierunt, tanto eorum & gloria minor & purgatorium grauius erit. Ineffabilem siquidem cruciatum in purgatorio sustinebunt, quousq; perfecte cognoscant, quod in hac vita cognoscere debu-

debuissent. Etenim cognitio amorem causat, nec obtinere cœlum aliquid poterit, nisi amor duntaxat & cognitio. Si ergo Deum hic cognoscere studuerimus, ipsum quoq; sine dubio diligimus, & amando ipso fruemur. Ex quo nimirum amore timor, humilitas, patientia, mititas, sobrietas, castitas, & consequenter omnes aliæ virtutes oriuntur. Proinde, qui iam stat in amore Dei, videat cum timore Dei, ne cadat extra gratiã Dei. Ad quod nos adiuuet ipse filius Dei.

Qualiter anima in precioso Christi sanguine se balneare, & cũ tribus scalis p Christum Iesum ascendere debet. Cap. XIII.

VEruntamen, quia sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua ad mortẽ vsq;, et ex nobis ipsis cadere nõ cessamus, ideo semper medico nostro adhærere, & animas nostras in precioſi sanguinis sui nobili balneo sæpius lauare debemus. Quod videlicet balneũ, ipse nobis p̃parauit, in q̃d innumerabiles riuuli, & quinq; fontes illi cũ gratiæ plenitudine sine cessatione influunt, in q̃ nos animas nostras mũdare oportet, si ad ipsum ingredi velimus. Nemo enim in montem diuinitatis ascendere poterit, nisi qui animam suã lauerit in sanguine agni, & qui innocens manibus & mundo sit corde, quique non accepit in vano animam suam, sed secũdum veritatem viuit: ille talis ascendit in montem domini, & stat in loco sancto eius, & ante faciem Dei Iacob cõstituitur, qui eius locus proprius extat, & benedictionem accipit a domino, & misericordiam a Deo salutari suo.

Qualiter primo nos lauabimus & aſcendemus per Chriſti corpus cruentatum. Cap. XIIII.

PRima ſcala, qua peruenitur ad montē, eſt ipſe Chriſtus dñs, qui idē eſt triplex ſcala, per quam aſcendere debemus, idq; in triplici gradu, in actiua videlicet, ſpiritali ac deiformi vita. Primo aūt, vt ſupra dictum eſt, in fontibus ſaluatoris, eius videlicet ſanguine precioſo nos mūdabimus, & deinde per primā ſcalam, Chriſti videlicet corpus cruentatū ad montē cōſcendemus, atq; per illud veniā petemus de omni abuſu membroꝝ & quinq; ſenſuū noſtroꝝ. ¶Primo itaque ad pedes eius, quibus nos annis plusq̄ triginta tribus tā humiliter quæſiuit, q̄que modo ad perpetue nobiſcum permanēdum ad crucem fecit clauis ferreis affigi, accedere, & male tranſactæ vitæ noſtræ veniā petere debemus, ipſumq; rogare, vt nos deducat in via ſua, & ingredi faciat in veritate ſua. Deinde, ad genua ipſius venire debemus, quæ propter nos toties nocte ac die flectere dignatus eſt coram cōleſti patre ſuo, ipſumque rogare, vt nobis indulgeat, quicquid per acediā deliquimus. Deinde ad corpus, quod propter nos tam crudeliter tractatum eſt in captione, ligatione, impulſione, illuſione, flagellatione, coronatione, crucifixione, ac turpiſſima morte, vt nobis per hoc verā caſtitatem ac mundiciā corporis donare digneē. ¶Deinde, ad cor ipſius amoroſum, q̄d præ amore ad inſtar cœli dilatatū erat, quatenus nos in illo habitaremus: ipſumque rogare, vt corda noſtra ab oībus cogitationibus peruerſis mūdare, eaq; ſi-

gida

gida nimis in amore ac gratiarū actione calefacere dignetur. Deinde, ad sanctissima brachia et manus ipsius, quæ toties in oratione & operū misericordiæ exhibitione extendit, & iā pro nostrarum salute animarum in cruce fecit conclauari, ipsumq; rogare, vt oīa opera nostra iustitia ac misericordia exornare velit. ¶ Deinde, ad sacratissimū os eius, q̄ nobis verā vitæ doctrinā multo clamore deprompsit, & animas nostras quæsiuit, quarū adeo salutē sitiebat, vt aceto ac felle potari dignaretur, ipsumq; deprecari vt indulgeat nobis, quicquid siue verborū superfluitate, siue ciborū ac potuū delectatiōe peccauimus, nosque vera ac sobria sapiētia exornet. Deinde ad oculos misericordiæ, e q̄bus largissime fontes lachrymarū profluebāt, q̄n videbat tantā iniuriā patris, tā irreparabile damnum animarū, & dilectæ matris suæ tam inæstimabilē dolorē: veniāque petere de eo, q̄ oculos cordis nostri toties abeo auertimus, ipsumque rogare, vt interiores oculos nostros illuminare, atque in se firmare velit. Deinde ad sacras aures eius patientissimæ puritatis, q̄bus improperia & terribiles Iudæorū clamores atque strepitus, & lamētabiles voces ac planctus dilectæ matris suæ, aliorumq; amicorū suorum audiebat, atq; per hoc veniā deprecari, q̄ aures nostras interiores diuinis inspirationibus suis, & superiorū nostrorū admonitionibus ac instructionibus applicare, prout tenebamur, negleximus. ¶ Deinde, ad sacratissimū caput ipsius, q̄d in Iordane prius baptizari fecit, nostrū baptismū in suo baptismo sanctificās, & mō tam crudeliter spinea corona sanciatū, et spinarū diris aculeis trāsfossum & sanguine perfu-

sum est, ad emundandū ea, quæ post baptismum peccata cōmisimus, atq; per illud veniā peteret de abusione baptismi & quinq; sensuum nostrorum, ipsumq; rogare, vt hos eosdem sensus nostros mūdare, & subtus spineā coronā suam cōcludere, & in suo nos sanguine baptizare velit, vtq; intra nos habitare, & corporalē naturā nostrā abscondere, & in suam humanam naturam transformare, sicq; ab omni tētatione inimici in suo abscondere tabernaculo dignetur. Et in hoc sensualis ac inferior homo noster in gradū suum per Christi corpus ascendit, & iā in pede montis cōsistit, nec in hac vita vlterius procedere valet. Et ideo semp quasi incipiētes sumus, et ad exemplū humanitatis Chri, q̄ semp erat bonis actibꝫ intēta, in actiua vita pſistere necesse habemus.

Qualiter secūdo loco per alteram scalam, quæ est tristissima Christi anima, ascendere debeamus. Cap. XV.

SCala deinde secunda, per quam ad montis introitū ascenditur, est Christi anima, q̄ sic erat interiori passione ac dolore perfusa, vt in interiori illa cruce præ amore in omnibus viribus suis magna vi extensa esset vsq; ad altitudinem cœli, profundum inferni, & latitudinem ac longitudinem terræ. Etenim quanta fuerit interior ista dñi afflictio, in solo duntaxat vitæ libro scriptum est, qui signatus est sigillis septem, quem nemo aperire potest, nisi agnus qui sedet in throno. Qualiter vero liber iste omni amorosæ animæ aperitur & sentiri datur, literis exprimi nō potest. Etenim interior illa pœna, in qua Christi anima crucifixa atq; distēta fuit, tā incō

para-

parabiliter maior erat omni externo cruciatu illius, q̃ cœlũ maius est terra. Exterior quidẽ pœna ineffabiliter magna erat, sed interior pœna tãto indicibiliter maior erat, quanto plus aĩas, q̃ corpora diligebat. Etẽ animæ suæ vulnera incõparabiliter maiora, ampliora profundioraq; erãt, et multo amplius superabũdantẽ amorẽ ac misericordiã, q̃ vulnera corporis sui sanguinem scaturiebãt. Clamor animæ suæ penetrauit latentem abyssum magno sonitu gemituũ ac lachrymarũ super infatuatis animabus multis amorosis atq; attractiuis verbis. ¶ Porro, paupertas ac derelictio animæ suæ tãta erat, vt nullã sustentationẽ, nullum nutrimentũ, nullamq; a sua diuinitate consolationẽ haberet. Pendebat aũt nudus, et a sua diuinitate et ab oĩbus aĩabus derelictus, cũ raptis venis amoris & cõfractis mẽbris auersaq; a se animaq;, ita vt nullã animã haberet, in qua caput suũ reclinare, aut sitibundã aĩam suã refrigerare potuisset. Ideoq; miserabiliter q̃dem exterius, sed multo miserabilius atq; altius vociferabat interius, dicẽs: Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquisti me? O igitur anima nobilis, rumina quæso, & attende clamorẽ istũ, & faciet te tam teipsam q̃ creata oĩa pro amore suo relinquere, qui tã miserabiliter derelictus fuit, eoq; tu ipsum reliqueras. Vide aũt, qualiter bis Deum vocet. Primo siquidẽ, Deus meus dicendo, hoc voluit insinuare, quasi diceret: Omnipotens Deus, quõ iam in tantũ vinci te pmittis ab amore aĩarum, vt me, quẽ tã inæstimabiliter amas, sic penitus deseras, meq; pro eis redimẽdis loco pignoris exponas? O amor, quanta est vis tua, q̃ potẽtissimum Deũ sic flectere & sauciare, & ve

lut ebrium amore largius manare facere potes.
¶Porro, secundo loco dicēdo: Deus meus interi
us ad aīam clamat, quasi dicens: O aīa nobilis, q̄
ad meā facta imaginē per gratiā, Deus, filia, so-
ror et spōsa mea existis, in cuius me imagine v-
niui atq; incluſi, cū qua fœdus perpetuū inīj ad
tecū æternaliter manendū, q̄ mihi tā similis es,
quamq; tam vehementissime diligo, quare me
dereliqsti? Ecce sequor te etiā in infernū. O quo
ties volui te congregare sub alas meas, sed heu
spretis æternis delicijs, transitorijs vilibusq; in-
hæres. Ideoque sitiuit te anima mea, vt te ex fon
te viuo potare possem. Reuertere quæso ad me,
& cessabit omnis dolor meus. Etenim cor meū
apertum est, & ianuam vitæ reseraui tibi, lo-
cumque pręparaui: Ministri quoq; mei oēs te ex
pectant. Ecce sto brachijs amoris ac desiderij ex-
pansis, desiderās te amplexari, & cordi meo for
titer applicare (quatenus æstum amoris mei sen
tire queas) teq; vestimento pulchritudinis mee
induere et velut sponsam exornare, teque mecū,
qui sum pater spirituum, vnum efficere spiri-
tum. ¶O pater, in manus tuas cōmendo spiritū
meum. O summa potentia patris, in tuam sapi-
entiā ac bonitatem, & me & spiritus ac animas
oēs, q̄ per meam passionē saluātur, cōmendo, vt
eas seruare in manibus tuis, easq; vnū tecū effice
re spūm (sicut & nos vnū sumus) digneris, quate
nus in eis vitā ac passionē meā valeam renoua-
re. Postq̄ igitur anima istud plene intelligere incl
pit, omnibus se viribus suis erigit, & seipsam in
interiori cruce extendit, & comprimit totis vi-
ribus adhærere sponso suo, eum sequi desiderās,
seq; totam offerens ac resignās, vt eam pro suo

deside-

desiderio possidere ac regere possit. Et hic anima per Christi animam ad alterum vitæ spiritualis gradum vsque ad montis introitum ascendit.

De impedimentis, q̃ cauere quisq; debet in ascensu suo. Cap. XVI.

PORro, ob naturæ infirmitatem, quæ istam animæ cruciem ferre non posset, inferior homo ad ista accedere non valet. Enimuero, si cor humanum inhibere vellet illud quo perfusa est anima, quodque in ea agitur, ipsum tabesceret & deficere oporteret, atque per hoc in ascẽsu suo anima remoraretur, & spiritus introitũ amitteret, atque inferior homo ab actionis suæ profectu impediretur. Cauere proinde quisque sibi debet ab impetu violento cordis atque naturę, qui profecto de pede montis, id est, a conformitate humanitatis Christi deiiceret, & in noxiam naturam propelleret, in qua sane ęterna perditio consistit. Prudenter itaque hic agẽdum est, & consilium petendum ab incolis montis illius: qui tamen pauci sunt, licet plurimi sint vocati. Quia videlicet nemo sui vult periculum facere, ac seipsum abnegare, in quo tamen immensa salus ac vita æterna consistit. Et quicquid hic mereri negligimus, illo postmodum æternaliter carere oportebit. ¶ Proinde, naturam tuam, id est, hominem inferiorem, in Christi duntaxat humanitatem ascendere, ibique manere atque cum ipso ambulare, operari, discere, dimittere, pati, mori ac viuere sinas. Animam vero tuam cum ipsius anima in vitam spiritualem conscendere, & spiritum tuum cum ipsius spiritu in super-

essentialem ac deiformem vitam ingredi faciat: sicque custodieris in omnibus vijs tuis, cum nō plus sapueris in ascensu, descensu atque introitu tuo, quam tibi datur atque permittitur. Et vt in isto securus ac tutus esse quisque possit, sic orare ac dicere debet: Inclina domine aurem tuam & exaudi me, & custodi me in omnibus vijs meis: quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animā meam, quoniā sanctificata est per te, & saluū fac spiritū meum Deus meus sperantē in te. Igit postquā anima modo supradicto ascendit, inibi in fundo suo persistere nec vlterius temere ingredi nec retrocedere debet.

De tertia scala, quæ est gaudiosus spiritus domini nostri Iesu Christi. Cap. XVII.

TErtia scala, per quam in summæ diuinitatis montem ingredimur, est ipse spiritus Christi, qui fixus & immobilis permanebat in perfecto gaudio & suę diuinitatis fruitione, in essentiali vnitate virium suarum superiorum, in plenitudine deliciarū: extra quas nec ad momentum recedebat, in qualibet magna pœna ac desolatione anima corpusq; suum existerent: paratusq; erat cum gaudio (prout S. Bonauentura testatur) tot corpora, si habuisset, morti tradere, quot sunt stellæ in cœlo, guttæ aquæ in mari, grana arenæ iuxta mare, & gramina super terram: atque in tali pœna, qualem in cruce pendēs sustinebat, vsq; ad extremi iudicij diē permanere pro vnius animæ salute, si hoc iustitia sua exegisset. Cum pfecto q̄q; gaudio seipsum in diuina abysso, in speculo videlicet semper venerandæ

nerãdæ Trinitatis contuebat, atq; semet facie ad faciẽ .i. spiritu ad spm̃ cognoscebat. ¶Ideoq; spiritus noster hic subleuat, & cũ Christi spiritu introducit in mortẽ diuinitatis, atq; in suã terram reuertit, & in sua origine suscipitur, & a superglorioſissima Trinitate circundatur et amplexatur, atq; per excessum rapitur in illud supereſſentiale bonũ, & in lumẽ veritatis, atq; in cõspectu dñi stabilitur simplici cogitatione, mũdo intuitu et in depicto amore, ad contemplandum iugiter Deũ in arcano illo fundo & in intimo suiipsius. Sicq; supercœlestis efficitur, vbi spũs reddit potẽs, & a Deo attrahit ac transradiatur in suæ lucidiſſimæ veritatis agnitione: atq; spiritũ, animã, corpus, cor & sensus permanans, ipsum hominem in quandam diuinam cognitionem trãsmutat, veſtiens ipsum diuino quodam lumine & prima ſtola puritatis: atque inibi cernit spiritus seipsum immẽſo quodam lumine circumseptũ, occultumque suum perspiciens fundum, quid eum impediat & qualiter ipsum deinceps oporteat ambulare, cognoscit: atque hæc eadẽ de aliis quoque hominibus agnoscit. Omnia nanque in illo lumine cernit: ipsi quoque abditi sacræ scripturæ sensus ei tunc deteguntur. Contemplatur siquidẽ Deum ipsum facie ad faciem in arcana illa abyſſo, in omnibus finibus terræ, id est, Deum simpliciter intuetur in occulta illa atq; profunda abyſſo, in intimo videlicet spiritus sui, & in omnibus fundis animarum atque cordibus hominum, quæ omnia Deus omnipotens in seſe absorbere, sibique attrahere vellet, si ab omni essent impedimento libera atque expedita. ¶Et hinc maximum sustinet in anima sua dolorem, quis-

quisquis ista cognoscit, eo quod semper ardentissime sitit salutem animarum, nec tamen propterea vllius est hominis itus imagine depictus, quippe qui simplici veritate (quæ Deus ipse est) est circundatus. Et in istiusmodi homine Deus tantū gaudij, pacis ac delectationis habet, quantum in sanctis suis. Siquidem hominem illum sibi attraxit, totumque induit cum spiritu, anima, corpore, corde & sensibus, sicque eum totaliter immutans, facit vt sit per gratiam, quod Christus est per naturam. Etenim voluntatem eius cum sua diuina voluntate, & desiderium eius cum suo diuino desiderio, eiusque intentionem cum sua diuina intentione, naturam denique illius cum sua diuina natura vniuit: iamque in eo nascitur, viuit, ambulat, operatur, patitur atque resurgit, gaudens inuenisse se hominem secundum cor suum. Et in isto iam deficit homo ab omni sua actione, siue dimissione, verbis & operibus, perditque, non quidem essentiam, sed apparentiam, & viuit iam non ipse, viuit vero in eo Christus. Et hoc est summum gaudium spiritus, quod videlicet homo sic annihilatur, soli Deo viuit. Sicut enim anima cuiuslibet iusti morientis e suo corpore atque sanguine extrahitur, ac liberatur & in vlnas domini susceptа in cœlum introducitur, (Deus nanque, qui est ipsum cœlum cœli in anima existens, eam in se trahit) sic & hanc animam diuinitas ipsa transradiauit atque perfudit, atque vires eius omnes sibi attraxit, diuinaque claritate circundedit, ita vt plus in Deo, quam in suo corpore, & deitas plus in corpore, quam ipsa eius anima viuat, eiusque conuersatio magis in cœlo sit, quam in terra.

Iugiter

lugiter nanq; cum Deo ambulat in cœlo, id est, in primo fundo animæ, qui nimirum cœlum est in quo semper habitat Deus. ¶Et istud est cœlum, in quod raptum se fuisse Apostolus dicit: tertium videlicet cœlum illud, vbi Deum sine medio vidit, quod profecto cœlum, ipsa est prima animæ essentia. Non enim mortuus tunc erat Apostolus, sed in eius corpore anima illius erat, quæ tunc rapta fuit in primã animæ essentiam, vbi Deum essentialiter vidit supra omnem rationem, imaginem atque similitudinem in nuda essentia eius, sicut eum iam actu in vita contuetur æterna. In hoc ergo tertiũ cœlũ ipse spiritus attractus est, & introductus vltra vires superiores, videlicet supra memoriam, quæ modo intellectuali contemplatur, & supra intellectum, qui per formas speculatur, & supra volũtatem, quæ per similitudines contuetur. Supra hæc (inquam) omnia translatus in essentialem quãdam nuditatem, Deum sine medio in diuinæ essentiæ simplicitate, in intima animę essentia absque omni intellectu, forma atque similitudine contemplatur. Et hic anima transradiatur atque perfunditur eodem ipso lumine, in quo Adam erat positus atque vestitus in paradiso, atque in idem illud lumen per Christum Iesum reducitur. Et in hoc lumine talem veritatem anima cognoscit, qualem nemo intelligere potest, nisi qui per Christum Iesum triplex hoc scalare ascenderit, & in tertium cœlum, in montem videlicet summæ diuinitatis introductus fuerit. O quam felix est anima illa, quæ huc ascendere atque introduci meruit, quæque sibi ipsi mortua & in Deo est sepulta. O quã pura ab omi creatura & ab omi extra-

extraneo desiderio efficitur, q̃ corde q̃eta, q̃ mũda a vitijs, q̃ libera ab oĩbus pœnis, q̃ aliena ab oĩ timore, ornata omni virtute, illuminata in intellectu, subleuata in spiritu, cum Deo vnita, & æternaliter beatificata.

Qualiter huiusmodi homo Deum in animæ suæ domo inuenit. Cap. XVIII.

QVisq; ergo talis esse potuit, secure cũ anima amãte dicere potest: Paululũ cũper trãsissem eos, oĉs videlicet occupationes externas atq; sollicitudines, meque in domũ aĩæ meæ cõuertissem, inueni quẽ diligit aĩa mea. Tenui eũ, nec dimittã, donec introducã illũ in cubiculũ spiritus mei, regnũ animę meę, & in domũ cordis mei: nec dimittã eũ, nisi bñdixerit animæ meæ. Tenebo eũ & amplexabor brachijs spiritus anmæ & cordis. Etenim quãdo eum in spiritu amplexaĩ & hilari vultu contemplaĩ, tunc eũ memoria ac voluntate circũplectitur. Et quãdo eũ in anima, eiusq; admonitiões, illustratiões, instructionesq; amplectitur, tũc nimirũ cõcupiscibili atque irascibili viribus eum cõplexaĩ. Quãdo vero eũ eiusq; in omnibus operibus suis diuinã intentionẽ in corde circũplectitur, tunc eũ in prosperis simul & aduersis amplexatur, totaque sollicitudine eũ obseruans, eius honorem in omnibus q̃ vel facit vel dimittit, in comedendo & bibẽdo, in dormiendo & vigilãdo pure quærit, cunctaque ob eius amorem facit. Tunc & ipse eius curam diligentissimam habẽs, animam huiusmodi vicissim in suum cubiculum & in ei essentialem vnitatem suã introducit, vbi sua quiete perfruẽtem, brachijs spiritus, animæ, & cordis sui eam amplexatur. Et hic dilectus a dilecto circum-

circumplectitur, honoratur, custoditur. O quam forte vinculum & inexplicabilis nodus est iste. Sed ad hæc facile pertingere valebimus, si in eius seruitio studiosi esse velimus. Si enim pro altioribus donis non laboramus, ipsis minimis indigni sumus. O si attenderemus, quæ & quanta exigendi quandoq; sumus.

Qualiter anima gratiæ Dei satis esse debeat. Cap. XIX.

PORro, vt gratię Dei satis esse possimus, Deo omnibus viribus adhærere, & tota nos ei diligentia applicare, atq; per Christum introire debemus: vt videlicet per eius mundum atque vulneratum corpus in nostro corpore mundemur, eiusque sanctissimum corpus induendo, illud ipsum in omni puritate sequamur. Et per eius sanctissimam animam nostra anima cum omnibus viribus suis ad ipsum erigatur ac reformetur. Per eius quoque spiritum noster spiritus libertati restituatur, atque in profundissimum animæ fundum (in quo increata lux diuinitatis inhabitat) introducatur. Et hic coram abysso illa diuina sese homo prosternere, seque captum reddere debet in simplicitate spiritus & cordis, & cum subiectis viribus, idque sine omni intellectu, formis ac similitudinibus. Quando nanque per Christi imaginem in animæ abyssum ingressi sumus, omnes illic imagines cedere oportet, sola simplici vniformitate remanẽte, quia & ipse Deus ibi simplex est. Corã hac igitur abysso prosternere sese homo, & in suũ nihilũ se profundare debet. Et tũc gratia sese demittẽs, ipsum in se trahit, & omni eum propri-

proprietare spolians, diuinum quoddam in ipso opus operatur, atque pro eodem opere perpetuam illi mercedem restituet. ¶ O quam nobilis res est ita semetipsum mortificando penetrare, quousque in abyssum veritatis perringat, & Deus ipsum suæ inactiõi aptum efficiat, ipsumque cum anima & corpore amplexetur. Profecto nobilius istud est, quam ea qua ex Deo profluxit nostri emanatio. Atque vt ad istud omnes pertingere, & in Christi amarissimæ passionis ac precioſi sanguinis balneo lauari, perque tres illas scalas ascendere & introduci, atque in brachijs sponsi protegi & custodiri, & in verum fundum deuenire possimus, prout supradictum est, ad hoc nobis ille præstet auxilium, qui propter nos de summo cœlo descendit, Iesus Christus filius hominis, cum quo nos omnes vniri, & per quem nos omnes ascendere & in vitam ingredi, si saluari velimus, oportet. Ipse nanq; ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis qui est in cœlo. Et: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, per me videlicet. Væ autem illis qui hac incedere via nolunt, quibus heu nimis anxiæ atque horribiles viæ in hora mortis eorum pandentur, quando animam caligo & tenebræ operient, & tremor inuadet, & ipsa crudelissime extra corpus suum euulsa, ianuam clausam inueniet. Dum ergo tempus habemus, in hac via ascendere conemur.

Qualiter huius scalæ cacumen cœlum tangat, & qualiter ipsum cœlum in anima sit. Cap. XX.

Triplex

TRiplex ista scala, dominus videlicet Iesus Christus, a terra ad cœlum vsque, & ad vsque cœli introitum & in ipsum cœlum in essentialē abyssum, id est, a corpore vsque ad cœlū animę stellatū pertingit, in quo animæ cœlo Deus continue moratur, quæ latior est omnibus cœlis. Et in ipso vires, sicut stellæ in firmamento lucēt, vnde inhabitatores terræ, id est, cor & sensus hominis illuminant. Et dehinc vsque ad cœli introitū attingit, id est, in essentiale illud cœlum, in quo anima viuit in Deo, vbi vires e sua manant origine, & vbi beatissima Trinitas agit in tres vires superiores. ¶ Et post hęc vlterius pertingit atque deducit in abyssum diuinitatis in essentialem spiritus vnitatem, vbi spiritus angelicus est atque diuinus, & iam magis in cœlo, q̄ in terra moratur: quia nimirum locus eius in Deo, & opus illius ipse Deus existit, estq; Deus per gratiam. Et ex vna quidem parte, in inferiori videlicet fundo nihil est. Interior autem ille fundus, quem Deus inhabitat, adeo diuinus est et in Deum absorptus, vt nihil ibi sit, nisi diuina vnitas atq; simplicitas, et pura essentia Dei: estque anima hic cœlo q̄ terræ vicinior. Et licet ex vna parte corpus suum inhabitet, ipsumq; viuificet, q̄d de terra est, & terra est, & in terram reuertetur, quodq; de terra sustentatur, pascitur atque vestitur ex Dei creatione, quodq; gustat, videt, audit, tangit, & odorat̄ terrena, in quibus omnibus multum certe propinqua est anima terræ. Attamen ex altera parte cœlo vicinior est: Deus nanque animam inhabitans, ipsam viuere facit, qui est cœlum voluptatis & cœlum cœli, in quo omnes cœli (vt ita dicā) cælantur, om̄es

ſpiritus vniuntur & abſorbẽtur, ipſumq; in ſua ipſorum intima eſſentia contemplantur & perfruuntur. Et in hoc cœlo anima æternaliter contemplabitur Deum ſuum, in quo nunc habitat, cũ quo vnũ effecta eſt, ex q̃ emanauit & deifica eſt, & in quẽ refluit & ſpiritus cœleſtis eſt & ſentit, cogitat & intelligit vna cũ angelis cœleſtia, & videt, audit, odoratur, guſtat & tangit æterna atq; diuina. Et in hoc anima cœlo quam terrę vicinior eſt. ¶ Et cum Chriſti humanitatem induit, inter cœlum & terram; inter diuinitatẽ & humanitatem conſiſtit. Et ſi tota cœleſtis eſſe voluerit, terrenam habitationem ſuã in Chriſti humanitate abſcondere debet: ſicq; in ea nihil erit, niſi Deus homo, & ipſa nusq̃ in Deo habitabit. Sed nemo iſtud regnum cœlorum iſtumq; theſaurũ in ſeſe inuenire, ſentire atq; aperire poteſt, niſi p clauem Dauid, quæ eſt Chriſtus Ieſus filius Dauid. Nec poteſt quis ad iſtud cœlum pertingere, niſi per Chriſtum aſcendere ſatagat & intrare. Quo facto, ſine dubio theſaurũ hunc, iſtudq; regnum cœlorũ inueniet. Clauis ſiquidem iſta cuncta arcana referat, et quod ipſa aperit, nemo claudit, & quod claudit, nemo aperit. Quapropter iugiter hanc clauem penes nos circumferamus, & ſcrinio cordis noſtri includamus, vt & nos viciſſim ab ipſo introduci, et in ipſius includi hęreditate mereamur. Et iſtud eſt fundamentum atque ſera omnium monaſteriorum recluſoriorumq;.

Qualiter tribus prædictis ſcalis aſcendere debeamus per nouem gradus in triplici vita. Cap. XXI.

Tribus

TRibus itaque prædictis scalis ad triplicem vitam ascendimus, actiuam videlicet, spiritualē ac supereſſentialem: & quælibet habet in se tres gradus. Quidā nanq; actiuā vitam ducunt, sed vel ex timore, vt serui, vel spe lucri, vt mercenarij, non autem ex amore, nec cū virtutum discretione. Quidam etiam in vita quidem spirituali constituti sunt, sed iram atq; animositates suas uincere ac miti patientia superare, et seipsos, & ea quæ mundus amat contēnere nequeunt. Quidā denicq; vitam cōtemplatiuam supereſſentialē ducunt, sed infructuosi sunt, quia nimirum omnis eorum contemplatio in intellectu, in formis atque similitudinibus, & non in eſſentiali nuditate, & simplici quiete versatur.

¶Proinde si proficere cupimus in hac triplici vita, & nouem his gradibus, qui in Christo Iesu perfecte exiſtunt, per scalam nostram Christum Iesum (per quem & perficimur in ipsos nouem choros angelorum, quibus hæc scala vndicq; est vallata) ascendere debemus. Etenim quamlibet scalam tres angelorum chori circunstant, qui homini auxilium præstant, eique fideliter assistunt, quatenus ascendere in nouem virtutum gradibus, atque denuo nasci, vtque eius natiuitas renouari, & a generatione in generationem multiplicari, id est, vt ipse de vno choro in alium ascendere possit. Siquidem in vnoquoque choro per quem ascendit, eius generatio multiplicatur, & progenies ampliatur, & procedit a progenie in progeniem, & a generatione in generationem. Porro, quam negligentes in isto sint homines, ipse dominus querulando insinuat, dicens: Quia filij huius seculi pru-

dentiores, in ſua videlicet negociatione, filiꝰ lucis in generatione ſua ſunt. Abijciamus ergo omnia impedimenta, & per ſcalam hanc nouem graduum aſcendamus vſque ad regnum & patriam noſtram, ad quam creati, conditi & facti ſumus.

De primo gradu huius ſcalę, qui eſt timor domini. Cap. XXII.

PRimus autem in hac ſcala gradus ſiue ſcalaris, eſt timor domini, qui initium eſt ſalutis noſtræ. Qui enim timet Deum, nihil negligit. Quicunq; ergo Deum timēt & eius māda ta cuſtodiūt, hi ad primū gradum primūq; chorum angelorum aſcēdunt: & hoc per conſiderationem dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui caput noſtrum eſt, cuiusq; mēbra nos ſumus, quem (ſi abſcindi nolumus, & perpetua velimus incēdia euadere) ſequi nos oportet, & cum ipſo aſcēdere, attendēdo qualiter ipſe ſemper cum filiali timore ac reuerētia cœleſtem patrem ſuum reuerebatur, eiq; obediens et ſubditus erat, paratus implere, quicquid iuſſus fuerat. Quanto magis ergo nos miſeri timere, eique per omnia obedire debemus?

¶ Quā ergo periculoſe agitur cum illis, qui Deum nō metuūt? Quātus eos tremor, quāta anguſtia inuadet in mortis articulo, q forte adeſt iam præ foribus, cū iudiciū illud graue eis ſuperueniet, in quo nulla excuſatiōis velamina p̄tendere poterunt? Etenim qui Deum filialiter timent, in primum angelorum chorum recipiūtur: & non ſolum in morte ipſorum, ſed ex hoc iā nunc præparatus eſt ibi locus eorꝝ, quandiu in hoc gradu & in timore domini abſq; mortali peccato perſtite-

ſtiterint: & omnes angeli de ſui augmentatione lætantur aſſiſtuntque illis, ne quo modo extra hunc gradum corruant: imo & cœleſtis pater gaudet ouem perditam ſuo gregi reſtitutam: filius ſuum precioſum ſanguinem fructificare, ſpiritus ſanctus ſuum amorem impleri, ſumma ac beata Trinitas ſuam imaginem reformari, in qua faciem ſuam Deus cõtueri ac illuminare, & ſempiternum verbum radiare poſſit.

De ſecundo gradu, qui eſt amor Dei. Cap. XXIII.

SEcundus gradus, eſt amor Dei. Nam qui ex amore Deo ſeruiunt, eiusque cõſilia ſequuntur, hi ad ſecundum archangelorum videlicet chorum perducuntur, idque per ſcalam Chriſtum Ieſum, qui omnia noſtrę redemptionis opera ex amore peregit. Et per hoc in operibus ſuis cum ipſo vniũtur, et in archangelorum numero cõputantur, inter quos quilibet eorũ maius gaudium habebit, q̃ omnes angeli de primo choro habeant. Cuſtodiunt autem archangeli homines iſtos valde ſollicite, ne quo modo extra Dei cor ruant dilectionem.

De tertio gradu, qui eſt diſcretio virtutum. Cap. XXIIII.

TErtius gradus, per quem in virtutum gradum conſcenditur, eſt hic, vt non ſolũ ex timore vel amore bonum quis operetur, ſed vt etiam cum diſcretione bonis actibus & virtutum operibus inſiſtat, vtque diſcretũ, ordinatũ et rationabile ſit obſequiũ eius, & vt vitia, non naturam opprimat vel occidat, vtque non

carni, sed spiritui seruiat, Deoque obediat, & operetur, non secundum suum propositū siue proprium captum, sed iuxta illuminationem diuinę admonitionis, & eius humanitatis opera. Et in hoc homo per Christi humanitatem, qui in oīm bus operibus suis discretissimus erat, rite primā scalam ascendit, atq; in virtutum chorū suscipitur, et ab omnibus trium ordinū siue chororū primæ hierarchiæ angelis, quibus scala nostra Christus dñs vndiq; est circūdatus, in timore, amore & virtutū discretione custoditur. Deniq;, hic inferior homo per tres gradus in actiua vita ascendit, vnū iam effectus cū humanitate Christi, per q̄d oīa opera eius in actiua vita perficiuntur.

Qualiter ab actiua vita proficiēdum sit ad vitam spiritualem. Cap. XXV.

IAM vero adhuc vlterius ascendendum est, in vitam videlicet spiritualem, idque per alteram scalam, quæ est anima Christi. Qui enim non proficit, retrocedere necesse habet. Sane qui in bonitate quotidie non crescit, etiam pane quo vescitur, indignus est. Non ergo cessemus proficere, quousque ad supremum virtutis gradum perueniamus: & imitando sponsum nostrum, ad supremum vsque angelorum chorum pertingamus, vbi summum atq; precipuum bonū absq; intermissione in intimam spiritus abyssum irradiat atque lucet. Non enim prius anima quiescere potest. Ibi duntaxat verum est gaudium spiritus, animæ pax, & quies cordis. Et sane multa sunt, quæ nobis in hoc auxilium præstant. Etenim pater nos trahit, filius illustrat & instruit, spiritus sanctus dotat & regit, sancta Trinitas ample-

amplexatur, essentialis vnitas introducit, omnes sancti pro nobis exorant, angeli ministrant, & omni tempore nobis assistunt.

De quarto gradu, qui est humilis patientia. Cap. XXVI.

QVartus gradus, per quem in primum vitæ spiritualis gradum & quartum angelorum chorum, Potestatem videlicet ascenditur, est humilis patientia in omni aduersitate: quæ patientia in aduersis non turbatur in irascibili in sinistro latere constituta, a qua parte tot homini in hunc gradum ascendere volenti subtiles aduersitates occurrunt & accedunt, vt vix credi possit: idque studio & opera diaboli, non vnius tantum, sed omnium qui extra ordinem Potestatum ceciderunt: qui nimirum inuident homini locum illum, extra quem ipsi corruerunt, & multo in ipsum odio debacchantes, multas aduersus eum miras & graues commouent aduersitates. Quicquid autem per seipsos facere nequeunt, hoc per homines efficere conantur, eos præsertim, qui ad inuidiam, iram & odium sunt propensiores: per quos tales sæpe turbationes excitant, vt nesciat homo ille bonus, quo se vertere debeat. Sed in hoc nemo deiici animo debet. Siquidem immensus inde animæ fructus eueniet, si modo in omni aduersitate sua in Deum confugiens, & seipsum comprimens, in interiori illa cruce se distendi permiserint: cum gaudio ferens omnem sui contemptum atque despectionem, sicque dicat: O pie Iesu, si tu Deus maiestatis propter me tanta sustinere,

& non nisi per crucem huiusceemodi introire in regnum tuum voluisti: quanto magis me vermiculum aliquid pati, sed sub omnium pedibus conculcari æquum est? Non enim est seruus maior domino suo. Quamobrem o dñe Deus meus crucifige, distende & occide in me, quicquid mũdus amat in me, & tua passiõe diluas, quicquid ego sustinere merui (satis em̃ supercq; tu pro me satisfeciisti) vt sic innocẽs tecũ pati valeam: desque mihi Deus meus, vt omnes aduersarios meos mansuetudine vincam, & ne vincar a malo, sed vincam in bono malum, eosque omnes qui me p̃sequunt̃, et pro eis orare nullatenus cessem. Ista humilis patiẽtia fundamentum est vitæ spiritualis, per quam omnes inimici superantur. Et qui tales sunt, illi in quartum angelorũ ordinem, Potestatũ videlicet admittuntur per Christũ Iesum dominũ nostrum, qui omnes aduersarios suos humili patientia superabat. Gaudentque angeli ordinis huius de suæ augmento societatis, et homines huiusmodi in pace custodiunt, spiritus malignos, ne eis nocere valeãt, coercendo. Et hic plus habebunt gaudij homines illi in Deo, quã omnes angeli ordinum inferiorum.

De quinto gradu, qui est contemptus secu li. Cap. XXVII.

QVintũ gradũ per quem in choꝝ quintũ, Principatuũ videlicet ascendit̃, illi tenẽt, q̃ mundũ atque seipsos contemnentes in Dei sese desideriũ trãsfundunt, & vim suam cõcupiscibilem mundã seruant, in nullo suã delectationem aut voluptatem sectantes, vel regrentes, neque

neq; hic neq; in futuro: quatenus omnipotẽs Deus solus in eis gaudium ac delectationẽ pro suo voto habere possit, cuius etiam solummodo in omnibus honorem ac gloriam quærunt, cunctisque ea intentione & in eum finem, ad quem ipse ordinauit, pro suo amore vtuntur. Isti sunt fertile granum frumenti, qui in terram, id est, in Christum ceciderunt, & mũdo in seipsis mortui multos viuos atq; cœlestes proferunt fructus: ideoq; in Principatuũ ordinem admittuntur per Christum Iesum, qui suam in terris delectationem nõ sequebatur, neq; honorem vllum affectabat hic vel in futuro, sed tota intẽtiõe cœlestis patris sui gloriam & honorem quærebat, & omnem istorum hominum cupiditatem morte sua acerbissima deuicit. Ipse est etiam fœcundum illud granum frumenti, vnde omnia pascuntur, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Deniq; huius ordinis angeli mundo principantur, & sublimiores regunt potestates. Ideoq; diligenter cauent ne homines isti vel a mundo, vel a seipsis superentur. Et hic plus gaudij obtinebunt homines isti, quam omnes alij angeli, de quibus est antea dictum.

De sexto gradu, qui est patiẽs introuersio, siue internitas. Cap. XXVIII.

SExtum gradum, per quem in sextum angelorum chorum, Dominationũ videlicet, ascenditur, illi tenent, qui patiẽti corde ac introuersione Deo seruiunt, & a veritatis irradiatione in omni loco, & qualibet actione sua introducuntur. Et hi valde despiciuntur & persecutiones magnas patiuntur, ab his etiam, qui vidẽ

tur esse boni, quiꝙ in exteriori sanctitate & magna virtutū apparentia positi sunt, per quæ multū molesti & onerosi fiunt hominibus istis, dum eos volunt suos modos & actualitatem sectari: quod fieri minime potest. Ipsa nanque æterna veritas per semetipsam eos introducit, & ab ipsa aguntur. Sed hoc illi non intelligunt: quippe qui nec introitum, nec vias istorum nouerūt. Et ideo Christus cōfitebatur patri suo cœlesti, quod absconderit hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelarit ea paruulis. Sane omnis sanctitas, quæ alteri onerosa est, vera non est sanctitas, nec omnes virtutes spiritum locupletant. Quia videlicet qui proprio labore virtutes operantur, & cū proprietate eas possident in apparentia sanctitatis, hi a diuitijs Dei non locupletantur: quia nec a spiritu Dei agūtur. ¶ Qui vero per veritatem in profundissimā aīæ essentiā introducti, ibidē penes Deū supra oēm virtutū indigentiā morantur, vbi ipsę virtutes essentiales efficiuntur, hi nimirum in spū ditātur. Etenī diuitiæ Dei sunt hę, ꝙ spiritus noster a suo spiritu sic ditatur & agitur. Cū enim sit ipse Deus omne bonum & omnis virtus, ideo qñ spiritum resignatū & pauperem inuenit, ipsum in se trahit, faciēs eū esse per gratiā, ꝙd est ipse per naturam. Et hic cuncta hominis opera annihilantur, & ipse in suam originē, hoc est, ad omne bonum, ad ꝙd factus est, redit. Et quāuis istiusmodi hoīes pręter oēm æquitatē forinsecus persecutiones & oppressiones patiantur, intus tamen ita consolantur ac subleuantur, vt cuncta aduersa cum gaudio spiritus, pace animæ & cordis quiete, sicut melius possunt, sustineāt. Et quia in inferiori sui parte semper mobilis

biles & passibiles remanẽt, ideo ex humana fragilitate in aliquos interdum defectus labuntur, quos tamen continuo in dñi sui passione diluere festinãt. ¶ Porro, intus in anima sua graue põdus magnæ tristitiæ & doloris sustinent, & ex parte sentiunt in seipsis, quod & in Christo Iesu. Quia enim a veritate sunt illuminati, ideo bene vident, qualiter regnum Dei & via veritatis (quæ in anima consistunt) nimium obfuscata et incognita sunt, idque non solum in secularibus atque cõmunibus, sed & in religiosis atque doctis hominibus: qui cũ viam veritatis alijs mõstrare & pandere teneantur, ipsi extra eandem seceſſerunt, & naturali rationi suæ inhærentes, literam, non spiritũ proferũt, & magis secundũ carnem, q̃ secundũ spiritũ viuere cõprobãtur. Vidẽt insuper hoĩes illi, q̃ grauiter hoĩes pene vniuersi irretiti, & suæ sint naturæ colligati, ob quod tantum in eis potestatis habet inimicus, eosq; in suę pertrahens cõsensum voluntatis, per falsam quãdam apparentiam secum captiuos abducit. Est nanq; hæc oĩm origo vitiorũ, q̃ suæ quisq; naturæ & voluntati viuit. Et ex horum cõsideratione tantum in anima sua homines illi doloris põdus sustinent, vt natura ipsorum hoc nullatenus ferre possit. Etenim si in corpore pœnã illam sustinerent, fieri non posset, quin vel millecies eorũ corda ex proximi cõpassione rumperentur. Interim tamen gaudiũ spiritus in nullo minoratur. Qui si per amorẽ diuinũ in lucem veritatis intracti non essent, ista minime cognoscerent, & ideo nec tm̃ dolorẽ pariter et amorem erga proximos quosq; sentirent. ¶ Denicq; hoĩes isti Deo multũ sunt amabiles et accepti, eo q̃ a spũ Dei ducunt̃, & in

& in Dominationū ordinem recipiunt per Chri
ſtum Ieſum dominum noſtrum, qui per patientiã
am omnes perſecutiones ſupra omnem æquita
tem & rationem ſibi illatas, & ſiniſtras omniũ
operum ſuorum interpretationes ſufferebat, &
pro crucifixoribus ſuis exorabat. Porro, Dñatio
onum ſpiritus deuotiſſimi ſunt pro nobis inter
ceſſores, & diuinitatis abyſſum ad miſericor
am emanare faciunt, habentq; commiſſionẽ a
dominationem ſuper omnes prædictos choros,
& ſuper ſpirituales prælatos, & ſuper omnes i
los, qui a diuino ſpiritu ducuntur: quibus etiã pa
tientem introuerſionem & illuminatam diſcre
onem ad edocendum alios hanc veritatis viam
obtinent impetrantque. ¶ Et hic primo aſcẽdit
homo in vitam ſpiritualem, quæ in tribus gra
dibus in anima exercetur, videlicet per humi
patientiam, ſuiſpſius & mundi contemptum, &
patientem introuerſionẽ. Et hic homo altera ſu
pernorum ſpirituum hierarchia circũdatur, cu
ctique eum angeli cuſtodiunt, ne deorſum ruat.
Niſi enim eorum vigilantia cuſtodiretur, ſine
ceſſatione deorſum laberetur, tam per impatien
tiam, quam aduerſitatum moleſtiam, & a malis
& a bonis hominibus ſibi irrogatam. Maxime
pere enim cauere ſibi debent in hoc gradu conſti
tuti, ne ab impatientia ſuperentur, & ſemper fi
xi atq; immobiles lapidi Chriſto innitantur, &
viriliter ad ſecundam ſcalam, ipſam videlicet
Chriſti animam, per quam aſcenderunt, ſeſe te
neant: iugiterque abintra gratiæ cœleſtis auxi
lium inuocent, dicendo: O cœleſtis pater, confor
ta & trahe me. O fili Dei æterna veritas, perlu
ſtra & circunplectere me, & ab omni malo, q
me

me a te possit auertere, tuere me. O spiritus sancte Deus, rege me, & diuina præsentia tua cũcta interiora mea adimple.

De septimo gradu, qui est resignatio voluntatis, per quem e vita spiritali trasitur ad vitam deiformem. Cap. XXIX.

IAM vero adhuc vlterius ascendendum est in deiformem ac supereſſentialem vitam: idque per tertiam scalam, Christi videlicet spiritum, per quem in fundum veritatis peruenitur, per quem etiam in septimum gradum, & in ordinem thronorum, & in primũ vitæ supereſſentialis gradum conscenditur. Quo nimirum perueniunt hi, qui suam volũtatem in Dei acceptissimum beneplacitũ resignantes, seipsos nõ ficte, sed in veritate in omnibus funditus abnegarũt, & non solum voluntatem habent Dei beneplacitum exequẽdi, sed etiam omnem voluntatẽ suam cum omnibus viribus suis, & cum omni esse & posse suo in diuinam abyssum immerserunt, vt ipse suam in eis perficiat voluntatem. Ideoq; fortissimus atque regalis thronus effecti sunt, in quo Deus ipse inhabitat, & immobiliter quiescit, in quo seipsum laudat, sedetq; in eo vt lut rex in solio suo, cunctaq; in eo opera sua operatur, in intimo videlicet fundo, in quo immobiliter inhabitat atq; moratur: in quo etiam fundo tanta pax est atq; libertas, vt nullis siue prosperis, siue aduersis moueatur. Nemo enim præter solum Deum, in ipso habitantem ac operantem, hunc fundum mouere, nec quisquam omnino alius, siue angelus, siue sanctus, siue creatura quælibet, siue ipse etiam homo in hunc fundum intrare

ſintrare poteſt. ¶Et quidem hæc omnia in fun-
do noſtro latent, quæ ſi ſentire velimus, & no-
bis fructuoſa eſſe debeant, ita recollecti, ac in
Deum immerſi eſſe debemus, ſicque noſipſos
funditus abnegare, vt nihil viuat in nobis præ-
ter Dei voluntatem, vt ſic ipſe ſine vlla con-
tradictione cuncta interiora noſtra regere poſſit
(quemadmodum rex aliquis regit regnum ſu-
um) & omni familiæ noſtræ pro ſuo ſeruitio at
reuerentia imperare. Sic enim fundus iſte, in
quo Deus ipſe velut in throno ſuo moratur, lu-
cet. Enimuero, quicunque tales ſunt, vt iam
dictum eſt, illi Deo chariores mille alijs exi-
ſtunt, qui non ab eius voluntate aguntur, ſed
per ſeipſos cum eius voluntate operantur, &
ideo creaturæ permanent in ſuis operibus deſi-
entes. Qui vero ſeipſos Deo reſignant, vt ipſe
met ſuum in eis opus perficiat, illi deiformes &
Deum patientes efficiuntur, in ordinem thro-
rum ſuſcipiendi per Chriſtum Ieſum dominum
noſtrum, qui tam perfecte omnem voluntatem
ſuam in cœleſtis patris ſui beneplacitum tran-
fuderat, quaſi nullam vnquam voluntatem ha-
buiſſet, ſemperque dicebat: Pater, non ſicut
ego volo, ſed ſicut tu vis. Cuſtodiunt autem hi
beatiſſimi throni homines iſtos in deifica pace
& cauent ne ad inferiora inclinentur, & de ſui
numeri augmentatione lætantur. Habentque
hic homines iſti plus in Deo gaudij, quam om-
nes ſpiritus ordinum inferiorum.

De octauo gradu, qui eſt ſimplicitas intel-
lectus. Cap. XXX

OCtauum gradum, per quē in octauū Cherubin ordinē ascenditur, illi tenent, q seipsos ab omni intellectu denudarūt, & absque imaginatione contemplantur, quiq ad suū naturale lumē conuersi, in primū fundum suū in diuinam caliginē secessserunt, in quo fundo lux increata sine cessatione irradiat, & eadem diuina lux ex abysso procedens, seipsam perlucida claritate dilatat, & spiritum atq animam cū omnibus viribus eius illustrat, & radios suos in terram cordis dirigens, ipsum feruidum reddit, atque fœcundum. Et hinc vires lucent & ardent instar stellarum cœli, & in isto anima simplificatur & exornatur, & lumine gloriæ vestitur: imago supersanctissimæ Trinitatis (in qua speculū eiusdem semper venerandæ Trinitatis clarissime lucet) denuo clarificatur: animę facies Deum sine medio simpliciter contemplari idonea efficitur: simplex animæ oculus semper apertus existens, diuinitatis abyssum sereno atque iucundo intuitu absque propriæ nihileitatis cōsideratione contemplatur. Et quamuis intellectus creatus, aliæque vires ex hoc simplici atque diuino fundo, tanquam ex sua origine promanent ac profluant, & ab increata luce simul collectæ feruentur & transformentur, nequaquam tamen in eum pertingere vel peruenire possunt. ¶ Quisquis autē huc pertingere voluerit, eum, quicquid habet, intellectum videlicet, desideriū, voluntatē & opera sua impēdere, seq corā diuina abysso captiuū prosternere, & in suā immergere nihilestatē, Deūq in paupertatis solitudinē sequi oportet: & tūc ei fundus iste aperit. Notandum vero, q sunt nonnulli, qui in hunc fundum intro-

introducti & viam hanc edocti sunt, qui tamen a creata luce subtiliter hinc educuntur, eo quod intellectus eorum multum habet intellectualis obiecti per modum scripturarum, per quas inordinate ab vnitate in multiplicitatem euocatur et abducitur. Et tunc eis fundus iste occultatur, & occluditur, & ipsi pauperes ac desolati efficiuntur. Ideoq; verus Dei amator summopere cauere debet, ne creati luminis argumentationibus respondeat, magis autem increatã lucem sequatur, & vnico vni (in quo omne bonum & vita consistit æterna) respondere curet. Denicq; homines illi in hoc gradu constituti, tam in suo fundo sunt copiose illustrati, vt per eorum deiforme lumen, quo per æternam sapientiam sunt clarificati, cuncta eis irradiẽt, suscipiunturq; in octauum Cherubicũ chorum per Christum Iesum dominum nostrum, qui lumen increatum clarissime contuebatur, & hanc viam aptissime docebat, cum diceret: Ego sum via, veritas & vita. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Qui per me ambulat, non errabit. Qui mihi credit, non decipietur. Qui mihi adhæret, vna mecum lux efficietur. Custodiunt autem beatissimi Cherubin homines istos in simplicitate, obtinentque eis meritis ac precibus suis claram Dei & suipsorum cognitionem, diuinam sapientiam, et veram discretionem, tam erga se, quam circa quoslibet alios: habebũtq; hic isti plus gaudij, quam omnes alij infra constituti.

De nono gradu, qui est simplicitas cogitationum. Cap. XXXI.

NOnum gradum, per quem in eiusdem numeri Seraphicũ ordinem ascenditur, illi tenent,

tenent, qui suas in Deo cogitationes stabiliunt, & cū intimis cogitationibus suis adeo in Deum sunt immersi & absorpti, vt spiritus eorū iugiter inclinet & aspiciat in suam originem, maneatq; continue apud Deum in ipsius præsentia, vbi semper æternitati respondet, & in suo principio moratur. Hic prorsus nihil est, nisi simplicitas & vnio diuina, vbi cogitatio cum beatissimis Seraphin ardet & flammescit ignito amore, memoria ab omnibus phantasijs & inferioribus rebus libera, exoccupata & quieta existit, vt cogitatio simplex est, & in puram illam lucem subleuata. Et hic loquitur animæ Deus: Ego ostendam tibi omne bonum, hoc est, meipsum, daboque tibi quandam mei cognitionem. Cum ēm amorosissimo liberalissimoque cœlesti patri cū spiritus immansione inhæremus, tūc ipse lucem quandam incomprehensibilis claritatis in intimum nudæ animæ a se descendere facit: quæ lux est lucidum quoddam medium inter Deum, & amantem spiritum. Simplex vero & munda cogitatio, est viuum quoddam speculum sine macula, in quod lux ista sine reuerberatione irradiat, exigens a nobis similitudinem, et cum Deo vnionem. Et hic plenitudo gratiæ in essentialē spiritus vnitatē effunditur, per quam supereſſentialis, spiritualis & actiua vita exornatur ac nobilitatur, facitque hominem in omni gratia aptum, vnumque cum Deo. Et in isto possidet homo supernaturalem quandam spiritus vnitatem, velut proprium habitaculum suum, quæ vnitas sese inclinat in diuinam essentiam, vsque ad supremam illam vnitatem, in qua pater, filius & spiritus sanctus vnum sunt in di-

uinæ essentiæ simplicitate, in ista videlicet occulta vnitate, in qua insuper anima semper renouatur, in diuina generatione, in quodam (Nunc) sempiterno, & diuinum verbum in anima continue profertur, quæ etiam cum Dei filio generatur, in quo omnes diuitiæ, deliciæ, cognitio Dei, & quicquid delectabile esse potest, sine modo possidetur in ista incomprehensibili habitatione, quæ est arx firmissime conclusa, in qua Deus ipse inhabitat. ¶Et hic cœlestis pater supra modum cum istiusmodi homine lætatur, per amorem illum, quo vnicum filium suum diligebat, loquiturque in animam ipsius: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc est, nunc & in perpetuum filius meus mecumque eris. Et ego lumen vultus mei super te illustrabo, & verbum meum sempiternum in te generabo, teque circunplectens vniam in amore meo, vt quemadmodum nos tres vnũ in diuina essentia sumus, sic & tu habites in me, & ego in te in intimo spiritus tui, illicque cum diuina natura mea habitabo in humana natura tua, & transformabo te in claritatem meam, eroque tecum & ambulabo, quia filius meus dilectus es tu, in quo mihi bene complacui. Et alij te audient & sequentur. Et ego, inquit filius, meam in te natiuitatem, vitam, passionem, mortem & resurrectionem inuocabo, & meipsum tam tibi, quam alijs omnibus tecum in vitæ tuæ conformitate, in spiritus vnitate existentibus manifestabo, faciamque vos omnes gaudere in iucunda resurrectione & nouitate vitæ. Propterea siquidem vita mea doloribus plena fuit, quatenus vita vestra gaudio abundaret.

Verum-

Veruntamen, in mundo pressuram habebitis, in me vero gaudium. Manete ergo in me, & tale solatium & pacem habebitis, quæ nemo tollet a vobis: gaudium in spiritu, pacem in anima, & delectationem in corpore: per quæ gaudioso spiritui sanctissimæ animæ & purissimo ac patientissimo corpori meo conformabimini. ¶Veruntamen licet homines istiusmodi tantis abundent gaudijs, tamque vniti sint Deo, nõ tamen magnarum sunt passionum expertes: quippe quorum tanto est pœna acerbior, quanto cognitio & amor sublimior. Crucem autem istam in anima sua ex proximorum compassione præ amore portant. Et quãto gaudium & amor Dei in ipsorum spiritu magis abundant, tanto etiam dolor in anima & ex amore erga oẽs homines compassio in corde maiores sunt. Habent itaque semper gaudiosum ac eleuatũ spiritum, animam amore crucifixam, cor compassione repletum, & corpus puritate ac patientia decoratum: & in hoc Christum dominum ac redemptorem suum imitantur. Ideoq; in supremum Seraphicorum spirituum ordinem admittuntur, per Christum Iesum dominum nostrum, qui perfecte vnitus in cogitationibus, mente subleuatus & amore erat æstuans, tam erga patrem suum, quam homines vniuersos. Custodiunt aũt beatissimi spiritus isti homines huiusmodi in puritate cogitationum, & spiritus libertate, obtinentque eis amorem diuinum, faciuntq; eos Dei & proximi charitate flagrare. Et hic plus gaudij habebunt isti, quam omnes alij ordinum inferiorum.

Qualiter homines isti nouem angelorum ordinibus circundantur, & in diuinam libertatem introducũtur. Cap. XXXII.

DEnique in hoc iam gradu perfecte ascenderunt homines illi supradicti per tertiam scalam, Christi videlicet spiritum in vitam supersessentialem, per quam Deo simillimi efficiuntur, et a tertia vndique angelorũ hierarchia circundantur. Etenim primæ hierarchię spiritus, corpus in vita actiua custodiunt in triplici gradu, in timore videlicet, amore & discretione: idque per vitam & passionem Christi. Secundæ hierarchiæ spiritus, animam in vita spirituali custodiunt: & hoc similiter in triplici gradu, in humili videlicet patientia, contemptu suiipsius, & omnium sensualium rerum, & patienti introuersione: idque per animam Christi. Tertia hierarchia, spiritus in vita supersessentiali ac deiformi custodit, æque in tribus gradibus, in diuina videlicet vnione, clara cognitione, & charitatis feruore: idque per spiritum Christi. Et per hæc intimus interior, & exterior homo deiformis efficitur, & in Christum Iesum transformatur, circundatus vndiq; nouem angelorum ordinibus, qui simul cum ipso ambulant in cõspectu altissimi Dei. Hoc igitur pacto exercere quisq; debet in seipso præfatos hos nouem virtutũ gradus, qui totidem in homine loca habent, in quibus auxilio sanctorum & angelorum proficere debet, atq; per Christum Iesum ascendere, qui has easdem virtutes in seipso exercitauit, & perfectissi-

fectissime habuit: qui nobis factus est via, per quam ambulemus, & scala, per quam ascendamus, videlicet ad superbeatissimã Trinitatem, et ianua vitæ, per quam ingrediamur: idque per potentiam & auxilium patris, sapientiam filij, amorem & gratiam spiritus sancti, & operationem indiuisæ & supersanctissimæ Trinitatis & essentialis vnitatis. Et sic vnus cum Deo spiritus efficietur.

Qualiter homines isti a Deo dotentur. Cap. XXXIII.

MVltum profecto amorose homines isti a summo bono, Deo videlicet optimo maximo suscipiũtur, atq; in regnum ipsius introducũtur, non tantum in mortis articulo, sed ex hoc iam tempore. Quando enim taliter sibijpsis mortui sunt, & vita eorum in Christo Iesu abscondita est, soluſque in eis Deus viuit, tunc eis in anima regnum cœlorum aperitur, & ipsi in spiritus arcana introducuntur, in illud videlicet tertium cœlum, in quo se sanctus Paulus fuisse describit, quando Deum essentialiter vidit, & in quo Christus ipse suam continue diuinitatem contemplabatur, & ea in spiritu fruebatur, ambulãs in cœlis inter angelicos spiritus, quando corpus & anima ipsius in grauissimis erant pœnis distenta in terris. ¶Intelligat hæc bene fidelis lector vt intelligenda sunt. Ideo nanq; sortiti sumus intellectum, vt per ipsum veritatem cognoscamus intelligamusq;. Sciẽdum itaq; est, quod anima est imago Dei & beatissimæ Trinitatis habitatio, in qua Deus continue moratur. Cor vero & corpus temporalia sunt vasa lu-

tea, in quibus anima habitat. Est igitur anima constituta inter tempus & æternitatem, inter Deum & corpus. Secundum supremam sui partem deifica est & cū Deo vnita, secundū inferiorem vero partem humana est, & corpori copulata. Verum itaq; est, vicinius hoc esse animæ, q; Deus in ea habitat, ipsamq; viuere facit, & gustare ac intelligere æterna, q̄ q; ipsa in corpore habitat eiq; vitā ministrat, quam tū eandē vitā nihilo minus a Deo habet. Vicinior ergo mihi Deus est in me existens, quam corpus me circundans. ¶O si istud perfecte anima cognosceret, quam hilariter cuncta terrena fastidiret, corpus spiritui subderet, omnia, quæ extra se sunt, contemneret & obliuioni daret, regnumque Dei intra se existens tota intentione inquireret. In hoc regnum Dei gloriosa sese virgo Maria conuerterat, cum a beatissima Trinitate salutata, eligebatur in patris filiam, filij matrem, & spōsam spiritus sancti: cum itidem ab angelo salutata verbum æternum in ipsa carnem assumpsit, & in isto continue morabatur, & Deum in fundo animæ suæ adorabat. Huc quoque beatissima Magdalena sese introuerterat, cum ei suprema & optima pars applicabatur. In isto regno, & sancti, & angeli vniuersi Deū essentialiter contemplantur, in quo & ego desidero Deum meum perenniter contueri, & cum ipso æternaliter manere. Denique in isto cœlo præfati illi amabiles homines ambulant, Deoque continuo fruuntur, & omnium gratiarum benedictionē percipiunt, & sicut stellæ cœli diuites efficiuntur, eorumq; genimina multiplicantur, tamq; per gratiā fœcundi reddūtur, vt cœlum impleant fructuosis

tuosis virtutū operibus, quæ Deus ipse in eis operatur, sicq; in suis generationibus multiplicātur, sicut arena, quę est in littore maris: omnes videlicet angelorum ordines atq; sanctorum, quibus in Deo secretissimi sunt, multumq; familiares, quippe qui æqualiter cum eis ex Deo fluxerunt, & ad eius imaginem sunt facti & vniti cū ipso in vna volūntate, vno desiderio, & eadem intentione. ¶Efficiuntur insuper adeo in gratia locupletes, tamque large omnia eorum interiora perfluuntur, vt omnes eorum vires, omnis sanguis, & ossium medulla in diuino amore & vera resignatione totaliter consumantur & alterētur, recipiuntque nouum quoddam nutrimentum & diuinum influxum, atque a Deo confortantur, vt ipsius inactionem valeant sustinere. Vnguntur quoque oleo lætitiæ, & accipiunt coronam exultationis, quam nemo accipere potest, nisi innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, sed Deo in veritate adhæret. Tales nimirum a lucido diuinitatis splendore sic perlustrantur & in spiritu exhilarantur, vt quoddam diuinū diadema ex animæ capite refulgeat. Et hæc est lætitia illa sempiterna super capita eorum, estque specialis quædam aureola, quam nemo accipit, nisi qui virginitatem integram seruauerunt. ¶Hi nanque sequuntur agnum, quocunque ierit, id est, in anima sua lumen quoddam æternæ sapientiæ perceperunt, viuū videlicet illud verbum Dei filium, quod cum gaudio sequuntur in oībus, ad q̄ ab illa luce diriguntur, eo modo, quo Christus eos anteceſſit, & cātant quasi cāticum nouum, quod nemo alius discere potest, id est, oc

cultę Deo ſecreti ſunt & nouam gratiam nouamque ſemper veritatis percipiunt cognitionem. Et hinc cantant, Deumque laudant in intimo ſpūs ſui, & ipſe Deus ſemetipſum laudat in eis de proprijs donis ſuis altiſſimo laudis canticо & voce ſuauiſſima ſummæ exultationis, nouiſque hymnis lætitiæ electorum ſuorum. Coronanturque ab ipſo gloria & honore, & portant nomen eius in frontibus ſuis, quod eſt ſapida ſapientia, & odor atque vnctio ſpiritus & vitæ perennis. Sapor autē iſte non eſt ciborum aut potuum, ſed lætitia & gaudium in ſpiritu ſancto, & aſſecuratio vitæ æternæ. ¶Hic inſuper centuplum illud accipiunt ſibi a Deo repromiſſum, id eſt, conſolationem quandam internam, & experientiam, & virtutum perfectionem cognoſcunt: Veramque boni ac mali diſcretionem percipiunt, ita vt neque errare, neque ſeduci poſſint. Siquidem agnum illum ſplendidum ſequuntur. An non vere centuplum recepiſſe dicendi ſunt, qui a patris virtute trahuntur & introducūtur, & ſpiritu ſancto replentur, Chriſtum in ſuo pectore habent, regnum Dei intra ſe portant, & filij adoptiui efficiuntur? An non vel millecuplum percipere dicendi ſunt iſti? Neque tamen ſemel tantum hæc eis contingunt, ſed quoties ad Deum ſeſe in ſuum intimum fundum conuertunt, ſeque ipſos deſpiciunt, & alia omnia velut ſtercora arbitrantur, toties a Deo in arcanum illud ſanctum ſanctorum intoducuntur vſque ad ſecretum illum in diuino amore amplexum, habitantque in intimis dñi noſtri Ieſu Chriſti, nō iam anima eorum in corpore ſuo, ſed in corpore Chriſti. Vnde ſanctus ait Bernardus:

nardus: Inde martyri tolerantia, quod in Christi vulneribus tota deuotione versatur, & iugi meditatione demoratur in illis. Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum e carne sua circunspicit ebullire cruorẽ. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis visceribus esset scrutãs ea ferrum, profecto sentiret, & dolorem non ferret, succumberet & negaret. Eodem modo et isti Deum perfecte amantes homines, stabili cogitatione in intimis Iesu Christi commorantur, per quem vbique proteguntur, & in omni aduersitate sua consolantur. Quomodo enim alioqui oẽs tribulationes, opprobria, aduersitates & inimicorum tentationes sustinere possent, si a Christo non confortarẽtur, per quem omnia possunt? & non solum patienter, sed & gaudenter omnes infirmitates & pœnas sustinent, sicut Apostolus ait: Omnia possum in eo, qui me confortat.

¶ Denique, sic vincentibus datur manna absc̃ditum, & calculus candidus in animas eorum, prout spiritus Dei in Apocalypsi testatur: Vincenti (inquiens) seipsum videlicet & omnia atque transcedenti, dabo manna absconditum, id est, interiorem atque occultum quendam saporem, & cœleste gaudium & calculum cãdidum, & in calcũlo nomen nouum scriptum: quod nemo scit, nisi qui accipit. Lapis iste ob suam paruitatem calculus dictus est. Nam etsi pedibus calcetur, calcantem dolore non afficit. Est autem candidus, clarus ac rubicundus instar flammæ ignis,

gnis,paruus,rotundus & æqualis vndiq;.Et per ipsum dñs noster Iesus Christus intelligitur,qui secundum diuinitatem suã est candor lucis æterne,et speculũ sine macula Dei maiestatis,in quo omnia viuunt. Vincenti igitur & omnia trascẽdenti calculus iste candidus datur,per quem ipse lucidissimam percipit veritatem & vitam.Lapis quoq; iste flammæ ignis assimilatur.Quia ni mirum ardentissima æterni verbi charitas oẽm terram amore repleuit,omnesq; spiritus amorosos dilectionis ardore vsq; ad annihilationẽ cõflagrare & consumere desiderat.Insuper lapis iste ob sui paruitatem etiam pede calcatus vix tenuiter sentiri potest,ob quod etiã calculus quasi a calcando dicitur.Eodem modo etiam si pedibus homines isti Deum amantes conculcentur, frangi nequeunt,nec aliquis in eis valet scandalizari.Rotundus quoq; est lapis iste.Quia videlicet rotunditas spiritus est ipsa æterna veritas, quæ principio fineq; caret.Hęc ergo est calculus ille candidus,qui datur hominibus illis qui modo prætacto in nouem virtutũ gradibus ascenderunt per Christum Iesum dominum nostrum, per quem si saluari velimus,omnes denuo intro ire necesse habemus.

Quomodo in hac scala ascẽdere & descendere debeamus. Cap. XXXIIII.

POstquam ergo eousq;,vt supradictũ est,qs peruenerit,vbi iam perfecte in triplici illa vita vsque in nonũ virtutũ gradũ eiusdem que numeri choꝝ angelicum conscendit,inq; suam reuersus est originẽ per Christũ Iesum dominũ nostrum,q; est scala nostra.Scala (inquã) illa per quam vidit Iacob ascendentes & descẽdentes

tes angelos, quã omnes tam angeli q̃ sancti circundant, per quã & nos iugiter ascendere & descendere debemus. Quisquis autem iam ad summũ vsq; peruenit, tota virtute conari debet, vt ibi fixus permaneat, semperq; in virtutibus proficiat, & omne deuitet impedimentum. Rursus autẽ & descendendũ est ei, quatenus vita & operibus exprimat q̃d in spiritu ipsius actũ est: propter charitatẽ quoq; fraternã, quatenus ex amore & dilectione proximis suis impartiatur hoc, quod a diuina veritate percipere meruit, eisque viam demonstret, quæ sibi per amorem reuelata est atq; aperta: per quam ipse in suã tendit originem, ad quam omnes pertrahere velle debet ob charitatis præceptum, prout scriptũ est: Non videbitis faciem meã, nisi fratrem vestrum minimũ adduxeritis vobiscũ. Porro, qui necdũ ascendit, studiose per Christũ Iesum ascẽdere, & in virtutibus proficere conabitur, mũdando se prius in fonte misericordiæ, et veterẽ exuẽdo tunicam, vt viriliter possit ascendere, secq; coram crucifixo prosternẽs suam considerabit dissimilitudinem, & domino Deo suo peccatorum suorq; multitudinem (quibus sua ei vulnera inflixit) ostendet, eademq; perspiciens domino totius misericordiæ confitebitur corde lachrymabili, anima contrita, & gemebundo spiritu coram fonte misericordiæ, eo quo sequitur modo:

Deuota oratio, qua indicatur, qualiter sese quisq; discutere, & sua coram Deo peccata debeat confiteri. Cap. XXXV.

O Fons totius bonitatis, miserere abyssalis pelagi meæ iniquitatis, quæ me ad in-

ad inferni profunda demergit. Nisi enim tua me bonitas conseruasset, infernalis abyssus me procul dubio iampridem absorbuisset ob multitudinē iniquitatis meæ et plurima mala opera mea, atque corruptissimam intentionem meam, per quam in omnibus, non te Deum meum, sed heu meipsum quæsiui in lucris, in commodis, in laudibus humanis, in quibus te solum intendere debui. Sed nec honorem, nec gloriam tuam quæsiui, & tempus meum precioſissimum, in quo tibi seruire, & meam procurare debui salutem, damnabiliter neglexi. Et sic munditiam illam perdidi, quæ angelicæ comparatur puritati. Veste quoque primæ puritatis et innocentię priuatus sum, qua tamen vestiri nos oportet, si æterna tabernacula tua, & perennis gloriæ tuæ aulam possidere velimus. Insuper tam baptismi, quam professionis meæ vestem, qua nos denuo vestiri oportet, fœdaui, animam meam cunctis virtutibus spoliaui, & supergloriosissimæ Trinitatis imaginem (in qua tu Deus meus teipsum vnius) inhonoraui. Peccaui etiā ex infirmitate, qm̄ tuā blasphemaui potentiam, peccaui ex cæcitate, quoniam tuam blasphemaui sapientiam, peccaui ex malitia, quoniam tuam blasphemaui bonitatem. Heu sæpe nimis fidem illam fregi, qua tibi in baptismo fui desponsatus, quando diabolo & omnibus pompis eius renunciaui, quibus iam rursus miserabiliter sum inuolutus. Sed & professionis meæ fidem irritā feci. Etenim castitatis votum sæpius per luxuriam fregi, vtpote diuersis consentiendo vitiosis concupiscentijs, et amorem meū creaturis applicaui, per quod tua in me o benedicte Deus meus charitas refriguit, qui

qui es omnium autor creaturarum, plusque desideraui placere seruis tuis, q̃ tibi dulcissimo spõso meo & domino Deo meo, magisque attendi ad creaturarum pulchritudinem, quam ad te benedictum Deum meum, qui es fons totius pulchritudinis, ex quo ille omnẽ suum sortitæ sunt decorem ac nobilitatem. Votum quoque spontaneæ paupertatis, nec in spiritu, nec in anima, nec in corpore seruaui, sed varijs sepe sollicitudinibus, & rerum temporalium affectibus implicatus fui, & carnis commoditatibus ac voluptatibus inhiaui, & in bonorum spiritualiũ ac virtutum aggregatione plus ob meum commodũ, quam tuum duntaxat amorem desudaui, magisque spiritalia dona tua, delectationes & gratias tuas habere concupiui, quam te Deũ meum ex omibus animæ viribus & toto corde diligere: sicq; meipsum paupertate illa spiritus, cui cœlestia debentur regna, deprædatus sum. Insuper & obedientiæ votum nec in spiritu, nec in anima, nec in corpore seruaui. Quando enim tu Deus meus in spiritu meo operari desiderabas, sæpius tibi per diuersa a me assumpta exercitia impedimento fui, & frequenter propriam voluntatem meam & opera mea tuis diuinis operibus (quæ in me operari volebas) anteposui, & tibi intra me internam illam spiritus quietem impediui, & animam meam diuersis simulachris posfidendam dedi: per quæ sæpissime tuis inspirationibus diuinis inobediens fuit, teque impediuit, vt in ea nec sedere, nec pro tuo eam amore regere te delectaret. Corpore quoq; meo tibi nec seruiui, nec subditus fui, & superioribus meis instar erinacij inobediens & rebellis fui. Non etiam

etiam pro virili prodesse studui omnibus homi-
nibus secularibus & spiritualibus, nec eos hono
raui vt templa, in quibus Deus ipse moratur.
¶ In omnibus quam negligentissimus fui, ita vt
vere sim omnium vilissimus, & non nisi cada-
uer putridum, & puluis a vento dispersus. Ete-
nim si quid in me boni est, tuum hoc omnino est
domine Deus meus, & tamen mihi præsumptu-
ose asscripsi, quando in me & per me aliquid o-
perari dignatus fuisti, quo tamen sum indignis-
mus: imo quod peius est, ipsam quoque abyssale
humilitatem tuam, qua in tam vilissimo habi-
taculo operari dignatus es, mihi imputaui. Ide-
oq; non tantum mala innumera perpetraui, sed
et ipsum bonū quod tu in me operabaris, in ma-
litiam conuerti. ¶ Sed vtinam o benedicte De-
us hęc et his similia peccata nunquam feciſſem:
vtinam in innocentia perstitissem: vtinam tibi
fidem seruassem, tibique in omnibus obedissem,
& in tua semper præsentia mansissem, tibiq; sem
per seruissem, & cunctis hominibus amore tui,
(qui es bonū inæstimabile) ministrassem. Equi-
dem me ista opere non complesse doleo. Scio au
tem tam te pijssimum existere, vt voluntate bo
na tibi satisfacere possim, quodque opere com-
plere nō valeo, bona voluntate ac desiderio per
tua merita supplere & exoluere queam. Ipse nā-
que dixisti: Omnis locus quem calcauerit pes ve
ster, vester erit. Rogo igitur atq; desidero o dul-
cissime Deus, vt quicquid opere non sum execu
tus & exequi non possum, ita acceptare velis,
quasi illud iuxta supremum beneplacitum tuum
perfeciſſem, velisque voluntatem pro opere, &
fauorē acceptare pro munere, perq; amarissimā
passio-

passionem tuam ignoscere cunctis iniquitatibus meis, & quicquid pro eis hic in tempore, & post modum in æternitate sustinere teneor, benignus indulgere.

Alia oratio deuotissima pro impetrãda venia, & suiipsius abnegatiõe. Ca. XXXVI.

O Amabilissime domine Deus meus, ecce ego sum reus ille peccator, qui cuncta tibi vulnera tua inflixi. Et quia cum iniquitatibus meis hic coram te assisto, miserere obsecro mei, & oĩa vulnera tua denuo fac aperiri coram cœlesti patre tuo, quatenus meam valeant pauperem, deformem ac peccatricem animã irrigare, nec ea obturari sinas, quoadusq; mea & omnium hominũ peccata atq; defectus diluas, & omnes in purgatorio animas consoleris & illustres. Ne quæso auertas faciem tuam a me domine Deus meus, sed conuerte ad me abyssalem misericordiam tuam, meque respicere digneris oculis illius immensæ misericordiæ tuæ, quibus beatam Mariam Magdalenam in conuiuio, Petrum te negãtem in atrio, & latronem in crucis patibulo respexisti, & dona mihi veram peccatorum meorum cognitionem contritionemque, & recipe me in paradysum gratiæ tuæ, lauans me sacrosancto & calido sanguine tuo, & viuificans me sanctissima morte tua: dimittasque mihi oro & extrahas ex me, quicquid est falsitatis in fundo meo. Tu ipse nanque dixisti: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Obsecro ergo te domine Deus meus, redemptor animæ

meæ,

meæ, trahe me ad teipsum, & munda me ab omnibus occultis meis. O splendidum lumen, illumina tenebras animę meę. O ignis consumẽs, omnia in me peccata atque defectus consume. Veni & visita infirmam animam meam, munda conscientiam meam, & fac in ea habitationem tuam. ¶ Per sanctissimam natiuitatem tuam munda me & exorna animam meã, quatenus tu in ea valeas nasci, ad q̃d me cõdidisti. Per sanctissimam conuersationem tuam fac me mãsuetum & humilem corde, quatenus tua ex me vita & opera reluceant. Per sacrosanctam doctrinam & prædicationẽ tuã fac me veracẽ, & illumina & doce me. O veritas æterna, ab oñi errore, infidelitate & hæresi tuere me. ¶ Per amarissimam passionem tuam fac me vere patientem, & paratum sustinere vicissim pro amore tuo, quicquid me pati volueris, et da mihi gaudere in omni tribulatione mea. Per miserabilem captiuitatem tuam absolue me ab omnibus peccatis meis, & constringe atque confirma me in te, vinculis æternæ charitatis tuæ. Per crudelissimam tui tractationem, verbera & impulsiones Iudæorum, ab oñibus infidꝛis & laqueis dæmonum protege me. Per opprobria, confusiones & deformitatem tuam, deformem animam meam factam ad imaginem tuam reformare digneris. Per occultas passiones tuas, munda me ab oñibus occultis meis. Per velationem deificæ faciei tuæ reuela interiores oculos meos ad cognoscendum veraciter abyssalem malitiam meam, & respice me oculis immensæ misericordiæ tuæ. ¶ Per miserabilem tui de vno iudice ad alium deductionem, animam meam ab omni via erroris

ris auerte, & custodi me in te, & deduc me in viam veritatis. Per humile silentium tuum et amaras irrisiones tuas, fac me mansueto silentio omnem mei derisionem atq; contemptum perferre. Per diram & immisericordem flagellatiõem tuam & copiosam sacri cruoris tui effusionem, mũda & laua leprosam animam meam. Et per innumerabilia vulnera tua, sana et transfige cor meum iaculo amoris tui. Per ardentissimam charitatem tuam & feruidum sanguinem tuum, frigidum cor meum in amore tuo calefacere, & omnes vires meas roseo sanguine tuo perfundere digneris, omniaq; ossa mea & ossium medullã transradia, & in omni me virtute fœcũda. Per acutam spineã coronam tuã, quæ regali capiti tuo imprimebatur, munda me ab omni quinq; sensuũ meorũ abusu, & da mihi arctã omnium sensuum meorũ custodiam, & fac me eos iugiter subtus spineã coronam diuini timoris tui cõprimere. ¶ Per iniustum & crudele iudiciũ, quo tu vitæ dominus & omnium autor creaturarũ mei causa tam innocenter ad mortem condemnabaris, dimitte mihi omnia peccata, fisque mihi iudex propitius, et a iudicio aliorum temerario custodi me, & da mihi, vt de meipso semper viliter sentiam, & meipsum coram te iugiter accusem. Per graue pondus sanctæ crucis tuæ, qua oneratus fuisti, & cum qua tam immaniter interram corruisti, libera animã meam ab omni defectu, & a peccati ruina protege me, & adiuua me, vt quæcũq; mihi euenerint, & cruces quaslibet tam internas, quam externas, pro tuo amore libentissime sufferam. Per miserabilem tui denudationem, & sessionem illam tuam in aspero

vento, denuda animam meam ab omni creaturarum amore & affectu, & fac me in illo duntaxat lapide quiescere, qui tuipse es domine Deus meus. ¶O amabilissime domine Iesu Christe, per crudelissimam tui distensionē & ad crucem conclauationem, me fortiter ad te conclauare dignēris vera fide, spe & charitate. Per cruenti corporis tui cum cruce eleuationem, & pœnalem in excauatam petram demissionē, mollifica duritiam cordis mei, & imprime in illud deformē imaginem tuam. O botre expresse, stringe animam meam nudis ac cruentis brachijs tuis, & fac vt te iugiter velut mirrhæ fasciculum inter vbera mea circumferam. O transuulnerate miles, quomodo obsecro sic mei causa transfigi ex amore, & sic turpiter deformari voluisti? Quid retribuam tibi domine, pro omnibus quæ retribuisti mihi? En totum spiritum meum offero tibi ad quietem tuam, & animam meam ad amorem tuum, & corpus meū ad exterius seruitium tuum. O nobilis pellicane, qui pullos tuos nutris de sanguine cordis tui, refice quæso esurientem animam meam, nihil nisi cibum carnis tuę & potum sanguinis tui sumere valentē. O fons melliflue cœlestium deliciarum, perflue cuncta interiora mea, sicque me inebria, vt mihijpsi & creaturis omnibus mori, tibi vero soli viuere cōpellar. O supersplendēs speculum glorioſæ Trinitatis, in quod omnes tam sancti, q̄ angeli prospicere desiderant, quomodo tam miserabiliter propter me contemptus es, factum opprobrium hominum & abiectio plebis? Fac me quæso participem huius tam caræ emptionis tuæ, qua me redemisti, & omne debitum meum pro me tibi-

ipsi

ſpſi exolue,& talem me fac, qualem me in æternitate optas habere. ¶Per illam bonitatem tuam, qua patrem tuum pro inimicis tuis exorare voluiſti,dimitte mihi, quicquid aduerſus te peccando deliqui, & fac vt & ego ex animo ignoſcam omni debenti mihi.Per illam miſericordiam tuam immenſam, qua latroni ſero pœnitenti paradiſum promiſiſti, animam meam in gratiæ tuæ paradiſum recipe. Per maximam illam tui erga matrem compaſſiõem,qua illam ſancto Ioanni commendabas,commendo tibi ſpiritum meum,animam & corpus meum, amicos & cognatos meos,bona quæque & honorem meum. O amantiſſime pater, per illam deſolatiſſimam tui derelictionem,qua a patre fuiſti derelictus, ignoſce mihi, quod te toties reliqui,nec ſinas me vnquam abs te fieri alienum. Per vehementiſſimam ſitim tuam, & guſtum aceti felle permixti,da mihi guſtare diuinã dulcedinem tuam,cunctaq; terrena verte mihi in amaritudinem,& fac me iugiter te ſitire. O fons vitæ, per clamorem illum, quo dicebas: Conſummatum eſt, adiuua me, vt acceptiſſima voluntas & beneplacitum tuum pro tua delectatione ac deſiderio in me perficiatur. O pater in manus tuas commendo ſpiritum meum,rogans & obſecrans te Deus meus, vita animæ meæ, trahe ſpiritum meum extrà me in te,& fac eum conformem gaudioſo ſpiritui tuo,quatenus in eo tu ſolus immobiliter quieſcas:& abſtrahe animam meam ab omnibus rerum inferiorũ affectionibus,& conforma eam ſanctiſſimę animæ tuę,q̃tenus a te ſolo moueri, poſſideri ac regi valeat,corpusq; meũ ex oĩbus

abstrahe defectibus, & ipsum cum omnibus viribus, sensibus ac membris suis conforma sanctissimo, mundissimo saucioque corpori tuo, vt tibi totaliter applicari possit, tuque solus in eo viuas, & per ipsum mouere ac operari possis, sicut per sanctissimam humanitatem tuam gradiebaris, loquebaris & operabaris: vt sic & in ipso & per ipsum quodcunque tibi placet, operari valeas: vtque ego sic extra meipsum in te exire possim, vt nunquam intro reuertar: sicq; intra te aberrem & per meipsum, vt nunquam valeam denuo exire.

Qualiter Deus cum omni gratia sua in animam venit. Cap. XXXVII.

CVM ergo sic meipsum & omnem meam paupertatem desero & exeo, tunc tu o amantissime, totus vicissim cum omnibus diuitijs tuis intras in me in desertam habitationem animæ meæ, & muros collapsos restauras, vias dissipatas reparas, ostia atque fenestras concludis, statuens circa ea custodes ac vigiles, fundum animæ purificas, & in spiritu meo tuum facis cubiculum, quod diuersis virtutum floribus exornas, fide videlicet, spe & charitate, & octo beatitudinibus: cingisque illud suprema angelorum hierarchia, Seraphin videlicet, Cherubin atque Thronis: qui memoriam in puris cogitationibus, intellectum in clara cognitione, & voluntatem in ardenti dilectione conseruant, quatenus tu supremus sponsus in mentis lectulo immobiliter quiescas: qui nimirum lectulus multum eleganter floribus choruſci luminis splendenti-

dentium radiorm diuinitatis est consperſus. Estque cubiculum istud plenum genere optimo suauefragrantium ſpecierum, quæ deorſum in animæ domicilium fluunt, in qua tu rex potentiſſime commoraris, regens omnem domus huius familiam, tibique parere faciens: ipſamque domum oīmibus ſancti ſpiritus donis adimples, & quatuor virtutibus cardinalibus exornas, circundans eam altera hierarchia, Dominationibus videlicet, Principatibus ac Poteſtatibus, quæ vim rationalem ad feruidas orationes excitant, concupiſcibilem ad mundi contemptum inſtar principis alicuius roborant, & iraſcibilem cum omni manſuetudine coercent, ac ſpirituum malignorum virtutem reprimunt: quatenus tu ſponſus æternus in pace locum tuum poſſideas. Qui delicatus tanquam ſponſus exinde procedis de thalamo tuo, & ambulas in cordis palatio, exornans illud omni gratia, ſeptem ſacramentis, et oīmi virtute morali: cingensque tabernaculum istud tertia angelorum hierarchia, vtpote Virtutibus, archangelis & angelis, qui tuum o rex æternæ habitaculum in vera diſcretione, diuino amore, pariter & timore conſeruant. ¶O quam felix est exitus iſte, vbi Deus ipſe viciſſim intrat. Quid ergo poterit eſſe mihi ſalubrius, quam exire meipſum? Plane ergo meipſum ab omni creatura, & etiam extra meipſum auertam, & inter brachia æterni verbi deliteſcam, vbi nomen meum amittens, in cognitionem & amorem immutor, vnumque cum ſponſo efficior in fruitiua requie ipſius, & in deliciosa conuerſatione illius in nihileitate meij-ſius. ¶O Deus meus, o vita & inhabitator

animæ meæ, qui cognoscis intimũ spiritus mei, occulta animæ meæ, & profunda cordis mei, expelle procul ex his quæ tibi displicent in eis, & reuela fundum animæ meæ, in quo sanctum sanctorum absconditum est, quod tuipse es dominus Deus meus. Adorna thalamum Sion. Consecra & sanctifica templum animæ meæ, offerasque teipsum in sanctuario spiritus mei cum omnibus sanctis operibus ac meritis tuis, ad laudem tuam, & gloriam supersanctissimæ Trinitatis, ad lætitiam omnium sanctorũ & angelorũ, ad consolationem & salutem omnium hominum, & ad liberationem omnium in purgatorio existentium animarum: & benedic domum istã animæ meæ, reple eam cœlesti gratia ac benedictione, & in tuo eam amore & gratia conserua.

Qualiter nouẽ supradicti virtutũ gradus in beatissima virgine Maria perfectissime inueniũtur, & qualiter eam orare debeamus. Cap. XXXVIII.

DEnicq; nouẽ hos virtutum gradus dulcissima virgo Maria perfectissime conscẽderat, et in suæ fundũ animæ introuersa, ibidem regnũ Dei, vitam æternã & omnem gratiæ plenitudinem inuenit, ipsumq; Deũ sine medio repperit & adorauit, illicq; iugiter in sua origine morabatur, cum angelis conuersationẽ habẽs, & in timore domini perfecta existens. Cũ etiam omni reuerentia Deũ honorabat atq; laudabat: sicq; in angelorũ erat choro. Cũcta opera sua ex diuinitatis amore patrabat: sicq; archãgelis permixta erat. Cũ discretione omnes virtutes perfectissi-

ctissime operabatur, sicque inter virtutes extitit. Dulcissima ac tranquillissima in omni erat pressura, per quod malignos spiritus vincens, inter Potestates commorabatur. Seipsam & omnia quæ in mundo erāt, obliuiscebatur, et sic inter Principatus conuersabatur. Constanter introuersa fuit, & Deum in fundo animæ suæ iugiter adorans, cunctis hominibus gratiam promerebatur: sicq; inter Dominationes fuit cōuersatio eius. Perfectissime resignata fuit, & in voluntate cum Deo vnita thronus Dei extitit: sicque inter Thronos commorabatur. Adeo illuminata erat, vt Deum cognosceret, & lympidissime contemplaretur in intimo mentis suæ: sicque inter Cherubin cōuersabatur. Per diuinum denique amorem in Deum erat absorpta, & in sua ambulans origine, Deū perfectissime in suamet essentia videbat: sicque inter Seraphin fuit conuersatio eius. ¶ Obsecro te dulcissima virgo Maria, contere caput serpentis, & spiritus malignos coerce, vt nec mihi, nec vlli hominum in hac via nocere, neque nos inde retrahere queant, quatenus per tuum exemplum, & sanctorum angelorum auxilium, per dilectum filium tuum scalā istam, nouem gradibus distinctam, ascendere, atq; per nouem angelorū ordines, vsq; in nobilem illū fundum valeant penetrare: in quo Deus inhabitat, & in quo eū omēs tam sancti, quam angeli contemplantur: quatenus per diuinū timorem & amorē, virtutū discretionem, humilem patientiā, meipsius & mūdi contēptum, patientē introuersionem, vnionē ac resignationē voluntatis meæ in bñplacitum

diuinum, claram cognitionem, & cogitationes feruidas, in intimo animæ meæ, regnum Dei & diuinam originem valeam inuenire, & inuentam diligentissime custodire. O Maria mater gratiæ, assiste mihi nunc & in omni tempore, potissime autem tunc, quãdo anima separanda est a corpore meo, ne tũc vllo modo extra hanc salutis & veritatis viam recedat, nec in ignotas tenebrarum semitas per ignorantiam aberret, neque a malignis spiritibus capiatur: sed vt per acerbissimam dilecti filij tui passionem munda conseruetur, & per sanctissima merita ipsius diuina claritate irradietur, & in arcanam illam abyssum (in qua Deus inhabitat) se se inclinet, & cum sua essentia in diuinam essentiam, & cum suis viribus in diuinam virtutem, & in verbi sempiterni brachia transeat, euoletque: sicq; ab ipso recipiatur velut a patre filius, a fratre soror, & a sponso spõsa, ad gloriam semper venerandæ Trinitatis.

Repetitio quædam præcedentium, qualiter scilicet Deus in anima habitet, & semper sit habitaturus. Cap. XXXIX.

CRedo proinde te o Deus vitæ meæ, habitare in anima mea: quippe, qui es cœlum deliciarum, in quo omnes cœli cælantur. Habitas autem in cœlo animæ meæ, in quo & modo te contemplor, & perenniter contemplabor. Siquidem cum consciissus fuerit saccus mortalitatis huius, tunc regnum Dei in anima manifestabitur, & cum defecerit mortalium acies oculorum, tunc interiores oculi reuela-

reuelabuntur, ad videndum Deum deorum in Sion ineffabili omnium sanctorū & angelorum numerositate circundatum. Hæc porta Sion, est nuda animæ essentia, in qua nunc spōso suo exit obuiam, & in qua eidem in hora mortis suæ & æternaliter obuiam exibit: in qua etiã intrat ad ipsum, & ab ipso suscipitur. Estq; hæc via & cõpendiosa semita illa, per quam ambulant & ambulare debent, qui cum Deo vniti & in Christo sunt absconditi. Hæc proinde, o Deus vitæ meę, firmiter credo, & in isto viuere ac mori desidero: quippe qui a teipso ex libro vitæ testimoniũ habeo, a quo nec vita nec mors me poterit separare: eritq; mihi istud vel ad gloriam magnam, vel ad ineffabilem pœnam. ¶Siquidẽ æternum hoc mecum fœdus pepigisti, vt si modo meipsum & creata omnia contempsero, meq; cum omnibus donis tuis reobtulero, in essentialẽ vnitatem tuam, per quam habitas in abysso animę meæ, meq; ipsum tibi funditus resignauero ad habitandum in me per merita sanctissimæ humanitatis tuæ, & te sollicite semper obseruauero, teq; in omnibus, sicut ipse me præcessisti, sequutus fuero, auxilio fretus gratiæ tuæ, sine qua nihil præualeo, sit mihi testimonium tuum ad gaudium perenne. Si vero te in me habitantem attẽdere neglexero, et tibi totis viribus adhęrere, & obedire, ac subditus esse noluero, tuamq; crucifixam vitam et passionem in corde circunferre sequiq; recusauero, sit mihi testimonium tuum ad perenne supplicium. Etenim testimonium istud omnibus inest hominibus, sed non omnes illud recipiunt, nec sequuntur. Quotquot autem recipiunt & sequuntur, omnes Dei filij efficiun-

tur, accipientes vnum illud, ad quod omnes vocati sunt, Deiq; filij & amici præelecti constituuntur, accipiētes essentiale præmium illud, quod est ipse Deus. Ad quod vt omnes pertingere valeamus, ope gratiæ suæ nos adiuuando efficiat is, qui sine intermissione clamat in animas nostras, desiderio nos eo perducendi.

Qualiter in fundo animæ Deo iugiter adhærere, & perpetuam quandam essentialem introuersionem obseruare debeamus. Cap. XL.

DIctum est iam & multipliciter declaratū, qualiter regnum Dei intra nos sit in anima nostra, & qualiter vnusquisq; iustus sit cœlum sanctissimæ Trinitatis, in quo sese Deus in nobilissima animæ portione vniuit, quod nec ingredi quisquam potest, nisi sola duntaxat beata Trinitas, ad cuius imaginem facti sumus: quæ & inspirauit ei spiraculum vitæ, & infudit ei lumen vultus sui, ipsum videlicet omnipotēs verbum suum totius sapientiæ fontem. Ideoque in isto animæ fundo vitæ & salutis origo cōsistit. Enimuero in hoc facta est anima a Deo, vt suam agnoscat originē, ea fruatur, eiq; inhæreat, vtq; spiritus eius sit thronus altissimi Dei, & animæ regnum sedes illius, & corporis tabernaculum habitatio ipsius. Introrsum ergo conuertamus nosipsos, & infinitæ Dei bonitati adhæreamus. Ipse nanq; est origo nostra, ex qua sine medio profluximus, in quo per vnionem permanemus, & extra quem anima nostra secundum intimum illum essentialemq; fundum nunquam recessit. ¶ Quod si hæc vllam in nobis salutem opera-

operari, & virtutes intra nos debeāt aggregari & aggregatæ cuſtodiri, libera nobis ſemper cōſeruanda eſt introuerſio, ex qua charitas, quæ eſt vinculum dilectionis, Deum animamq; connectens, oritur ac generatur, in qua nimirum animæ cum Deo vnione Deus gratiæ ſuæ lumē infundit, per quod omnes animæ vires mundantur, & conſcientia purificatur. Per hanc introuerſionem ſuprema pars ſpiritus in Deum continue ſubleuatur in quoddam internum ſilentiū & felicíſſimam diuinitatis fruitionem, guſtatq; nobilitatem diuitiarū Dei, extra quæ ſeſe anima cum omnibus viribus ſuis deorſum inclinat ſub altiſſimum, omnipotentem ac ſuperdigniſſimum Deum, & cum omni reuerentia & honoris exhibitione ſeſe in profundiſſimā humilitatē demergit, & cum inclinatione cordis, maturitate morum, ſenſuum refrenatione & humili conuerſatione ſubtus Deum et proximos ſuos ſeſe demittit & inclinat, iugiter Deus obſeruans, ad quid ipſa vti velit, & per hoc magis ac magis ad gratiam Deiq; dona ſuſcipienda fit idoneus & capax. ¶ Quantum igitur humana ſinit fragilitas, cum omni reuerētia iugiter in Dei præſentia permanere debemus; & tunc haud dubie ſalutare nobis plurimum erit, q; tam præclariſſimū bonum, tam fortiſſimum adiutorē & tam fidelem in anima noſtra habitatorē habemus. Sēper itaque potiſſimū eius beneplacitū, quid nos ſiue agere, ſiue dimittere, ſiue etiā pati velit, attendamus: iugiterq; cordis noſtri inclinationē, & diuinā in fundū noſtrū irradiationē obſeruemus, totiſq; viribus noſipſos introuertamus; & tunc introducere nos poterit oīpotens Deus in occultā

& ab-

& abditam viam ſuam in animæ fundum deducentem, quæ omnibus illis, qui ſe introrſum conuertere nolunt, incognita manet: ibiq; oſtendet nobis digniſſimum lumen ſuum, per quod in fundo noſtro omnes defectus noſtros, & quicquid inter Deum & nos nõ recte mediat, videbimus, attendemus agnoſcemuſque. Siquidem per huius lucis irradiationem, & Deum, & noſipſos cognoſcimus. Etenim mente in Deum ſubleuata, & ſpiritu ſimplici ac libero exiſtente, introque conuerſo, ſol iuſtitiæ diuinus in nos & per nos radiat, mundatq; conſcientiam, & in noſtro nos fundo quid agere, quidve dimittere debeamus, inſtruit, docetq; nos ſingulare quoddam exercitium, per quod cuncta alia a nobis aſſumpta exercitia (quæ in formis ac multiplicitate peregimus) poſtponentes, ſimplicem illam lucem nos in veritatis fundum deducentem, ſequimur, ſicut & omnino neceſſarium eſt omnibus, qui ſecundum cor Dei eſſe deſiderant. ¶Sed dicet aliquis: Quomodo ſcire potero, ſi lux infuſa ſit a Deo, vel ab angelo tenebrarum? Inde hoc ſciendum eſt. Si lux illa abintra ex animæ fundo lucet, atq; per eam, & bonitatem Dei, & propriam vilitatem agnoſcis, dubium non eſt a Deo lumen infuſum, maximeq; cauendum, ne illi luci ſis ingratus, & Deo obicem ponas. Etenim malignus ſpiritus, non niſi exterius decipere nos poteſt, tranſformando ſeipſum abextra in angelum lucis, et dulcedinem aliquã exterius in corpore ſiue ſanguine concitando. Mentem vero ſiue animam nemo, niſi Deus ſolus ingredi ſolus ingredi poteſt. ¶Porro, ſi contingat liberaliſſimum Deum ex propria bonitate gratiæ ſuæ dona intus

animæ

animæ largiri, nemo inde extolli debet: quippe cum non ideo quisque sit sanctior, nisi pro quanto vita ac moribus illa exprimere, seseque sub Deo & creaturis omnibus humilius inclinare nouerit. Tali etenim modo Deus supereſſentialiter inuenitur, qui fundum huiuscemodi hominis possidet, cunctaque, quæ habet homo, Deo subdita sunt, ita vt cum eo velut viuo quodam instrumẽto ad omnia parato, nec in vllo resistente vti possit. Et hic firma spes & perfecta in summo bono confidentia obtinetur, discitq; homo non in donis quibuslibet, sed in omnium donorũ liberalissimo largitore Deo quiescere. ¶Nũc ergo, o fideles omnes, Christi sanguine redẽpti, agite obsecro, nocte ac die ardentissimo amore & pura intentione ad Deum nostr̃ suspiremus, rogando eum, quatenus omnia interiora nostra ad seipsum trahere, & omnes vires nostras ad debitum locum suum coadunare dignetur, faciatq; interiorem hominẽ nostrum in sua iugiter præsentia permanere, & exteriorem hominẽ nostrum virtuosum, & in conuersatione honestum secundum perfectissimum exemplum suum, sicut nos ipse in sacratissima humanitate sua interius exteriusq; præcessit.

Quam vtile sit ante omnia primum quærere regnum Dei. Cap. XLI.

QVærendum est regnũ Dei, potissimum matutino tempore, quando e sumno euigilamus. Tunc enim deuota anima diligẽtissime curabit, vt Deus sit eius prima attentio cognitioq;. Inde siquidem vena charitatis, & vitæ fluuius oritur scaturitq;, vnde per totũ de-

inceps

inceps diem magis internus, & ad adhærendum Deo promptior, ad sequendum vitam passionemq; ipsius fortior, ad obediẽdum alacrior, & ad omne bonum studiosior quisq; efficitur. Satagat ergo quilibet primitias frugum suarum offerre Deo suo: ante oĩa vero semetipsum Deo cum affectuosa ac feruida laude ipsius offerat in viuum sacrificium, commendãs se in manus illius, roganſq; ne vnquam eum deserat, sed sub vmbra paternarum vlnarum suarum eum protegat atq; defendat, memoriam roboret, desiderĩũ trahat, intellectum illuminet, rationẽ instruat, voluntatẽ in diuino amore vniat, vim irascibilẽ ad omnes virtutes confortet, omnes animæ affectiones refrenet, cordis inquietudinem expellat, totumque hominem nostrum in se trahat & in suum transformet amorem. ¶Sane hic occulta illa semita inuenitur, quæ animam deducit in arcanam diuinitatis abyssum, & in abditas diuitias diuinæ veritatis: quæ ideo a tam paucis inuenitur, quia per primam introuersionem in veritatis fundum minime ingrediuntur. Latet aũt hæc semita etiam ipsum spiritũ malignum, neq; scit quid in anima tali agatur. Attamen ex hominis interioris dispositione videt & cognoscit singulare quiddã in ipsa fieri, ex illo nimirũ gratiæ lumine, quod ex huiusmodi homine relucet: cuius præsentiam non ferens, ipsum hominẽ vitare ac fugere miser cõpellitur. Ideoque tota malignitatis studio introuersionem hanc impedire conatur, idque potissimũ matutino tẽpore quando mens adhuc tranquilla est, vires vnitæ, et sensus concluſi sunt. Nam quo tunc in mentem adliquod medium adducere, vires grauare, sen-

susque

fusque dispergere ac imaginibus depingere pos sit, multa ac diuersa homini ingerit ac proponit, per quæ introuersio illa impeditur: quæ tamen sæpius, etiam bona sunt, quatenus per hæc meliora ac diuiniora sibi maneant incognita.

¶Sed hic quisque prudens esse debet instar serpentis, & simplex sicut columba. Prudens quidem, vt diligentissime caueat, ne in vllas alienas semitas aberret, quæ inter ipsum & viuum veritatis speculum (quod in animæ fundo positum lucet coram creata essentia nostra) mediare possent. Simplex vero ad introuersionem, quatenus videlicet simplici ac indepicta nuditate Deo adhæreat, per quod spiritus in diuinam subleuatur libertatem, habitatque in præsentia Dei sui per fidem, amorem cognitionemque. Etenim hinc anima sancta ac beata, libera, indepicta & prompta efficitur ad inclinandum & immergendum sese in diuinam originem, vbi in æternitatem absorbetur, & a claritate in claritatem & veritatem a domini spiritu transformatur, ac in amore consumitur ita vt nihil iam nisi introspicere & extrospicere remaneat. Introspicere quidem, in informem ac nudam diuinam naturam, & simplicem ac diuinam veritatem, vbi animæ facies a diuino vultu clarificatur, & spiritus in diuinam libertatem erigitur, cum DEO vnitur & a sanctissima Trinitate dotatur. Memoria (quæ vnita est patri) in quadam indepicta nuditate in diuinam fruitionem subleuatur. Intellectus verbo paterno vnitus simpliciter in quadam lucida veritate in diuinã cognitionem

sustol-

ſuſtollitur. Voluntas cum ſancto vnita ab omni proprietate libera efficitur, & in diuinam libertatem erigitur. Spiritus a ſe deficiens in Dei ſpiritum tranſit, ſeſeq; in æterni brachia verbi inclinans, intra ipſa conſtringitur, & in manibus domini cuſtoditur: in quas nimirum totum ſe homo cum ſpiritu, anima, corpore, corde ac ſenſibus commendauit: de quibus etiam nemo eum rapere poteſt, ſi tamen introuerſionem ſui cõſeruans, interiorem cogitationis oculum (quæ ſupra animam in diuinam libertatem ſimplicem quendam intuitum habet) & ſimiliter rationalem oculum (qui per imagines ad vitam & paſſionẽ ſacratiſſimæ humanitatis ipſius quendam proſpectum habet) apertos ſeruet. ¶ Denique per hæc precioſus ille theſaurus, regnumq; Dei, & lumen veritatis in ipſo fundo animæ inueniuntur, agnoſcuntur, obtinentur ac conſeruantur, quæ nemo niſi per Chriſti merita inuenire, cognoſcere, obtinere vel cõſeruare poteſt, ſicut hoc euidẽtiſſime in veteri ſimul ac nouo Teſtamento cõprobatur. Omnes quippe ante Chriſti paſſionem, quamlibet perfecti ac ſanctiſſimi, limbum ſubire cogebãtur, eo quod omnes a regno Dei & a vena aquæ viuæ, & a recta ſemita in fundum animæ deducente, aberrauerant per inobedientiam Adæ primi parentis noſtri: in quo hæc ſemita obfuſcata fuit, quando pro oleo miſericordiæ Seth filium ſuum ad paradiſum deſtinauit. Qui ſi tunc credidiſſet, ac cognouiſſet regnum Dei, ipſumq; Deum in anima ſua exiſtere, per ſeipſum dominum alloquutus fuiſſet, veniamq; & indulgentiam poſtulaſſet, nec tamen priorem illuminationem atq; mundiciam ſuam

recupe-

recuperare potuisset, nisi per satisfactionem & merita domini nostri Iesu Christi, qui mortalem naturã nostrã assumens, viã hanc & regnũ Dei nobis liquido demõstrauit, in sacro Euangelio suo dicens: Regnũ Dei intra vos est, et thesaurus abscondítus in agro. ¶ Quod nimirũ Dei regnũ istũc thesaurum, si in anima nostra inuenire velimus, hoc omnino per Christũ fieri habet, qui est ostiũ, via, veritas & vita: per quẽ nos oẽs, si saluari cupimus, in regnum Dei & in diuinitatis vnionẽ introire, atq; in ipso, si felicẽ itineris nostri exitũ habere cupimus, ambulare oportet. Etẽm si vita nostra Deo oĩpotenti placere debeat, Christũ Iesum in cordibus nostris iugiter portare debemus, per quem Dei regnum intra nos est manifestatum, vestis naturæ contrita, & sanctũ sanctorũ in animæ fundo detectum ac reuelatũ. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt, oẽs videlicet externi ac circa multa occupati, qui neq; sciunt neq; intelligũt, qualiter omnipotens Deus in intimo animæ fundo sit præsens, vbi gloriosæ Trinitatis speculũ continue ob animæ faciem relucet, in quo simplex oculus spiritus clarificatur, & rationalis oculus illuminatur, instruiturq; per Christũ Iesum dominũ nostrum, qui nobis hoc promeruit, q̃ per gaudiosi spũs sui merita noster spũs in Deũ subleuari atq; vniri possit: & per dolorosæ aĩæ suæ merita, omnes animæ nostræ vires recolligi, vniri atq; a Deo regi possint: perq; vulnerati ac sancti corporis sui merita, cor & corpus nostrũ apta sint Dei esse habitaculũ, in q̃ seipsum spiritaliter ac sacramẽtaliter recipere queat, vtq; nos totaliter in Christũ Iesum transformari, & in Deo

habitare valeamus, & ipse in nobis. Ad quod omnino requiritur, vt continuum seruemus introspectū in depictam diuinam vnionem, et extrospectum ad nobilissimam & amabilem humanitatē ipsius, ad sequendū ipsum totaliter cū spū, anima & corpore. Etenim talē in animę fundū, in quo vnum cū Deo sumus, accessum habere, verū totius sanctitatis fundamentum existit: Christūq; iugiter, veluti speculū et exemplū ob oculos versare, & cū intus exteriusq; sequi desiderare, vera virtutū structura est atq; profectus.

Qualiter mane vigilare ad dominum, & per orationem dominicam nos introuertere debeamus. Cap. XLII.

QVisquis in animæ regno Deum inuenire desiderat, et in ipso cum omnibus interioribus suis vniri, cū ipso vnus spūs fieri ac permanere, in Christū Iesum trāsformari & in ipso hic & in æternitate habitare cōcupiscit, de mane ad dñm, vt præfati sumus, vigilare debet, ipso dño dicēte: Qui mane vigilāt ad me, inueniēt me. Sedulus ergo ac diligens esse quisq; debet ad introuertendū se in regnū animæ suæ, in quo Deus ipse, qui est vita vitalis, inhabitat & viuit, idq; potissimū matutino tempore, quo etiam sollicitus quisq; erit primā suam cogitationem, amorē, desideriū, intentionē, cor sensusq; in Deum dirigere: per quod diuinæ visitatiōis ca pax efficitur, & cœlestis pater in suprema animæ portione diuinā claritatē suam ostendit, spiritum nostrū supersplendente lumine sempiterni verbi sui illustrat, aīam abyssali sancti spūs amore perfluit, & in oēs animæ vires micantes radios

radios suos diffundit, per q̄d oīm discretiōe vir tutū dotātur q̄libet iuxta operationē suā. Et hoc mō Deus oīpotens exornat regnū, & habitaculū suū. ¶Ideoq; nullū Deo acceptius holocaustū siue sacrificiū offerri potest, q̄ ante oīa primū quærere regnū Dei & iustitiā eius. Etem̄ iustitia Dei hæc est, vt iugiter abnegemus nosmetipsos, & in manus dñi offeramus ac resignemus spiritū, aīam & corpus nostr̄, & q̄quid vsq̄ habemus. Quo facto, iā nostri potens efficit Deus ad operandū per nos iustā ac virtuosam vitā. Enimuero Christus ipse nos docuit, sic ante oīa primū q̄rere regnū Dei & iustitiā eius, promittēs ita facientibus cætera oīa adijciēda. Modica sane p̄ceptio, vt nō immerito ipse dñs alibi ob nostra dispēdia dolēdo, dicat: Filij huius seculi prudētiores (in sua videlicet negociatiōe) filijs lucis in generatione sua sunt. Prudentes ergo simus ad nostrā introuersionē, eo videlicet vbi gratia Dei in nobis orit̄, & eterna gnātio renouatur, vbi & in Christū Iesum trāsformamur: vñ oīs tam oper̄, q̄ vitæ sanctitas procedit. ¶Deniq; & in ipsa oratiōe dñica p redēptorē nostr̄ instruimur, ante oīa nosipsos in aīæ regno cū Deo vnire, ip̄mq; ibidē, q̄ties orare volumus, primū alloq̄, dū nos dicere iubet: [Pater noster, q̄ es in cœlis] per q̄ nimir̄ v̄ba introuertimur, ipsumq; p pater nr̄ sit, admonemus, a q̄ facti sumus, & in q̄ ab æterno fuim9, quodq; sempiternā nobis imaginē suā impressit, & semetip̄m intra nos (vt ita dicā) cælauit. Quænā obsecro tā tepida ac torpens aīa esse potest, quā nō merito hæc excitare deberēt ad erigendū sese, ad tam dulcissimū patrē suū in īmū spūs sui cubiculum, & ad offerēdum se in

manus illius, qui ei de omnibus vult prouidere? sicq; non pro temporalibus, sed pro æternis ipsum deprecamur, vt videlicet [ipsius in nobis nomẽ sanctificetur] id est, vt anima nostra sempiterni verbi sui lumine pfluatur, & veritatis claritate vestiatur: deinde ipsum intra nos inuitare debemus ac dicere: [Adueniat regnũ tuũ,] Vt videlicet in nos veniẽs possideat, ac moderetur regnũ animæ nostræ, quatenus & nos quãdoq; regnũ illius possidere mereamur, [Vt nihilo minus volũtas eius in nobis sicut & in cœlo, fiat,] vbi nimirũ oẽs tam sancti, q̃ angeli vnus spũs, & vna volũtas cum Deo sunt: quatenus & nos sic vna volũtas, vnusq; spũs esse cũ Deo mereamur in terris. Quibus ita præmissis [quotidianũ panis postulatio subdẽda est] rogãdo ipsum pro nutrimento ac cibo animæ & corpori necessarijs, [pro oĩm quoq; debitorũ ac peccatorũ nostrorũ dimissione: & ne nos in tentationem inducat,] i. tentationibus cõsentire permittat, [sed liberet atq; præseruet nos ab omni malo.] Patet ergo qa instruimur hic primo, nos intro cõuertere ad benignissimũ patrẽ nostrũ, ipsumq; admonere charitatis illius immensæ, qua suum intra nos cœlũ cõstituit, & animã nostrã inhabitare dignatur. ¶Penset hic, qui potest, quanta sit hæc oĩpotentis Dei bonitas, q̃ inhabitator ac cibus esse vult animæ nostræ, in quo tota salus nostra consistit, in quantũ nos eius inhabitatores, vnusque cũ eo spũs esse velimus, & in eius præsentia reuerenter conuersari, eiq; stabiliter inhærere, & ipsum rogare, vt suũ in nobis verbũ æternũ clarificetur, nomen sanctificetur, anima nostra deiformis efficiatur, & in eam ipse aduenies

ens eandē exornare, vnūq; secum spūm facere, seipso & oīm sacramentoꝝ fructu cibare ac reficere, ac in se totaliter transformare, ab oībus quoq; peccatis mundare, & ab omni malo liberare ac defendere dignetur: quatenus absq; impedimēto, & omni medio, cū omnibus beatis ac fidelibus spiritibus corā diuina & amabili facie sua iugiter pmanere possit. ¶ Hæc est vera ac diuina oratio, per quā in aīæ fundū introducimur, vbi Deū ipsum in spū et veritate adoramus, vbi nimiꝝ cessat strepitus oris, & magno clamore spūs sine intermissione postulat abyssum diuinitatis. Habet exterior oratio finem atq; principiū, sed interior nec finē habet, neq; principiū. Per illam fructus, per hanc vero, quæ in intimo spiritus funditur, arborem simul cum fructu offerimus, quæ quidem arbor tres radices habet, q̄ sunt hominis voluntas, desiderium & intentio: per quas arbor ista in terra fertili plantatur, iuxta scaturiētem diuinitatis fontem, qui omnia arida corda fœcūda reddit, si tamen vna cū Deo voluntas, desiderium & intentio sint. ¶ Quisqs ergo in intimum hunc fundum peruenire, & in eodem permanere desiderat, ille tota diligentia nocte ac die ad hoc sese disponere & applicare debet, vt mane ante omnia quam primum sese in intimum spiritus cubiculum erigat, seque in originale principium suum, in caliginosam patris sui virtutem, vbi sempiternum verbum ipsum perfluit, & amorosa bonitas eius cum amplexatur, inclinet, Deumque feruentius oret, vt omnia interiora sua, & exteriorem simul ac interiorem hominem suum sibi attrahere, secumq; vnire dignetur: quatenus sic eum sequi possit, si-

cut ipse nos præcessit,& ambulare docuit, vt sicut ipse in sanctissima humanitate sua perinteriorē hominem suum in diuina vnione,in summa libertate & in diuinitatis fruitiōe iugiter permanebat, exterius vero opus cœlestis patris sui faciebat, cuius nec minimū præceptum violabat,cum esset summa omnium libertas angelorum:sic & ipse secundū interiorē hominē suum in diuina vnione permanere & exterius,iuxta illius exemplū,vitam suā instituere possit, & per gratiā eius nec minimum præceptum siue statutū superiorꝝ suorꝝ transgrediatur, vt sic Deo intus exteriusq; placere queat. Et tūc ad introuersiōnē sui et ad offerendū dño Deo suo primos atq; nouissimos fructus suos iugiter paratus erit.

Qualiter mane & deinceps per diem ac noctem omnes exteriores consuetudines intus exercere debeamus. Cap. XLIII.

PRoinde, quisquis super omnia Deum amare desiderat, sicut necessarium est omnibus vitam beatā obtinere volentibus,ille mane ad sui introuersionem,vt iam dictū est, sedulus esse debet,quatenus oīpotens Deus sit prima attētio ac desideriū animæ,prima intētio cordis, & intima spūs affectio.Per quod animꝰ Deo in spiritum , animā & cor accessus patet. Etēm vt Deum ex omnibus cogitationibus, ex tota anima & ex toto corde diligere valeamus,ante omnia primum sese anima in diuinā præsentiam inclinare,secq; totā in manus dñi offerre ac resignare debet,& sicut exterius signo obediētiæ a somno excitamur, sic intus ad dominū euigilare debemus,qui animas nostras pulsans, commouet & exci-

& excitat ad amorem sui. Et quemadmodū caput exterius erigimus, manus eleuamus, corpori vestes circundamus, caput tegimus, ẓonā præcingimus, signum crucis nobis imprimimus, genua flectimus, ad diuinum obsequium festinamus, & operibus obedientiæ insudamus: sic & interius mentem ad Deum erigere in sui amoris vnionem debemus, nosque totos in eius amantissimam voluntatem ac beneplacitum offerre, & omnes animæ vires ad gratiarum actionem & laudem ipsius eleuare, eo quod nos non solū non abiecerit, sed ad ei seruiendum quoq; elegerit, tempusq; sufficiens, quo & ipsum laudare, atque secundum cor eius effici valemus, indulserit, vestireque deinde debemus nudam animam nostram, & induere dominum nostrum Iesum Christū cum eleuato spiritu, subiecta anima, & mundo ac patienti corpore. Caput quoq; spinea corona tegere, id est, quinq; sensus nostros sub diuino timore cōcludere, eodemq; ea stimulare: vnde magna spiritus libertas, gaudium atq; lætitia oriuntur, sicut & ipsa crudelis spinea corona veneranda saluatoris nostri vertici impressa spūm illius amplio exhilarabat, p̄cingere quoq; & religare nosipsos per vnionē amoris, ad manendum iugiter in præsentia ipsius maiestatis: signare denicq; nos signo sanctæ crucis, id est, offerre nosipsos ad sequendum crucifixam, ac sanctissimam vitam passionemq; eius. ¶ Demum hoc pacto crucem nobis imprimere debemus, per quā a peccatis, hæresibus, erroribus, quibuscunque malignis spiritibus, atque terroribus defendi poterimus. Etenim quando manum pro facienda cruce sustollimus, dicendo: In nomine

patris, hanc ad cœlestē patrem attentionem habebimus, vt rogemus eū, quatenus paterna virtute sua nos corroborare, & opē nobis ferre velit. Cum vero manum dimittimus, dicendo: Et filij, quatenus paterni cordis sui verbo animas nostras implere, illuminare ac instruere dignetur. Cum vero in transuersum manum dirigimus, dicendo: Et spiritus sancti, mēte desiderabimus, vt nos amabili bonitate ac gratia sua protegere, & spiritu sancto inflammare dignetur. Amē, id est, fiat. Et tunc cum omni reuerentia & honoris exhibitione, sub omnipotenti & superdignissimo Deo inclinare ac incuruare debemus nosipsos, rogando eum mentaliter, vt nos in paternis manibus suis custodire, & in eo nos amore captiuos atq; constrictos tenere velit, qui amabilem humanitatem suam in manibus Iudæorū captam & ad columnam & crucē ligatā seruabat, ne vlla ratione extra diuinā præsentiā suam & amorosam sanctissimæ humanitatis sue imaginem declinemus, neve præcepta Dei vel superiorum nostrorū transgrediamur, sed semper in eius præsentia maneamus, vnus spūs cū voluntate ipsius, vna aīa cū desiderio suo, & vnū corpus cū intentione sua fieri desiderantes: vtque simul nobiscum, & per nos omnem diuinum cultum laudesq; diuinas, & omnia obedientiæ opera persoluere, ac perficere velit, quippe qui sine ipso nihil possumus, nihil præualemus.

Qualiter nos Deo resignare debeamus, vt ipse in nobis operetur. Cap. XLIIII.

IAM vero vt Deus omnipotens in nobis & per nos ambulare, & omnia virtutum opera operari

operari & pati dignetur, sicut per vnicū filium suum dominum nostrum Iesum Christum fecit & passus est, eo quo iam dictum est modo, tota die vestiti ac dispositi esse debemus, & diligentissime diuinas inspirationes & cordis inclinationes obseruare, & in omībus quæ vel facimus, vel dimittimus, Deum pure quærere, eiusq; in cunctis honorem intendere ac amare, intus quoque & exterius venerādam vitam ac passionem illius imitari, eique in omni conuersatione nostra nos conformare: quippe cum ad hoc tendere debeat omne studium nostrum, vt ei in intimo in interiori & in exteriori homine nostro per continuam sanctissimæ vitæ ac passionis suæ exercitationem conformari valeamus. ¶ Diligenter itaque ad omnes horas attendamus, qualiter ipse in singulis sese habuerit: Verbi gratia, ad matutinas, primam, tertiam, sextam & nonā: quot videlicet anxios timores atque terrores, pœnas, confusiones, opprobria, irrisiones, improperia, quassationes & vulnera istis horis sustinuerit, quanque ignominiosam atque crudelem mortem nostri causa perpessus sit: & quam amorosum, humilem, mānsuetum, patientem, benignū, suauem, pacificum & amabilem in omībus pro nostri redemptione sese exhibuerit. E contra vero nostram dissimilitudinem atque defectus pensemus, considerando videlicet quod tam in amore frigidi sumus, tam parum ferre valemus, tam facile turbamur, & pacem amittimus, tam amari in corde, mente tumidi, verbis læsiui ac pungitiui sumus, quod tam parati nosipsos excusare, et de modicis iniurijs vindictam sumere cupimus. Quos omnes, hisque similes infinitos alios defe-

ctus nostros & vulnera animarum nostrarum cœlesti medico, & animarum nostrarum magistro sæpius ostendere debemus, rogando ipsum, quatenus earundem animarum nostrarum vulnera sanare, & omnes inde defectus euellere, cunctisque virtutibus eas, vera videlicet charitate, patientia et profunda humilitate exornare dignetur: donetque nobis suauiter, pacifice ac amorose cũ omnibus hominibus conuersari, omnes inimicos nostros mãsuetudine vincere, et patienter omnia aduersa sustinere: vt sic cum Christo Iesu in cruce cum gaudio spiritus, pace animæ, dulcedine cordis, & corporis patientia distendi mereamur. Etenim tria hęc cordibus nostris iugiter impressa sunt seruanda. ¶ Per talem nanq; exercitationem ad Christi Iesu cõformitatem pertingitur. Ideoque cunctis hęc exercitijs quantumlibet ea sublimia ac magna esse videantur, præferre, istisque inhærere debemus: dimittere quoque omnẽ inuestigationem intellectus per curiosam speculationem, & diuersarum scripturarum per scrutationem: quæ nimirum hominem a simplici veritatis fundo in multiplicitatem abducunt. Huic itaque fundamento innitamur, & quicquid super isto a domino nobis concessum fuerit, secure pro veritate, cum profunda tamen humilitate acceptare possumus. Quicquid autem huic conferre potest, adiungere debemus. Est nanque istud verum fundamẽtum, ex quo omnia alia exercitia oriuntur, in quo etiam sustentantur et conseruantur.

Qualiter anima deuota semper in cruce & in

in dominica passione nidulum suum collocare debeat. Cap. XLV.

QVæcunque ergo anima deuota in supradictam triplicem vitam nouemque gradus æquæ supradictos conscendere cupit, iugiter in cruce domini commoretur: & in corde suo montem Caluariæ statuat, in quo omnē spōsi sui passionem velut in fasciculos collectam conseruet. Anima quoque ipsa crux erit, in qua sponsus eius erectus & affixus esse debet. Spiritus eius cum spiritu illius in gaudium subleuatus sit. Atq; hoc pacto eidem applicata, cum ipso in cruce pendebit, in maxima paupertate et derelictione abextra, & maxima pace abintra, summa quoque libertate, & summo gaudio. Sicque habitabit in ea, velut regina in palatio suo, prospicietque per quinq; vulnerum eius cancellos aureos, & per fenestras multiplicium vulnerum suorum, considerans omnem sanctissimam vitā ac passionem eius cū intima cordis compassiōe, humili suiipsius despectione, & gaudio interiori: quo nimirum modo iugiter in corde suo passiōnē eius circūferet, perlustrabitq;. Quanto enim homo altius ascendit, tāto longius ac latius prospicere potest; tantoq; magis spōso suo approximat, & perseuerātius adest, eiq; amplius amat, & vitā ac passionē illius clarius sentit, eiq; conformior efficitur. Etenim operans amor dilectū suum vbique requirit, percurrens omnia loca, in quibus passus est, & compatiendo simul gaudet in quolibet loco passionis eius. Qui nihilo minus, eo quod adhuc in suis exercitijs imagines admittit, suiipsius in ipso itinere

sæpius

sæpius obliuiscitur. ¶ Essentialis autem amor in omnibus præsentem habet dilectum suum omẽm multiplicitatem in quadam simplici quiete exercet, & sponsum suum in cruce admo omnium eorum, quæ in diuersis locis sustin rogans vt se eis conformem facere velit: habe que natiuitatem simul et crucem e regione p tas. Ideoque in cruce etiam natiuitatem cont platur, intuens diuinum illud verbum, quod æterno ex patre genitum, de spiritu sancto co ceptum, & ex purissima virgine Maria natu est, quod est sol iustitiæ, & clarum speculum gelorum, modo sui causa tã miserabiliter in ce deformatum. Rursus autem in natiuitate omnem quoque passionem dilecti sui conte platur: quippe qui ab ipso natiuitatis suæ dio crucifigebatur, omnesque passiones illas pœnas, q̃s in corpore suo perpessurus erat, v ad momentum illud, quo in cruce moriturus rat, in anima sua iam inde sentiebat: & licet pore distentus in cruce non esset, nihilo minus nima eius per amorem ad omnes creaturas tensa fuit: & quamuis corpori vulnera adhuc liqua inflicta non essent, anima tamen gra sauciata, & plurimos dolores mortis perpes it. Et licet denique latus eius transfixum no rat, cor attamen amore vulneratum fuit. Sic que essentialis Dei amator in cruce commo ri, & illuminata ratiõe ac amoroso desiderio si sui passionem intueri debet, eamque simul lectam sibi attrahere, & inter vbera sua, v mirrhę fasciculum, circumferre, ipsumque s lis horis, et omni tempore eorum quæ pro s stinuit admonere, vt sic eum sequi, & ei in

bus valeat conformari.

Qualiter anima sponso suo ad septem horas assimiletur, atque ad Matutinas in eius acceptissimam voluntatem se resignet. Cap. XLVI.

ITaque matutinali tempore anima introrsum in abyssalem diuinam caliginem sese inclinat, totāque se diuinæ potestati resignat cum spiritu, anima, corpore, corde ac sensibus, optās in perpetuum in eius amore capta atque constricta teneri, qui causa redemptionis suæ hoc ipso matutinali tempore tam crudeliter captus atq; ligatus fuit: sicque Deus eius potens efficitur, ita vt natiuitatem, vitam, mortē ac resurrectionem suam in ea renouare possit.

Qualiter ei ad Primam conformari, & de virtute debeat in virtutem proficere.

AD Primam autem Deo se funditus resignans, diuinum influxum & æternæ veritatis, ipsius videlicet filij Dei intra se generationem obseruat: qui nimirum Dei filius omnia eius interiora permanat & amplexatur, induit & attrahit ipsius spiritu, ipsammet animā & corpus, cor ac sensus illius, eamq; in se trāsformat, quatenus ipse in ea viuat & ambulet, & eam de virtute in virtutem deducat, sicut & ipse de vno iudice ad alium ductus fuit. Hoc itaque modo verbum æternum humanam quotidie naturam induit, & spiritaliter habitat in nobis.

Qualiter hora tertia in eius deformē imaginem debeat transformari.

Porro,

PORro, tertia hora sese in eius deformissimæ
gine abscondit, ad sufferendum æquanimi
ter omnem passionem, contẽptum, flage-
lationem, coronationem, condemnationem, in-
iustas accusationes, et quicquid aduersi exterius
vel interius ei accidere possit, idq; per potentiam
patris, sapiẽtiam filij & amorem spiritus sancti
ad honorẽ illius, qui ipsius causa tertia hora de-
re flagellatus, male tractatus, iniuste condemna-
tus & grauissimo crucis pondere fuit prægra-
tus.

Qualiter hora sexta crucifigatur.

SExta hora diligentius attendit vestium eius
crudelem extractionem, super frigidum la-
pidem sessionem, ad crucem conclauatio-
nem, eiusq; in ea distensiõem et cum ea eleuatio-
nem. Atque pro his domino vicem rependere
gestiens, ab omnibus extra ipsum sese denudat
& vitam ac passiones suas fundat supra firmam
petram Christum, optans cum eo in cruce con-
clauari, distendi ac subleuari: & in his summum
gaudium ac robur suum constituit, sitque vt
mundus sit crucifixus, & ipsa mundo. Ideo
quotquot sunt, in quorum cordibus adhuc mun-
dus viuit, hi omnes crucifigunt, persequuntur,
blasphemant animam istam: vnde et ipsa nigra
atque deformis efficitur, & in oculis hominum
annihilatur. sed tanto in Dei oculis pulchrior,
bior, candidiorque costituitur. Hominibus ma-
que inutilis & infructuosa esse videtur, sed ex-
rior ista ignominiosa confusio internum gau-
atque lætitiam præstat. Vnde & ipsa sibi nu-
honorabilius aut glorioſius esse credit, q̃ spo-

sui opprobria & ignominiam cum ipso portare, & gloriari in cruce domini sui Iesu Christi. Et tunc completur illud Ezechielis, domino per eum dicente: Nigrescere faciam stellas cœli. Quę nimirum stellæ sunt electi Dei, qui per bona opera in sanctæ ecclesiæ firmamento, velut stellę cœli micant & lucent, quos tamen dominus spiritaliter nigrescere facit, dum per diuersas tribulationes eos exerceri permittit. Sed beata est valde ista nigredo, per quam nimirum mens in Deum subleuatur, spiritus exhilaratur, conscientia purificatur, albaque & candida efficitur, totusque homo in Christum transformatur, in quo omnis eius aduersitas, deformitas, defectuositas, & dissimilitudo consumitur: quique eam in omni tribulatione sua interiori quodam gaudio perfundit. Et licet natura remurmuret ac querulętur, anima nihilo minus ex diuina consolatione in cruce gloriatur, & gaudet in tribulationibus.

Qualiter nona hora cum ipso mori, & in spiritu viuere debeat.

NOna deinceps hora cum profunda attentione admonet eum ignominiosæ ac amarissimæ mortis suæ, quam ob eius viuificationem sustinuit: estque hic studiosa expellere de conscientia sua, quicquid Deo in ea displicet, & eam in hora mortis suæ grauare posset, sedula quoq; ad moriendum vicissim ob amorem illius sibijpsi, vt ei soli viuere, & in hora mortis secura esse valeat.

Qualiter

Qualiter anima prandium suum in cruce seruare debeat. Cap. XLVII.

DEnique, hic in ipso meridie prandium suum seruat in mensa, quam parauit dominus in conspectu eius, & vngit oleo lætitiæ caput suum, gaudens & exultans se per mortem illius vitam recuperasse. Comedit autē panem doloris, & bibit de calice amarissimæ passionis eius: reficiturque fœcundo illo grano frumenti, & decocta carne eius, quæ ad columnam lacerata est atque conscisa, sputis salita, amore condita, & in precioso sanguine suo bullita: agno quoque illo assato, spinea corona ac clauis transfixo, & in cruce igni amoris asso. Hæc quippe sunt fercula, quæ in meridie animæ amorosæ apponuntur. Quapropter intremus omnes, & de fonte vitæ bibamus, ne posthac vllam temporalium rerum sitim patiamur. Celebremus modo conuiuia: quia hic est annus Iubilæus, in quo Christus dominus seipsum totum nobis dedit, carnem in cibum, & sanguinem in potum conferens. ¶ Auscultemus omnes attentius, quam suauiter sponsus moduletur, et quam delicate in cithara crucis suæ canat septem illa nouissimorum verborum suorum cātica, tanta amoris dulcedine referta, vt animam amorosam liquefieri, & in ipsum refluere faciant. Per quæ etiam omnes creaturæ consolantur ac exhilarantur, eo quod in cœlo & in terra audiatur sonus eorum, vniuersos ad hanc mensam inuitans. Denique, sponsus ipse adeo hic liberalis est atque prodigus, vt omnia quæ habet, large tribuat: tamque profusus, vt sit ad dandum paratior, quam no

ad rec-

ad recipiẽdum, eo quod anima noſtra ſæpius in diſpoſita, & vaſa cordium noſtrorum frequentius immunda ſint. Satagat ergo deuota quælibet anima mũdare ſeipſam, et lauari in balneo precioſi ſanguinis eius, omniaq; debita ſua amariſſima paſſiõe eius ſoluere & expiare, virtutibus illius ſeſe exornare, atque per ipſum intrare, vt ſic ad eius conuiuium recipi & admitti mereatur: idque potiſſimum in meridie prandendi tempore, quando cibum corporalem ſumptura accedit. Tunc etenim primo intus ad hanc mensam pro animæ refectione paſtuq; intrare debemus, & comedere ac ruminare verba Dei, quæ interius & exterius audimus: manducare quoq; cibum vitæ, & potare de calice aperti cordis eius vino condito amoris ſui pleno ac ſuperefluente, & ex influxu diuinæ eſſentię ſuæ nectar p̃cioſiſſimum illuſtrationis diuinæ claritatis. Porro, ad ſingulos morſus ſiue hauſtus quærere ac deſiderare diuinum amplexum, & refici optare amore ipſius: & ſic cum gratiarum actione cibum corporis, veluti medicamentum, ipſum corpus ad obſequendum & obediendum ſpiritui confortans percipere: atque hoc modo intra nos deprecari debemus. ¶ Obſecro te domine Deus meus, nõ ſit mihi cibus iſte & potus nutrimentum vitiorum, ſed hanc ei virtutem tribue, vt me ad omnia virtutum ſtudia confortet, quatenus per eum humilior, diligentior, hilarior & gratior ſim in ſancto ſeruitio tuo. Propterea nanque cibum hunc & potum mihi contuliſti, vt eis pro tuo amore vtar, omnesque viciſſim vires meas in tuo obſequio expendam. Rogo autem te domine, vt omnes ad teipſum in cru-

ce eleuatum homines attrahere, & de tua eos mensa reficere digneris, eos præsertim viuos atque defunctos, qui nobis vlla vnquam beneficia impenderunt. Descendant quæso domine tui uuli gratiæ tuæ, precioſique ſanguinis tui in miſeras ac deſolatas animas in purgatorio conſtitutas, easque de pœnis omnibus ac debitis clemēter abſolue, & ad æternum conuiuium tuum admitte. ¶Prandio vero iam expleto, anima ſeipſam cū omnibus donis ac beneficijs ſibi a Deo intus exteriusq; collatis, rurſus in Deum offert atque refundet, & cum omnibus pœnis ac paſſionibus ſuis in crucem ſe ſubleuabit, & ſupra omnia creata in ipſo incommutabili bono requieſcet. Sic itaque amor eſſentialis in omnibus, & in omni tempore Deum habet, commorans hoc pacto in cruce velut potētiſſimus rex in palatio ſuo, in qua nimirum habet, quicquid appetit habere, ſemperque ſeipſum in eius diuinam potentiam inclinans, ſuīpſius crucifixam imaginem ei repræſentat, in qua ſumma totius amariſſimę paſſionis eius cōtinetur, poſtulatq; per eam tam pro ſe, quam alīs omnibus cœleſtem benedictionem, orans vt per eam omnes paſſiones & causas iuxta ſupremum beneplacitum ac voluntatem ſuam immutet ac dirigat, cunctis hominibus ſuccurrat, eosq; ad ſe trahat: paterna virtute ſua in omni bono corroboret, æterna ac diuina veritate ſua illuſtret, inſtruat ac protegat, amabili bonitate ſua amplexetur, vnumque ſecum ſpiritum, vnam animam & vnum corpus efficiat, idq; per meritū gaudioſi ſpiritus ſui, cordoloroſæ animæ ſuæ & ſauciati corporis ſui. Iſtud aūt millies in die facere poterit, & per ea tā ſibi quam

quam alijs omnibus ea quibus indigent, obtinere, hauriēs ea hic copiosius ex amarissima passione eius, sibi omnino appropriata atq; donata: dummodo se funditus domino resignās, seipsum cū acerbissima passiōe eius in diuinam abyssum ipsius immergat. Tunc etenim nihil ei denegare poterit, nec continere sese, quin eum & omnes sui imitatores cœlesti benedictione perfundat.

Qualiter hora vesperarum cōscientiam suam mundare debeat.

VEsperarum deinde tempore, anima deuota conscientiam suam mūdet atq; purificet, & studiose oēs virtutū species colligat, expandensq; sinum desideriorum suorū, recipiat in eū militem illum vulneribus vndique lacerum, pro sui amore in cruce defunctum, cōsideransq; diligentius omnē ad ipsum sui dissimilitudinem osculetur & vngat preciosa vulnera eius, cum languore & ardore spiritus, dolorosa anima & corde contrito: quem etiam fortius ad pectus suum astringens, brachijs amoris amplexetur.

Qualiter hora completorij vngere & sepelire eum debeat. Cap. XLVIII.

DEniq;, cōpletorij hora dulcissimam misericordiæ matrē deprecetur, quatenus ei filium suū dilectū sepelire permittat: quem tunc oīmibus virtutū aromatibus condire, & vngere satagat: mirrha videlicet pfectę mortificationis suijpsius, aloe diuinę cōfessiōis, et balsamo diuinitatis (q̄ ipse semetipm plustrauit atq; trāsradiauit) inuoluitq; eū syndone purę cōscientiæ

ſuæ in eius amariſſima paſſione mundatæ;& cū profundiſſima humilitate ſepelit eum in monumento cordis ſui,cōcludens illud arcta ſenſuum ſuorum cuſtodia:ſecꝫ viciſſim in ipſo ſepeliens atque includens, ſimul cum ipſo in adorandæ Trinitatis cubiculum demittitur, & in diuinæ ſubſtantiæ abyſſo ſepelitur.Ibidem quoꝫ in nouam gratiæ vitā reſuſcitatur:ipſecꝫ dominus in ea,& per eam reſurgens,veſte decoris induit eam,confirmatꝫ eam,& facit immobiliter in ipſo ſupra omnia creata habitare,& in ſuo tabernaculo requieſcere, & ibidem iugiter contueri, qualiter ſponſus eius aliquando matutinali tempore natus,captus et a morte reſurgens,nunc vnum eſt cum patre in gloria, eſtꝫ lucerna, per quam diuinitas relucet, quæ omnem cœleſtem exercitum illuminat. Et qui olim hora prima in præſepi circa iumenta fuit reclinatus, de vno iudice ad alium deductus,& amicis ſuis apparuit, modo omnem cœleſtem curiam ad ſcaturientem diuinitatis venam deducit,& torrente voluptatis ſuæ potat.Quique olim hora tertia circunciſus,flagellatus,coronatus & condemnatus fuit, nunc gloria & honore coronat̄,ſedetꝫ ad dexteram patris ſui,vbi etiam ab omnibus cœli terræque habitatoribus adoratur. Et qui aliquando hora ſexta patri ſuo oblatus a matre,& in cruce ſuſpenſus fuit: illi nunc omnis poteſtas data eſt in cœlo & in terra. Quique olim hora nona in Iordane baptizatus, & ignominioſa morte in crucis ligno defunctus fuit, modo lignum vitæ exiſtit: de cuius virore omnes electi lætantur, fructuque paſcuntur, & ſub eius vmbra requieſcunt ac delectantur. Cuius item

aliquando matri tempore vesperæ hospitium denegatum, & ipse eidem mortuus in sinum illius fuit redditus & collocatus: quique duos illos discipulos suos post mortem instruxit, iam amplius non morietur in sempiternum, sed omnes beatæ animæ vitam æternam per ipsum consequuntur. Qui denique hora completorij cœnam vltimam seruauit, & in monumento sepultus fuit, & discipulis suis ianuis clausis apparuit, iam est manna illud absconditum, quo soli electi reficiuntur. Hic itaque ad cœnam suam, in qua simul cum omnibus sanctis & angelis conuiuatur, animam inuitans, seipsum ei in cibum & potum ad perpetue fruendum apponit. Etenim in his cor eius ineffabiliter dilatatū est ad absorbendum in illud omnes beatos spiritus, eosque in sese transformandum, efficiendumque vt sint illi per gratiam, quod est ipse per naturam. Hoc itaque modo amans anima in Deo commoratur, et Deus in ea: estque viuus palmes in Deo plantatus, fructum multum afferens in tempore suo. Denique, ad cœnam quisque accessurus hoc pacto se intus occupabit, vt videlicet intret in intimum animæ suæ cœnaculum, in quo ipse dominus Iesus cœnam suam seruare desiderat: ibique super pectus illius recumbēs, audiat dulcia verba ipsius, & quantis nos diuitijs ipse dotarit.

Qualiter in oratione ire, & diuina nos voluntati resignare debeamus.

POST cœnam vero deuotionem suam ad id habere debet, qđ Christus in cœna dicebat: Surgite, eamus hinc. Et in itinere: Tri-

stis est anima mea vsq; ad mortem: cuius etiam tristitiæ causam diligenter pensabit, eatq; simul cum ipso ad montẽ Oliueti, & ibidem in loco prius occurrente genua flectens, Deum in spiritu adoret, & cũ perfecta resignatione in potissimũ Dei beneplacitum sese offerat ac resignet, & seipsum intus & exterius diligẽtissime obseruet: & quandocunq; intus vel foris in aliquo se delinquisse aduerterit, absque mora per acerbissimã Christi passionem veniam ac indulgentiam postulet: idq; potissimum tempore vespertino.

Qualiter de sero conscientiam suam examinare, & veniam petere debeat. Cap. XLIX.

PORro, de sero anima deuota sese introuertere debet, & omnia interiora sua discutiendo aduertere, qualiter admonitiões diuinas, & instinctum spiritus sancti secuta fuerit, siue eisdem restiterit: an etiam lumen siue reprehensiones conscientiæ extinxerit vel eis aduersata fuerit: an etiam aliquo membro recesserit a viuo speculo veritatis: & an exterius etiã aliquod statutum, siue ordinationem transgressa sit: vtrum etiam aliquem verbis vel operibus læserit siue impedierit: an per detractionem alicuius famam minuerit, aut aliquem in re qualibet despexerit: vtrum etiam aliqua in re delectationes carnis, concupiscentias oculorum aut superbiam vitæ occulte, quasi sub specie boni, secuta sit, siue in verbis, siue in operibus, in eũdo vel stando, comedendo siue bibendo: vtrum in omnibus operibus vel dimissionibus suis, Deum pure quæsierit

erit atque dilexerit: vel suã potius sensualitatem ac delectationem aliqualiter occulte quęsierit et secuta sit. Radix nanq; corruptæ intentionis profunde nimis in fundo cordis abdita iacet. Ideoq; si coram Deo recta & pura esse debeat intentio, ipsi fundo cordis vigilantius est intendendum. Vtrum denique aliquid per quinque sensus suos intrare permiserit, quod animæ pacem turbauerit, eãque grauarit. De his igitur alijsq; defectibus quos in seipso quotidie vnusquisque deprehenderit, & in quibus se reum agnouerit & excessisse aduerterit, humiliter veniam postulare, & a Deo gratiam petere debet, orans ipsum, vt per amarissimã passionẽ suã ipsius misereri, & per eandẽ pro omnibus peccatis ipsius satisfacere, omnesque negligentias eius supplere velit: vtq; per merita sauciati corporis sui, dolorosæ animæ suæ, & gaudiosi spiritus sui se in corpore, anima & spiritu mundum & aptum facere, et esurientem animam illius reficere, & in se totaliter transformare dignetur.

Qualiter cum Deo ad requiem ire debeat. Cap. L.

DEniq;, ad quietem sese homo positurus, inclinare & includere debet in intimo spiritus cubiculo, et exuere ac nudare se de oĩbus præteritis rebus & occupatiõibus, q̃ eũ mane (qñ primũ cogitationẽ suã in Deum dirigere debet) impedire possent, inclinabitq; sese, & collocabit in vnionẽ diuinæ pacis, et in brachia ẏ̃bi æterni, eiusq; se amarissima passiõe teget. Et tunc cum sponsa dicere poterit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et; In lectulo meo per noctes

quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illū, & inueni in domo animę meę, nec dimittā eum, donec det somnum oculis meis, & requiem temporibus meis: vt cum ipso ab omnibus exterioribus rebus quiescere possim. Quisquis ergo sic cum Deo suo ad quietem tendit, secure ad eum euigilare potest, ac dicere: Vbi es o amantissime?

Oratio, qua euigilans in lecto anima Deū deuote affari debet. Cap. LI.

O Nobilissime inhabitator animæ meæ, q̄ es & semper eris vita eiusdē animę meę, dignare mecum permanere cum gratia ac dilectione tua, faciasque micantes diuinitatis tuæ radios in me, & per me lucere & eisdem animam meam & omnia interiora mea purifices: esurientem animam meam, cui nihil nisi carnem tuam comedere, & sanguinem tuum potare libet, quæque sine te in vita gratię viuere nō potest, reficias. Scis enim tuipse domine Deus, quam infirma reddatur ipsa, & quantum in omni virtute deficiat, quādo a te non reficitur. Veni ergo o Deus meus, cibus animæ meæ, nutrimentū spiritus mei, virtus cordis mei, custos & cōseruator corporis mei: immuta me in te, & fac vt sim p̄ gratiā, q̄d minime sum p̄ naturā, quatenus te vicissim omia interiora mea collaudēt. Et q̄ties exit & intrat anhelitus meus, toties tibi singularis a me laus exhibeat velut ignita oratiōis iacula, & ardentes faculæ laudis. Et quoties recentem anhelitum intus traho, toties anima mea cum noua gratia te suscipiat. Et quoties anhelitum emitto, toties anima mea seipsam ex-

ices

sens, a te suscipi ac custodiri mereatur. Sed & omnes homines in gratia & charitate tua seruare digneris. Et quia in quolibet esse te certū est, ita quælibet tecum vnire digneris, sicut nos vniti sumus. Idemq; facias & præstes omnibus fidelibus defunctis, & in eos ac per eos diuinitatem tuam radiare sinas, quomodo per nobilissimam animam tuam in lymbo radiabat: vt sic omnis eorum pœna dissoluatur, & dæmones ab eis recedere cogantur. Requiem æternam dona eis domine, & lux perpetua, quæ tu ipse es, luceat eis. Hac igitur oratione fusa, rursus pro naturæ suæ ad seruiendum Deo confortatione, in domino quiescat.

Qualiter sponsa sponsum suum ad cubiculum suum inuitare debeat, vnde ipsa nobilitatur. Cap. LII.

ANimæ sic in domino quiescentis nox obscuritatem non habet, modo oculos suos ad Deum leuauerit, eosq; in sponso suo fixerit. Etenim nobilis ista anima, summæ Trinitatis amica, sponsum suum vnicum cordis sui amatorem dulciter inuitare, eiusq; præsentiam suspirare & appetere debet. Ipse nanq; est largus ille effluxus ac diuinæ dulcedinis abyssus, omniū potentissimus, summus, pulcherrimus, nobilissimus, suauissimus, liberalissimus, amabilissimus & desiderabilissimus dominus, cœlum deliciarum, cœlum dulcedinis, cœlum consolationis, & lumen totum animæ regnum cœlesti claritate adimplens. Hunc igitur sponsum suum anima amorosa in thalamo suo multipliciū passionum ipsius admonebit, quatenus & ipsa pro

amore eius pati discat, cūctaq; eius beneficia sibi collata ad mentē reuocabit: interrogabit quoque, vtrum tam nobilis, pulcher, diues & ad amandū gratiosus existat, sicuti ipsa audiuit. Audiens autē ista sponsus, sentire eam istud & experimēto faciet agnoscere. Quoties enim ab hac cœlesti sponsa sponsus iste in thalamum suum inuitatur, arrabonem & preciosum ei gratiæ clenodium largitur. Ideoq; sæpius ipsum inuitare debet, ne forte amicitia dissoluatur. Quoties enim ab eius inuitatione torpescit, euidēs signum est, alium in corde eius requiescere, animā illius nequiter occidere volentē. ¶ Aequū sane est, vt anima sponsi sui nomen magnificet, eiusq; audito noīe lętetur. Quod vt melius possit, ipsum de sui nominis significatiōe diligētius interrogabit (de quo in Canticis sponsa pulcherrime disseruit) & de generis nobilitate, de quo delicatum hunc spōsum Agnes beatissima gloriose cōmendat, dicēs: Cuius generositas celsior, possibilitas fortior, amor suauior. Cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit. Cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinē sol & luna mirantur, cuius odore reuiuiscunt mortui, cuius tactu fouētur infirmi, cuius opes nūq; deficiūt, cuiusq; diuitię nō decrescūt. Quem cū amauero, casta sum, cum tetigero, munda sum, cū accepero, virgo sum. His atq; similibus verbis sponsum suum beatissima Agnes cōmendat. Quę etiā vnaquæq; deuota anima in sponso suo attēdere, & de eis ipsum laudare & extollere debet. ¶ Insuper eadē hæc sanctissima virgo multa spōsi sui sibi collata beneficia cōmemorat, q̄ etiam indubie largitur cuilibet fideli animæ sibi adhærēti, ipsum ante oia

quæ

quærenti, & oēs alienos amatores refutanti, ac dæmonum immundis tentationibus cū beatiſſima Agne reſpondenti. Diſcede a me ſomes peccati, nutrimentū facinoris, pabulū mortis: diſcede a me, qa iam ab alio amatore præuēta ſum, cuius generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, amor ſuauior & omni gratia elegantior; q annulo fidei ſuæ ſubarrauit me, quatenus in eum firmiter credam. Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullū præter ipſum amatorem admittam. Facies animæ eſt ſuprema portio eius, cui ſe beatiſſima Trinitas impreſſit & vniuit, ita vt nihil p̄ter eā in ipſam admitti poſſit. Animā quoq; me am diuerſis virtutibus decorauit, & ornauit me inæſtimabili dextrocherio amoris ſui. Dexteram meā & collū meum cinxit lapidibus precioſis, id eſt, pura ac recta in Deū intentione, q̄ diuerſis virtuoſis actibus circundatur. Induit me cyclade auro texta. i. animam meā induit ſanctiſſima vita ac paſſione ſua, & immenſis monilibus ornauit me. i. perfectiſſimis virtutibus et exemplis ſuis, & precioſiſſimis meritis ſuis. Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi, id eſt, melle duntaxat, & lacte dulcis ac amabilis humanitatis ſuæ cibauit animam meam. Et ſanguis eius ornauit genas meas. Meditatio quippe acerbiſſimæ paſſionis eius facit animæ genas candidas ac rubicundas, ita vt refulgeant ante conſpectum Dei. Etenim genæ iſtæ meditationes ſunt. Iam amplexibus eius caſtis conſtricta ſum, iam corpus eius corpori meo ſociatū eſt. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quas mihi ſe daturum, ſi ei perſeuerauero, promiſit. Si enim perſeuerauero, requiem inueniet anima mea in diuitijs diuinæ

eſſentiæ

essentiæ suæ, & in hæreditate eius morabitur, & habitabit in abscondito tabernaculi sui. ¶An non hæc merito torpentem animam excitare, et mane ad dominum Deum suum vigilare, & cum ingenti desiderio semper faciem eius quærere, & adorare facere deberēt? Coram qua iam inuenta sese ad perpetuum summi regis obsequium cum amorosa quadam introuersione offeret & exhibebit, vbi nimirum spiritus accenditur, & in diuino amore amplexatur, anima perfluitur, vires colliguntur, & nutrimento diuini amoris roborantur, conscientia purificatur cor mūdatur, & natura in gratiam commutatur. Et hic vera illa semita inuenitur, & vena vitæ in anima aperitur: quam nemo obturare potest, si modo semper vigilare ac orare velimus. Et hic est fundus & verum fundamentum, & initiū totius vitæ spiritualis. Poterit tamen diuersimode exerceri, prout vniuscuiusq; spiritus & fundus in eo afficitur. Specialiter tamen semper custodiēda & seruanda est inclinatio & immersio spiritus in Deum, collectio omnium virium, cordis humiliatio cum recta intentione in quolibet opere, promptitudo corporis, & refrenatio sensuum exteriorum.

Oratio deuotissima, qua anima euigilans primam cogitationem suam in Deum dirigit. Cap. LIII.

NVnc ergo excutere de somno o deuota anima, & cū omni deuotione in absconso spiritus tui infinitam diuinitatem adora, dicens: Credo in Deū. O abyssalis bonitas Dei mei, in te ab æterno increata fui. Ab æterno siquidem

dem nouisti & elegisti me: Ideoq; & me oportet cognoscere te: & tunc eliges me, & ego habitabo in te, & tu in me, qui omnibus mundi delicijs dulcior atq; suauior existis. O omnium charorum charissime, in quo quicquid cogitari potest, continetur. Quisnam obsecro es? Certe omnipotens & summum bonum, quod nemo plene cognoscit, nisi trina vnitas tua, in quo omnes amantes spiritus comprehendis, sed ipsi te minime comprehendunt: quin potius a te absorbentur, & in amore consumuntur. O æterna & infinita bonitas, ab æterno in te sine meipsius cognitione fui, & tuipse nunc es in me. O nobilis inhabitator animæ meæ, sic te vniuisti & inclusisti in suprema portione animæ meæ, vt nunquã inde recedere velis. Esq; omnipotens in anima mea, vt me confortes: & omnisapiens, vt me illumines: & omniamans, vt me in amorẽ transformes. Ideoq; o cœlestis & omnipotens pater, qui es & manere vis in memoria mea, vni & stabili cogitationes meas, trahe desideria mea, & adiuua me, ne quid vnquam cogitem siue desiderẽ, nisi quod tu vis: idq; per merita filij tui, & amorẽ spiritus sancti tui. Et tu o fili Dei, qui es & manere vis in meo intellectu, illumina quæso eundem intellectum meum clara tui & meipsius cognitione, illustra rationem meã, purifica conscientiam meam, & ad obsequium tuum erige omnes affectiones meas, vt lumen veritatis sequar, vt nihil aliud discam, nisi quod tu velis: idq; per potentiam patris, & amorem spiritus sancti tui. Tu quoq; o spiritus sancte Deus, vinculum amoris, patrem filiumque connectens, qui es in voluntate mea, ecce totum me tibi de-

bi dedo, vni quæso voluntatem meã totaliter in amore tuo, & cõforta irascibilẽ meam ad certam dũ viriliter pro virtutũ acquisitione: & adiuua me, vt libenter nihil aliud loquar, nisi quod tuæ placitum est bonitatis: idq; per potentiã patris, et filij sapientiam, qui te mihi pro cõsolatione mea a patre suo se missurum repromisit: faciasq; cuncta transitoria amarescere animæ meæ, eamque intro deducas, & vnum tecũ efficias, qui es vinculum amoris patrem filiumque connectens. O pater, o fili, o spiritus sancte, qui es trinus in personis, & vnus verus Deus. O benedicte Deus, ita me quæso tecum vnire digneris, vt nihil inter te & me mediare possit. ¶ O pater, in manus tuas commendo spiritum meum, teque rogo, o fili Dei, per merita gaudiosi spiritus tui, mœstissimæ animæ tuæ, & vulnerati corporis tui, vt spiritum, animam & corpus meum sic apta facere digneris, vt te delectet esse in me: finalque diuinitatẽ tuã in me & per me radiare, & quidtibi displicet, ejice ex me, et teipm ad temet ipsum intra me accipe in venerabili sacramento, meque totum muta in te per merita gaudiosi spiritus tui, mœstissimæ animæ tuæ & mundi atque vulnerati corporis tui, quatenus vnus tecum spiritus, vna anima, vnumque corpus efficiar, & in diuina vnione tua perseuerare valeam, tibique cunctis viribus meis obediens existam: vtque iugiter in corde meo ob oculos animæ meæ viuum illud vitæ passionisque tuæ speculum (quæ nimirum est liber vitæ, in quo omnis perfectio continetur) retineam, nec vnquam de corde meo deformatã imaginem tuam recedere finam, meque inde nunquam auertam,

tam, vt sic anima mea placita te laude iugiter co lat, Amen. ¶Per tale exercitiū in Deo totaliter fundamur, & apti atq; capaces ad alia q̄is exercitia, quibuscunque intendere velimus, efficimur, siue in legendo, orando, meditando vel quibuslibet alijs virtuosis actibus insistēdo: qui nimirum hoc fundo præmisso, si ex instinctu diuino inibi nos instruente vlterius in eis nos exercitauerimus, omnes deifici & fructuosi reddūtur. Quicquid autem sine hoc fundamento exercitamus, nequaquam Deo tam gratum existit, neq; nos in vera spirituali vita conseruare potest. ¶Etenim in hoc fundo intimus homo noster in Deo fundatur, manetq; immobilis in essentiali illa vnitate, & habitat in diuina libertate, ibiq; gratiæ plenitudo viribus supremis infunditur, quæ & deorsum manat in vires inferiores, & interior homo noster diuitijs gratiæ cœlestis impletur, atq; exterior homo noster immutatur, eiusq; opera iuxta Christi opera dirigūtur, & cor atq; sensus eius maiori dilectione succenduntur, ad exercendum se in vita & passione domini sui, & ad sentiendum eam in seipso, eius videlicet dolores, miserabilē derelictionem, opprobriosum contemptū, miserabilē abiectionē, ignominiosam mortē, intolerabilē cordis angustiā, ineffabilem animæ mœrorem, & immensam spiritus exultationē & gaudium, in quibus perdit homo sentire suum, nec aliud aliquid sentit, nisi quod & in Christo Iesu: atque cum profundo gaudio & cordis compassione, illuminata ratione & amorosa dilectione omnem vitam & passionem illius percurrit ac perspicit, laudās eum & gratias ei immensas pro ea referens

omni

omni tempore: potissimum autem ad septem il-
las horas, in quibus ecclesia Deum laudat, quip-
pe qui membrum eiusdem ecclesiæ existit, & in
superiora templi, in ipsa videlicet arcana sanct-
sanctorum introijt, offerens ibi sanguinem agn-
innocentis pro peccatis vniuersæ plebis: quique
includi meruit in ipso summo angulari lapid-
Christo Iesu domino nostro, qui est lucerna lu-
cens, & splendor diuinæ claritatis cœlum ter-
ramq; illuminans.

Qualiter anima deuota in dilecti sui pas-sione exercere se debeat. Cap. LIIII.

AD deuotam quamlibet animam hoc pro-
prie spectat, vt iugiter in pectore suo pre-
cioſissimum passionis sponsi sui thesaur-
circumferat, preciosumq; illud clenodiū in scri-
nio cordis sui includat, de cuius nimirum odor-
omnia eius vulnera sanantur, per quod ipsa pu-
ra ac munda efficitur, decore vestitur, & nobili-
ter reficitur atq; cibatur. Hæc nempe domini sui
passio simul collecta velut myrrhæ fasciculus in
ter vbera sua seruata, ipsam inter prospera de-
primet, & inter aduersa sustollet, in tribulatio-
ne & cruce gaudere, & omnia quæ corpori mo-
lesta sunt, omnem paupertatem, desolationem,
contemptum & confusionem ob amorem illius
amplecti faciet, quippe per quæ mundatur in o-
culis domini, mens erigitur, chorusca claritate
irradiatur, & sapida scientia repletur. Nunc igi-
tur o anima mea labora viriliter, et recollige o-
mnes vires tuas cum omni viuacitate memoriæ
tuæ, subtilitate intellectus tui, promptitudine vo-
luntatis tuæ, eaq; in acerbissimam saluatoris tui
passio-

passionem immerge. ¶De modis autem exercitij passionis Iesu Christi sciẽdum est, ꝙ circa passionem dñi potest homo se habere sex aũt septẽ modis, considerando videlicet ipsam. Primo ꝙdem cũ continua exercitatione ad ipsum imitandum, sicut Apostolus ait: Hoc sentite in vobis, ꝙd & in Christo Iesu. Ac si aperte dicat: Cũ corpore, aĩa, corde, sensibus & operibus sequimini saluatorẽ vestrũ. Quod & sponsus in Cãticis innuit, dicens ad sponsam: Pone me vt signaculũ super cor tuũ, toto desiderio me diligendo, & vigoroso cordis affectu te mecũ vniendo, vt signaculum super brachiũ tuum. Per brachia, opera designãtur, quasi dicat: Nõ sufficit, vt corde me diligas, volo insuper atq; desidero, vt amorẽ cordis exhibitiõe probes operis, & mea vestigia sequaris. ¶Secundo, ad intime cõpatiendũ. Etẽ si hic cũ vera cõpassione dñi nostri passionẽ ruminauerimus, in futura vita maiori cũ ipso gaudio perfruemur. Quis aũt non intima cõpassione afficiatur, recogitans quanta pro nobis ipse sustinuit? ¶Tertio, ad profunde admirandũ, considerando quis sit ille, qui patitur, a quibus, & pro quibus patiatur. Quis non miretur omnipotentissimum Deum tantam pœnam & mortem adeo turpissimã sustinuisse? Sed vt amplius mireris, noli solam humanitatem attendere, sed recogita hunc esse Deum tuum, creatorem tuum, iudicem tuum, spem tuam, & sponsum tuum. Quarto, ad interius exultandum, & spiritum reficiendum. Quomodo enim nõ merito dicamus, & lætabũdi cũ Propheta psallamus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium? Et: Adiutoriũ nostrũ in nomine dñi. ¶Quinto, cũ

totali suiipsius trãsformatione, ita vt omnes animæ vires rubricatæ in acerbissimam passionem domini nostri Iesu Christi liquefiant. ¶Sexto, ad dulciter quiescendum, vt videlicet homo in ea totaliter quiescat. Quod fit, cum iam totus homo quodammodo conuertitur in ipsum, scilicet dominum nostrum Iesum Christum crucifixum, vt iam quasi vbiq; & semper ei crucifixus occurrat Iesus, atq; humiliter & ardenter in abysso passionis dominicæ sese exercitare non cessat. ¶Septimo, vt per ardentem flammigerumque amorem cõtinuamq; exercitationem accendatur, deficiens a se, & omnem quietẽ, solatium atq; dulcedinem suam in Christo Iesu constituens, ita vt iam nihil omnino huius seculi, neque delectatio, neq; tribulatio, neq; angustia, neque contemptus, neq; ægritudo, neq; sanitas, neque prospera, neq; aduersa secundum eius partẽ superiorem & optimam eum cõmouere possint, sed in his omnibus immobiliter quiescat, ita vt veraciter dicat cũ sponsa: Sub vmbra illius, quẽ desiderabam, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et sic mutuo se augent in ipso adhæsio & amoris deuotio, donec totus deficiens, absorbeatur ab illo camino ardentissimi amoris passionis dilecti sui ad quiescendũ in amplexibus spõsi sui, qui tunc clamare cogetur ac dicere: Adiuro vos filiæ Hierusalem, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, sed inter brachia mea requiescere permittite, donec ipsa velit. Hic iam sponsa ab omni exteriori occupatione quiescit, eiusq; introitus est in diuinam fruitionem & spiritus vnionem, & exitus in Christi passionem, ad sequendum vitã & passionem dñi sui. ¶Et

istud

istud sane p semetipm Dei filius nos edocuit atq; fecit, qui iugiter in maxima spiritus sui exultatione cœlestis patris sui vultu fruebatur, & in anima, & corpore eiusdem patris sui voluntatem et obedientiã strenuissime semper exequabatur. ¶Ipsa quoq; nobilissima atq; purissima virgo Maria istud idem perfectissime fecit, quæ spiritũ suum, omnesq; vires animæ suæ secundũ Dei acceptissimã voluntatẽ totaliter vniebat, & in anima & corpore diuino obsequio se prõptissimã exhibebat. Et q̃uis Dei filius in ipsa incarnatus esset, & in eius virgineo vtero quieuisset, suasq; delicias in ea habuisset, ipsa quoq; licet Deũ genuisset, educasset, eiq; ministrasset, & in omni passione & angustijs, ac ignominiosa morte eius ille adesset, & inde mirq; in modũ anima & cor ipsius sauciaretur: attamẽ spũs eius in summa semper libertate erat, ipsaq; beatissimam Trinitatẽ in spũ & veritate iugiter adorans, omnipotenti Deo dulci quadam libertate adhærebat, totius perfectionis exẽplar effecta. ¶Faciunt istud etiã ipsi cœlestes spũs, qui Deo & hoibus propter Deũ inseruientes, summę Trinitatis indesinenter essentia perfruuntur. Fecerunt etiã istud electissimi quiq; Dei amici, Paulus, Augustinus, Bernardus, Franciscus, Agnes, Catharina, Barbara, Cecilia, et alij innumerabiles: quorum omnium ineroitus erat in diuinitatem, & exitus atque fundamentum in vita ac passione domini nostri Iesu Christi: cuius etiam vestigia sunt sequuti. Obseruat istud etiam tam interius quã exterius sancta ecclesia mater nostra: quippe q̃ non ignorat nec exteriora sine interioribus, nec interiora sine exterioribus exer-

citijs recte administrari posse. Conandū est itaq; vt vtrūq; habere possimus. Etēm vita & passio Christi fundamētum est, cui oēs virtutes superædificantur, sine quo etiam fundamento nullæ possunt virtutes diu subsistere. Ideo virtutes omnes ei sunt vlterius superædificandæ.

Qualiter passionem domini nostri intra nos circumferre, eamque imitari debeamus. Cap. LV.

SI igitur o anima mea saluari desideras, fundamentū istud ante oia intra teipsam collocare debes: intrare deinde p. Christū Iesum, qui ait: Ego sum ostiū, per me si quis introierit, saluabitur. Et iterum: Ego sum via, veritas et vita. Qui ambulat per me, non errabit. Qui credit in me, non decipietur. Et qui adhæret mihi, vnus mecum spiritus est, & habebit lumen vitæ. Et ingredietur & egredietur, et pascua inueniet. Ac si patēter dicat: Non satis est in humanitate mea exerceri, vlterius in præclarissimæ diuinitatis essentiam procedendum est. Nihil enim sine diuinitate prodest humanitas. Etenim vt homines dñi fierent, Deus factus est homo. Egrediens itaque in nobilissimam humanitatem meam, doctrina & exemplis meis suauiter reficietur. Omnes nanq; per Christi vitam ac passionem liberati sumus atq; redempti: cœlum apertum, & Satanæ virtus imminuta. Nec quicquam Deo acceptius, nobis salubrius, dæmonibus pernicioſius existit, q̄ iugiter in cordibus nostris circūferre passionē dñi nostri. Quilibet ergo, prout melius poterit, in ea sese exercere debet, & assuescere in omni actione sua eam velut speculum, & to-

& totius perfectionis exemplar in corde suo habere: vnde etiam maiorem profectum & copiosiorem veritatis cognitionem hauriet, quam ex oibus libris atq; doctoribus mundi. ¶ Christus nanq; fons ille est, vnde omnia hauriuntur. Ipse quoque est liber vitæ, in quo si bene studere nouerit, omnem perfectionem addiscet: eius quoq; exempla cum igneo atq; ardenti amore in humilitate, mansuetudine, obediẽtia, benignitate, castitate, resignatione & sobrietate sequi conabitur, & in eius se quotidie passione cum tanta deuotione & gratitudine exercebit, ac si semper parasceue esset. Etenim in veteri lege sub anathemate præceptum fuit, vt ignem in altari nunquã extingui permitterent. Eodem modo quilibet Christianus nunquam de corde suo recedere ea, quæ filius Dei propter nos fecit, dimisit, passus est & docuit, permittet. Præceptum quoque fuit ibidem, vt Sabbatum clausis ostijs celebrarent. Ita nimirum & quælibet anima, quæ intimum illud Sabbatum, amorosam videlicet dominicæ passionis vnionem obtinere desiderat, quinque sensuum suorum ostia concludere debet, nec extrouertere sese ad leuitates, risus & verba iocosa, sed iugiter ob oculos suos amorosam domini nostri Iesu Christi imaginem, & interius abyssalem eius ad nos charitatem versare.

De vtilitate huius exercitij, & de quibusdã impedimentis. Cap. LVI.

TAli nanq; dñicæ passionis exercitio perfecte in diuina charitate fundamur, sbiq; renouamur atq; renascimur, introducimurque & in diuina præsentia stabilimur: totaliter

quoq; cum omnibus viribus interioribus exte-
rioribusq;,cum spiritu,anima & corpore,corde
& sensibus in Deo colligamur. Ibiq; spiritus a
diuino iustitiæ sole exhilaratur,eo quod in diui-
na debeat libertate commorari: anima cum om
nibus viribus suis illuminatur irradiaturque: &
cor diuinæ largitatis influxu ditatur,quod nos su
per omnia creata, & etiam supra nosipsos ele-
uat,& transitorias creaturas oēs contemnere, so
liq; Deo inhærere facit.Sed istud difficile,& qua
si impossibile sensualibus hominibus videtur,
eoq; vitijs adhuc plurimis sunt implicati,vtpo-
te suiipsius cōplacentia vana in verbis & operi
bus,cupientes honorari & reputari ab homini-
bus,inhęrentesq; creaturis,quod certe damnum
eis maximum infert. Quæcunq; enim anima cre
aturis contra Dei beneplacitū inhæret,adeo de-
formis & grauis efficitur, vt ipsis dæmonibus
cōparetur, & quoties cū huiusmodi creaturarū
affectu inordinato preciosissimū dñici corporis
sacramentū percipit, nō minorem Deo irreuerē
tiam irrogat,q; si puerulum Iesum pedibus con
culcaret. ¶Et licet pijssimus Deus homines isti-
usmodi sæpius intus admoneat, ipsi nihilo mi-
nus velamen quoddā caluæ excusationis præte-
dunt,dicentes:Expectabimus adhuc modicū, &
deinde omnia abrumpentes,nosipsos introuerte
mus.Et cū iam facere hoc volunt, minime pos-
sunt, quia gratiæ diuinæ auxilio sese indignos
reddiderunt, sine quo nec bonū aliquod facere,
nec malo resistere valemus,prout ipse dñs ait:Si
ne me nihil potestis facere. Et quia intentio eorū
recurua,& amor impurus existit,magisq; timo-
re inferni atq; iudicij, q; diuino amore aguntur,

ideo

ideo data occasione facile a proposito resiliũt et auertuntur: cumq; ad denuo inchoandum ab aliis admonentur, ita respondent: Miser sum atq; fragilis, & hæc ob sui sublimitatem excedunt intellectum meum. Malo infimis inhærere. Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et istud humilitatem vocant. Sed re vera nõ humilitas, sed pusillanimitas est, qua de seipsis periculum facere verentur. O quantum dolebũt isti, morte accedẽte, q; sani & incolumes omnia resecare noluerunt. Quod autem miseros se esse & hæc minime intelligere dicunt, inde merito coram Deo & hominibus erubescere debẽt, quod videlicet habitũ religionis deferunt, & tamẽ ea, quæ ad spiritum & vitam internam spectãt, nequaq̃ nouerunt. Et quod addũt: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Ipsi certe spiritus simplicitatem, & mundæ conscientiæ securitatem minime cognoscunt. Et idcirco tantum in religiosis refriguit charitas Dei, quod videlicet nimium rebus caducis inhærent & in eis requiescunt, & exterioribus duntaxat consuetudinibus ac modis contenti, nihil omnino de interioris hominis exercitatione curant. Porro, quantum his aliisq; defectibus implicati sumus, tantũ adhuc mori habemus. Quę tamẽ mortificatio per amorosam cum Deo vnionem nequaq̃ ita difficilis erit, vt nobis apparet. Amor nanq; cuncta facilia reddit, & per ipsum facile defectus omnes superantur, & amor creaturarum & cuiuslibet rei caducæ in amaritudinem vertitur.

Qualiter anima a Deo vocetur, & per derelictionem probetur. Cap. LVII.

ITaq; si voce dñi Dei nostri audierimus, non obduremus corda nostra, sed intrepidi sequamur eũ, quocũq; nos ipse p̃cessit, quantũlibet difficile vel durũ, tenebrosum vel infructuosum nobis iter illud esse videatur. Quanto em̃ difficilius nobis esse videtur, tanto certiores sumus in recto nos itinere cõstitutos, quodq; a cœlesti patre iam trahamur, & amplius trahẽdi simus per dilectissimũ & vnicum filium sum, qui nos difficillimo modo pręcessit: qui licet in tãtum a Deo patre suo derelictus esset, ac si filius eius minime fuisset, semper tamen paratus erat amplius derelinqui, & in ea desolatione ad extremũ vsq; iudicij̃ diem permanere, si sic beneplacitum patri suo fuisset. Quantũcunq; igitur male sentiat, neq; turbari debet verus Dei amator. Quos enim ad verã viã perducere vult dñs, illos talia sentire permittit, ita vt sibi penitus decepti, & cẽtum laqueis inuoluti videantur, quodq; omnes alij̃ pręter ipsos recta via gradiantur, quod item tempus suum inaniter expendant, & magis portis inferi, q̃ cœli appropinquent. Nam a diabolo per hæc aliaque tentantur, quatenus ad ea, quæ iam deseruerunt, reuertantur. Etenim melius tunc habuisse sibi videntur, q̃ modo, dum Deum sequi volunt, eo q; ariditates crebriores in seipsis experiantur, quas antea minime fuerant experti. ¶Si itaq; patienter vsq; ad extremum istud sustinere poterunt, forte per mensem, forte per dimidium annũ, & multo magis quam ante cũ huiusmodi desolatione ad Deum sese cõuerterint, omnẽq; voluntatẽ suam in ipsum proiecerint, ita vt si ei placeret, omni tempore vitæ suæ in tali desolatione libẽter permanere vellẽt:

cer-

certe si viderit in eis omnipotens Deus hanc bonam voluntatem & sui resignationem, continere se vltra non valebit, quin perfluat atque perfundat cuncta interiora ipsorum, & sua diuina eas claritate illustret: ex qua veram quandam assecurationem percipient: videbuntque & aduertent, quare eos Deus talia sentire permiserit: quo videlicet amor eorum perfectior & purior esset, sentientq; quod quanto angustia siue pressura fuit intentior, tanto spiritus factus sit liberi or, & quanto tenebrositas obscurior, tanto anima fœcundior effecta sit. Et hinc iam tantam erga Deum desiderium & amorem concipient, vt si omnia membra ipsorum corpora essent, libenter ea vsque ad extremum iudicij diem ad talem desolationem offerrent, cuperentque amarissimæ domini ac sponsi sui passioni conformari, eamque sequi.

FINIS secundi libri Margaritæ Euangelicæ.

MARGARITAE EVANGELICAE Liber Tertius.

Quod dominus noster Iesus Christus in omni passione sua semper habuit gaudiosum spiritum, doloro sam animam, & corpus pœnosum. Cap. I.

QVAE in superioribus frequenter commemorata sunt, qualiter videlicet domino nostro Iesu Christo perfecte conformabimur (in quo tota salus & beatitudo nostra consistit) nūc vt profundius animis nostris infigantur, partim replicanda, & partim lucidius explananda sunt. Sciendum ergo, quod dominus noster Iesus Christus in terris cōstitutus, semper in omni passione sua gaudiosum spiritum habuit, eo quod idem ipse spiritus eius humanus deitate ipsius semper erat vnitus, ipsaque sanctissima Trinitate in suis viribus supremis fruebatur. Memoria nanque eius nunquam distracta, nunquam extra diuinitatem eius extrouersa fuit: ideoque patris omnipotentis cœlum erat. Intellectus eius semper indepictus diuinam, informem & increatam patris essentiam contemplabatur, eratque filij cœlum. Voluntas eius per spiritus sancti præsentiam ignis amorosus effecta fuit, ita vt magnum ei gau-

ei gaudium esset nobilissimam animam & corpus suum ex amore pro nobis turpissimæ & pœnosissimæ morti tradere. Intellectus eius per æternæ & increatæ sapientiæ præsentiam lux diuina factus erat, qui omnia cognoscebat præterita, præsentia atque futura. Memoria eius per cœlestis patris sui præsentiam sapor diuinus effecta fuit, per quam iugiter deitatem ipsius nō solum cognoscebat, amabat & contemplabatur, sed etiā gustabat. Et quia tres personæ in vna deitate existunt, habentes singulæ deitatem in se inclusam, suntque simul vnus inseparabilis Deus, & quia Christus vestis illa erat, qua se deitas ipsa (si ita loqui licet) vestierat, idēq; vnus cum patre & spiritu sancto Deus erat, habens animam rationalem, corpus humanum & gaudiosum spiritum, in quo deitatem suam cum incomprehensibili summoque gaudio fruendo gustabat, ideo semper in vno eodemq; esse perseuerabat æque pacificus & gaudiosus manens in omnibus, quæ ei in nobilissima humana natura sua patiēda occurrebant, eaq; omnia cum hilari vultu & gaudioso spiritu perferebat.

De dolorosa anima Christi.

HAbuit quoq; dominus noster Iesus Christus in terris dolorosam semper animam. Etenim secundum humanitatem suam rationalem animam habebat, in cuius suprema portione, licet deitate sua, vt dictū est, frueretur, attamē in inferiori portiōe pressuras multas sustinebat. Quanto nanque per illuminatam rationem deitatē suā clarius agnoscebat, tantum de patris

patris sui iniuria magis torquebatur. Ideoque
infimis animæ suæ viribus semper tristis er
¶Et primo, in vi ratiõali, per hoc q̃d in lum
æternæ sapientiæ suæ animæq; nobilitatẽ co
scebat, quã videlicet existeret nobilis & inge
osa, qualiterque essentia de diuina essentia,
intellectuale & vita esset, quæ nũquam mo
beat: sicque deitati applicata & dilecta, vt
pro ipsa animam assumeret, quam pro illius
æterna morte redemptione in mortem grau
mam erat traditurus. Quodque pro tanta ci
tate non solum gratias ei nullas plurimi re
rent, sed quod etiam sic a sua se origine aue
rent, vt nunquam ad ipsam redirent. Et hæc
minus noster Iesus Christus in monte Oliue
cogitans, contremuit, quia videlicet talem
angustiam sentiebat, qualem animæ æterni
plicijs deputandę. Ideoque dicebat: Tristis e
nima mea vsque ad mortem, ac si diceret: M
tem & crucis pœnam libens sustineo, sed q
præuideo patrem meum cœlestem per me to
nimas optimo iure condemnaturum, quæ su
sponte passionis meæ meritis priuabunt,
tristis est anima mea vsque ad mortem. Se
do, in sua vi concupiscibili, quæ adeo ad glo
am & honorem cœlestis patris sui, nostram
salutem, vt nos reconciliaret patri suo, dilat
erat, vt paratus esset, imo & desideraret m
pro nobis. Et quamuis purum & incontam
tum corpus animamque rationalem assu
pisset, quibus hic in terris versabatur, vita
ac sensum in omnibus instar aliorum homi
(peccato duntaxat excepto) habebat, attam
eius veneranda humanitas toti mundo mor

erat. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ profecto in Christo locū nullum habebant. Non enim erat in eo concupiscentia oculorum, quia diuitias non quærebat, sed magis paupertatem, solis necessarijs contentus. Non concupiscentia carnis, quia ipse flos ille incontaminatus erat, quem pater æternus solus absque alicuius cooperatione per sapientiam & bonitatem suam plantauit, nihilque nisi virtus in ipso erat. Non erat denique in eo superbia vitæ, quia omnem huius mundi gloriam detestabat, solius patris sui honorem, omniumq; salutem animarum desiderans. Ideoq; dicebat: Venite ad me omnes, qui onerati estis vinculis peccatorum, & ego reficiam vos. Tantum, venite & auxilium quærite in me. Quod si etiam omnia quæ in mundo sunt, adhuc viuunt in vobis, ego ea in vobis occidam, si ex corde desideraueritis. Et quia dominus cum tanto desiderio omnes homines ad sui amorem inuitans, nihilominus in diuina patris sui essentia cognoscebat tam paucos fore, qui suo desiderio satisfacerent, totamque spem suam & amorem in ipso constituerent, quibus ipse de fonte vitæ (quem omnibus sine personarum acceptione aperuit) potum præbere, & de ligno vitæ, id est, de fructu passionis suæ cibum præstare, quosque de manna abscondito reficere volebat, ideo semper tristem animam habebat. ¶ Tertio, in sua vi irascibili, quæ adeo in ipso mitis & humilis erat, vt in omni passione sua ne vnam quidem minimam amaram vel impatientem cogitationem haberet,

ret,

ret, nec vultum alicui minus amabilem exhi-
ret. Et quia perfectam ab omni peccato auer-
nem, & intensissimum omnis peccati odium h-
bebat, ideo nimis affligebāt eū peccata omn
quæ fieri videbat, quæq; ab initio mundi fact
& in finem vsq; fienda cognoscebat. Cumq; p
his omnibus satisfacere deberet, & tamen pa-
cissimos foꝛe prænosceret, qui in suo se sangui
lauarent, & ad montem aureū amarissimæ pa
onis suæ pro expiandis peccatis suis accederen
ignitumq; & probatum ab ipso virtutū aurum
emerent, vt locupletes fierent, quas sane virt
tes libentissime cunctis impartiri volebāt (ip
nanque virtus ipsa est & fundus virtutum v
rumque medium, in quo virtutes omnes i
cipiunt desinuntque) ideo singularem de quo
bet peccato in sanctissima ac dolorosa anim
sua pœnam sentiebat. Considerans vero in e
dem diuinitate sua plures ad ipsum etiam pe
catores cōuertendos, immensum in amoroso co
de suo gaudium habebat. Maius enim gaudium
est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam a
gente, quam super nonaginta nouem iustis. Et
enim cœlum istud ipsa anima Christi, quæ est r
gnum Dei & thesaurus absconditus in agro, i
est, in corpore suo, in qua est cœlum cœli, suum
que in ea in seipso gaudium habet, nec vnquam
commouetur. Quisquis ergo cœlum lætificare,
et Christi dolorosam animam reficere desiderat,
peccata deuitet. ¶ Denique, & inde tristem h
bebat animam dominus, quod omnem passio-
nem suam ad vnum vsq; ictum et modum pas
onis suæ, & ex quā mala radice, inimici sui (q
suos deputabat amicos) ei cūcta inferrēt, præui
debat,

debat, cognoscebatq;. Quod itē pijssimæ matris suæ, & omnium amicorū suorū dolorem ineffabiliē sentiebat: q̄dq; nullū (matre dūtaxat exceptā, cuius præsentia dolorem ei suum duplicabat) sideliter astiturum prænoscebat. Taliter ergo tristem semper animam dominus habebat.

De pœnoso corpore Christi.

POstremo, et pœnosum corpus habuit in terris dominus noster Iesus Christus, idq; potissimum in his tribus, in paupertate videlicet, in ignominia, & in pœnositate. ¶Et primo quidē in paupertate, quæ incepit ab exordio natiuitatis suæ, & ad mortem vsq; perdurauit. Etenim in natiuitate sua pannos sufficiētes, quibus eum inuolueret mater sua, non habebat. In morte vero nec lapidem habebat, cui debile transsixumq; caput suum inclinaret. Sed & in omni vita sua, nec domum, nec hortum, nec agrum, nec pecuniam, nec bona quælibet habebat, adeo vt qui arca illa erat, in qua opulentissimæ diuinitatis gazæ sese incluserant, omnium pauperrimus appareret. Nam & nudis pedibus, & intecto capite incedens, vnam semper eandemque vestem habebat. Sæpius panem mendicatū sumebat, aqua frequentius, q̄ vino vtebatur, & non raro in terra prādebat. Et hoc pacto oīs vita ipsius verecunda paupertate plena erat, non tali paupertate, qualis illorū est, q̄ pro Dei amore bona sua dereliquerūt, & ob hoc ab hominibus honorantur: sed tali, qualis illorum est, qui nunquam aliquid habuerunt, & ob hoc ab omnibus contemnunt. ¶Secundo, in ignominia & contēptu, quibus plena erat tota vita ipsius, q̄ & a natiuitate ipsius inchoarunt, quando in stabulo natus in præ-

præsepi iuxta pecora reponebat. In infantia q
que perseuerabat, quando ad perdendū ab H
rode quæsitus fuit: similiter in omnibus quoq
bonis actibus suis, quos ipsum dæmoniorum
fragio facere dicebant, obijcientes ei quod pe
catorum amicus, legis destructor, seductor po
li, in Deum blasphemus, denicq; & stultus ess
qui seipsum vellet regem constituere. Igitur d
natiuitate contemptum sustinuit, quia de adul
rio natum calumniabantur, & in ignominia v
tam finiuit, quia quicquid fecerat, non ei ad ho
norem cedebat, sed propterea morte condemna
tus & in ignominia mortuus fuit. ¶ Tertio, a
pœnositate, quæ in omni vita ipsius abūdaba
a natiuitate incipiens, in qua frigus intolerabi
le tenellus infantulus sustinebat. Deinde in infa
tia circuncidebatur. In deserto plurima ferebat
incommoda. In captiuitate adeo fortiter vincti
batur, vt ex vnguibus sanguis erūperet. Et qui
explicaret, quāta in sui deductione, impulsion
percussione, præsertim cum interrogatus vera
tem fatebatur, esse se videlicet filium Dei, patie
batur? Porro in flagellatione pœnas ineffabile
sustinebat. In coronatione similiter, in cerebro
in mēbris superioribus, in auribus & in tempo
ribus dire cruciabatur. Sed & quādo crucem h
meris impositam deportabat, magnam in eiūs
humeris, & in capite pœnam tolerabat. Simili
ter quando vestes flagellato corpori infixę ex
ebantur: & quando lapidi insidebat: cum quoq
super crucem iactaretur, eidemq; affigeretur, &
in eadem tribus horis omni solatio & auxilio
destitutus in maxima pœna intus exteriusq
penderet. Et hāc ipsius paupertatem, despectu
& pœ

& pœnositatem semper ob oculos habere, & si quãdoq; pro voto omnia habere nõ possumus, pro ipsius amore libẽter eisdem carere: si pœnis afficimur, easdem propter ipsum libẽter ferre: si denicq; cõtemnimur atq; despicimur, idipsum propter amorem ipsius hilariter tolerare debemus.

Vt gaudiosum semper cum Christo spiritum habeamus. Cap. II.

ITaque nitamur cum Christo semper habere gaudiosum spiritum, & sentire in nobis hilarem illam ac lætam resignationem, & amorosam, quam cum sua deitate semper habebat, vnionem, ita vt cum memoria nostra semper in Deum suspensi simus, cum intellectu Deum cognoscamus, & cũ volũtate sine mutatione Deo per amorem vniti esse eligamus: atq; cum spiritu nostro per fidem, spem & charitatem in Deũ nos conuertamus: vitamque gratiæ ex ipsa diuina essentia semper nobis quæramus. Sicut enim anima nostra sensitiua suũ ex aere anhelitũ trahit, ita vt si aeris beneficio & continua illius attractione emissioneque priuaretur, vita destituenda foret: similiter si elementorum nutrimentum ei subtraheretur, ita vt ab aqua & igne, terra vel aere subsidium non acciperet, corpus nutrire non posset, & per consequens mori oporteret (secundum hãc nanque sui partem bestijs cõparatur, quæ & ipsæ ab eisdem elementis sustentantur) Sicut ergo (inquam) anima secundum infimam sui partem rebus creatis vitam conseruat, ita spiritus suũ ab increata diuinitatis essentia nutrimẽtum capit. ¶ Et sicut anima sensitiua suũ ab aere spiritũ cõtinue trahit, ita spiritus suum in Deo iugiter anhelitũ capere debet, quate-

nus a Deo cibari & illuminari mereat, radiosq; diuinos etiã animæ communicare & impartiri possit. Anima nanq; & spiritus, quãuis essentialiter vnum sint, est nihilo minus quædam inter illos distinctio. Spiritus nanque angelis assimilatur, & est imago Dei in anima, viuitq; ex Deo, qui in ipsa imagine existit. Porro, ex hac imagine vis quędã emanat, synderisis vel vermis conscientiæ nuncupata, quæ semper aduersus malum remurmurat, & ad bonum sollicitat. Quando igitur anima spiritui subdita est, non habet synderisis ista, vnde remordeat, neque sustinet tunc anima vermem sese rodentem: quippe quæ vnum cũ Dei imagine in spiritu est effecta. Et tunc spiritus & anima vnum in Deo lumen existunt, & Deus operatur in spiritu, qui quum se in Deũ inclinat, cũ Deo vnitur, lucetq; Deus in spiritũ, sicut sol in vitrũ. Porro lux ista etiã in animam sese diffundit, vnde vlterius etiã ipm corpus in anima et sanguine clarificãtur. Et hæc ita per gaudiosum spiritum, dolorosam animam & pœnosum corpus Christi fieri habent.

Vt cũ Christo tristem animã habeamus.

DEinde etiã hoc in nobis sentire debemus, quod et Christus in tristissima anima sua, quatenus & in hoc ipsi conformari possimus. ¶Primo itaque, de Dei iniuria & contemptu dolere debemus, quod videlicet tãta ei a creaturis suis irreuerentia irrogatur, quodque tam parum ei seruitur, tam parum timetur atque diligitur, & tam fere nulla ei pro innumeris beneficijs suis gratiarũ actio refert. ¶Secundo, de tot animarũ damnatione perpetua, quas Deus tã nobiliter condidit, quæq; a summo bono sponte se auer-

auertunt ad viliſſima atq; caduca, denuo eruciſi gentes dñm ſuum, & ſeipſos æternæ dānationi aſtringentes. Iſtud lugere atq; deflere debemus, ac pro oībus veniā & miſericordiā poſtulare, Deoque ſuam triſtē animam pro peccatis oīm- um offerre. ¶ Deinde conſiderando abyſſum de fectuū vitioꝝque noſtroꝝ, ad quæ oēs propenſi ſumus et inclinati, q̄dq; ſępe malas inclinatiōes opere complemus: contra hæc eadē, triſtiſſimæ animæ ſuæ p̄fectionem eidē offerre & exhibere debemus. ¶ Tertio, triſtabitur aīa noſtra, q̄d ad gratiā Dei ſuſcipiendā tā inepti & inidonei ſu- mus, tāq; paꝝ virtutis & bonoꝝ operꝝ in nobis ipſis inuenimus, q̄dq; Deo magis impedimēto, q̄ auxilio ſumus ad infundendū nobis gratiā ſuā, vel aliq̄d boni in nobis operandū. Cōtra hęc q̄q; ſanctiſſimā animā eius cūctis virtutibus exorna tā patri cœleſti pro nobis et pro oībus hoībus offeramus, Chriſtūq; rogemus, vt p̄ merita ſa- ctæ ac doloroſæ animæ ſuæ, diuinitatē ſuā in ani- mā noſtrā radiare permittat, eāq; ſanctā & paci ficā efficiat, & vires animæ noſtræ ſanctiſſimæ animę ſuę viribus cōiungat, animāq; noſtrā vir tutibus illis exornet, quibus ſanctiſſima anima eius fuit ornata, quatenus altiſſima reuerendiſſi maque deitas eius in anima noſtra, velut rex in throno ſuo ſedere, regnūq; animæ noſtrę per ſe- ipſum regere, & omnes vires noſtras locis ſuis, in q̄bus primitus a Deo in paradiſo collocatæ fuerunt, reſtituere, inque animæ noſtræ paradiſo ſeipſum recreare, & cuncta ſibi contraria inde expellere, cūctaque ſibi delectabilia in ipſo plā tare delectetur, videlicet aquilegiā ſapientiæ, ro ſam amoris, lilium caſtitatis, humilitatis violā,

solisequiū obedientiæ, et garyophilon gratitudinis, atq; tūc nobiscū cœnā suā seruare & de nostro epulari, diuinaq; virtute sua cuncta, quæ displicent in nobis, consumere, & animam nostram ad honorem suum possidere dignetur.

Vt cū domino nostro pœnosum corpus habeamus.

DEniq;, sentire debemus in nobis, quod & in Christo Iesu. i. quoties vel paupertas, vel pœnalitas, vel cōtemptus nobis accidit, hoc sentiamus in nobis, quod dñs Iesus Christus in sua sentiebat paupertate, quæ licet magna esset, nunquā tamē habere aliquid desiderauit. Quod idē quoq; in sua pœnalitate, in qua, licet maxima fuerit, nec minimā habebat impatientia cogitationē. Quod demū in ignominia sua: in q̄ sicut & in oībus q̄ ei accidebāt, cōstitutus, nunq̄ tamē inde se excutere moliebat: quippe q̄ nihil in se nisi amorem et patientiā sentiebat, totamq; vitā suā ad humilē, simplicē ac subiectā obedientiā ordinauerat, per quā cœlesti patri suo semp obediebat. Ideoq; et nos istud in nobis sentire debemus, quatenus ip̄m in hoc sequi possimus, habēdo videlicet semp cū ipso pœnosum corpus, mēbraq; nostra & corpus nostrū suis mēbris & corpori cōiungendo, ip̄mq; rogādo, vt p̄ merita sacrosancti, puri vulneratiq; corporis sui altissimā dulcissimāq; deitatē suā in nr̄m corpus radiare p̄mittat, ip̄mq; sanctū, sobriū, mundū & aptū efficiat, & verecūdia cūctisque moralibus virtutibus exornet, q̄tenus diuinitatē suā in ipso velut impatorē in tabernaculo suo (q̄d q̄cunq; prexerit, secū ducit) habitare delectet. Sic itaque ipsum

ipm rogemus, vt suū de nr̄o corpore tabernaculū efficere, ipmq; om̄i cœlesti exercitu circūualare, & intus cūctis virtutibus ad suā delectationē exornare dignet. ¶ Itē, debet quisq;, primo cū B. Maria Magdalena semp in spiritu Deo esse vnitus, diuinā contēplando essentiā, ipsamq; humiliter adorādo. Secūdo cū Martha exire, & sollicite bonis actibus externis insistere. Tertio cū Lazaro sedere in sepulchro pctā plangendo: q̄d proprie ad incipiētes ptinet, sicut strenue bonis actibus insistere, ad proficiētes, & in qeta & trā-quilla fruitione Deum expectare, ad perfectos.

Qualiter per septē horas dño cōformari, et ipsi easdem offerre debeamus. Cap. III.

POstq̄ igit talē aliqs Dei & suīpsius cognitionē est adeptus, taliterq; sibi fundus et accessus in spiritū est patefactus, Deū semper in occulto spūs sui q̄rere et adorare, atq; inibi p̄ fidē, spē & charitatē habitare, et seipm in diuinā vnitatē (vbi in occulta abyssō includit, q̄tenus vnus cū Deo sit spūs, et vnū corpus cū Christo) iugiter inclinare debet, seruareq; in fundo aīę suę supereſſentialē diuinā vnionē, & corā aīa sua lucidissimū speculū humanitatis Christi Dei et hominis, in quē p̄ fidē est trāsformatus in vna intētione, vna volūtate, vno desiderio & eodē amore cū Deo, faciēdo, dimittēdo & patiēdo oīa per ipm, seruādo q̄q; p̄cepta, sequēdo cōsilia, et faciendo p̄ Christū oīa q̄ status suus & ordo req̄rūt. Neq; em̄ negligēs esse debet in his, q̄ ad laudem Dei in sctā ecclesia seruari sunt instituta, p̄sertim ad septē horas canonicas nocturnas pariter atq; diurnas, sed ea intus in interiori aīæ tēplo, in oc-

culto spūs sanctuario semper seruabit, ita vt nūq̄ cessēt laudare, honorare, gratias agere & adorare Deū pro oībus, q̄ per nobilissimā humanitatē suā in ipso et in oībus creaturis est operatus. ¶Nūc igit̄ o anima mea ad matutinas aspice & intuere in lucidissimo illo speculo, & in libro vitæ, qualiter verbū patris ꝑterni amātissimus spōsus tuus seipm in nocte pro tui amore in tūbrarū potestatē tradidit, seq; capi et ligari ꝑmisit, cōcedēs illis, vt q̄quid vellēt, cū eo agerēt. Et hic cū inclinata anima & mente subleuata in caligino sam patris virtutē teipsam inclina, orās ipm vt per omnia quæ in humana natura sua filius eius in nocte sustinuit, te in amore suo capere & ligare, & per violentiam ei tunc illatā seipsum in te ad perenniter ipsum coutuendum clarificare dignetur. ¶Ad primam, lucis orto sydere, o anima mea in fontale principium tuum omni carēs principio te inclina, & in claro illo speculo contemplare, qualiter æternum patris verbum sponsus tuus, velut agnus mansuetus ab vno iudice ad alium ductus fuit, ipsumque deprecare vt te adiuuet, quatenus instar agni duci te patiaris ad obediendum Deo interius, & hominibus exterius. ¶Ad tertiam insuper exuberans illud vnitatis amorosum profluuium te inclina, & in summæ Trinitatis speculo contuere o anima mea, qualiter Deus et homo propter te nobilissimū corpus suū in flagellatiōe lacerari, caputq; suū sanctissimū spinis coronari ꝑmisit. Qualiter itē condēnatus fuit, et propriis humeris crucē suā (cui peccata nostra omnia erāt imposita) deportauit: & hic vniuersis carnis voluptatibus renuncia, quinq; sensus tuos subtus spineā coronā com-

comprime, & omne iudicium tam iniustum, q̄ iustum patienter tolera. ¶Ad sextam in potentissimas vnitatis diuitias te inclina, et in lucido illo speculo intuere, q̄liter nobilissima eius humanitas vestibus spoliata, ad crucē conclauata, & cū eadem erecta fuit, et miserabiliter pepēdit. Et hic o aīa mea expolia te oībus, q̄ inter te & spōsum tuū mediare possunt, & corde cōpassiuo erectisq; viribus patri cœlesti filiū suū vndiq; cruentatū pro viuis simul ac defunctis oībus offer. ¶Ad nonā in ęternitatis principiū te inclina, & in claro illo speculo contemplare, quō nobilissimā humanitatem suā pro te mori fecit. Hic igit̄ o anima mea, cum dilecto sponso tuo spiritaliter morere omnibus quæ in mundo sunt, & in ipso morere, quatenus ille in te viuere possit, dicasque: Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus. ¶Ad vesperas intuere o anima mea, in lucido illo speculo & libro vitæ, qualiter verbū patris æterni, amātissimus redemptor tuus in cruce mortuus pendebat, & deinde mortuus de cruce deponebat: et hic in vitā æternā te inclina, orās vt per mortuā humanitatē suā te in gratia sua viuificare, cūctaq; tibi peccata dimittere velit. Et sicut ipse tunc diuino lumine suo deforme corpus suū purgabat, et animā suā diuinitate sua trāsradiabat (ita vt oēs qui in lymbo erant, inde illuminarentur) sic eodem lumine & ardore diuinitatis suę per merita sanctissimę humanitatis suæ cūctas iniquitates tuas consumere dignetur. ¶Ad completorium denicq; sole iā ad occasum tendente, inclina te, o anima mea, in eum qui est primus & nouissimus, principiū & finis: & contemplare in illo lucido ęternę claritatis speculo,

& lege in libro illo apto, q̃liter vnicus ęterni pa tris filius eiusq; verbū ſempiternū (in q̃ ſeip̃m ſummus ille amator totū exprimit) amore tui ſe pultū & mūdis lintheaminibus eſt inuolutū, ac a romatibus conditū. Et hic inclina te ſupeſſentia liter in amabilē deitatis vnitatē, & inuolue tei pſam in mūda ſyndone humanitatis eius, q̃tenus eius eſſe ſepulchr̄ merearis. Et tūc ip̃m humili ter deprecare, vt te in ſe, & ſe in te ſepelire, atq; ſepulchrū iſtud amore ſuo cōcludere & ſignare, p̄ ſeip̃m cuſtodire et te in ſe cōſeruare dignetur. ¶ Et vt die tertia intra te in tribus ſuperioribus vi ribus tuis reſurgere, ac dilectiſſimæ matri ſuæ in ſimplici eſſentia tua rediuiuus apparere velit p̄ ſanctiſſimā Trinitatē ſuā, vt videlicet pater op reē in memoria, filius in intellectu, & ſp̄us ſanctus in volūtate, vtq; tūc diuinā virtutē ſuā de orſum in vires inferiores radiare p̄mittat, in cō cupiſcibilē videlicet, rationalē & iraſcibilē, per tres illas Marias deſignatas, a q̃bus ſe tāgi p̄mi ſit. ¶ Hęc itaq; faciēdo deuota aīa matutinas tē pore in occultā diuinitatē ſeſe inclinabit, & quā per ſanctiſſimā Trinitatē ſuā in oēs creaturas e manarit inſpiciet, atq; hic ſeipſam totaliter amit tet: quatenus ad primā apta et idonea eſſe poſſit, in qua naſci & per bonā vitam educari dn̄s ipſe dignetur: & ad tertiam condemnari: quod tunc fit, quando propter opera ſua bona ab alīs dīa dicatur. Quod profecto ipſe dn̄s quaſi ſibi factū reputat, prout apertius ipſius ad ſanctū Petrum verba demonſtrant, dicentis: Vado Romam ite rum crucifigi. In qua nihilo minus ad ſextam poſſit crucifigi, ſicut ipſe ait: Cum exaltatus fue ro a terra, omnia trahā ad me ipſum: hoc eſt, cō

anima

anima ad hoc peruenit, vt sic in ea exaltatus sit dominus, vt gaudiū ei sit pro amore ipsius crucifixam vitam agere, vtque seipsam propter ipsum diligat, quatenus ille in ea delectari possit, tunc ipse dominus omnia, id est, animam ad seipsum vult trahere, & secum vnire, eoq; sublevare & exaltare, quo ipsemet est exaltatus, in suę videlicet deitatis fruitionem. Denique, ad nonam anima mori cum ipso, ad vesperas quiescere cum ipso, & ad completorium sepeliri cum ipso debet, quatenus, vt prætactum est, ipse in ea resurgere possit.

Qualiter dominum nostrum intus exteriusq; sequi, & in ipsum transformari debeamus. Cap. IIII.

AIT quodam loco dominus noster: Si quis vult post me venire, abneget semetipm, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quæ profecto imitatio vel sequela, non tantum fit exterius in corpore, sed multo magis intus in anima & spiritu. Rursus alio loco dominus: Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus erit. Et alibi: Quo ego vado, vos non potestis venire. Vbi enim ego sum in patre meo, illuc creatura nulla pel pertingere, vel permanere potest. Si ergo vbi dominus est, illic & minister eius esse debet, omnes eum creaturas & creata omnia deserere & transcendere oportet, & tunc venire in fundum animæ suæ, in quo latet dominus Deus suus, qui hic iam a seipso inuenitur. Et in hoc fundo regnum Dei in nobis manifestatur. Quantum enim nudi sumus & abnegamus nosipsos, tãtum nobis abintra Deus seipsum manifestat.

Porro, si fundus noster nudus esse debeat, ipse Deus hoc præstare habet: quē idcirco deuotissime rogare debemus, vt omnem a nobis gratiæ suæ obicem repellat, & in nobilem illum fundum nos deducat, quem ipse occulte inhabitat. ¶Etenim hic quasi annihilamur, & ab ipsa creatureitate nostra quodam modo nudamur, & hocipsum quod Deus est, efficimur per gratiam, atq; hic quendam occultū in Deū accessum habemus, ipsiusq; secretis fruimur, & ab ipso agitur spiritus noster, luxq; lucet in tenebris, & homo in nouum mundum, id est, in vitam supersentialem pertransit: vbi tunc seipsam beatissima Trinitas manifestat. Pater videlicet, in memoria per simplicem cogitationum lucem: Filius in intellectu, per clarā cognitionem, spūs sanctus in voluntate, per amorē, ipsumq; vnū cum Deo spiritū facit, in qua spūs vnitate ipse quoq; spūs simplex & purus efficitur. Et hic pater verbum suū æternum generat. i. spiritum lumine discretionis illustrat, & spiritus ab anima diuiditur, qui tamen essentialiter vnū sunt. Quia videlicet spiritus cum tribus supremis viribus in simplici illo (quod Deus ipse est) agitur, & anima inferius cum tribus viribus inferioribus in multiplici amaritudine permanet. Ideoq; anima per Mariam designatur, quæ mare amarum significat. Etenim spiritu semper gaudioso, tranquillo & libero permanente, anima diuersas pugnas & certamina varioscq; dolores ac tristitias, & præcipue tres experitur.

De triplici animæ tristitia ex illuminatione diuina. Cap. V.

Prima

PRima est tristitia, quando ex spūs eleuatione lux in eam descendit, in qua defectuum suorū abyssum agnoscit, sentitq; se nil posse, nil præter innumeras defectuositates habere, sæpiusq; Deo obicem ponere, vt non, quō vellet, in ipsa operari possit, & pro oībus ei collatis beneficijs, & cunctis, quæ ex amore pro ipsa sustinuit, se tam parum gratam illi existere, fatetur que pessimum mundi peccatorem multo gratiorem fore Deo, q̄ sit ipsa, si ei collatam gratiā Deus illi peccatori cōtulisset. Dum itaq; ex horum consideratione salubri dolore cōpungitur, adeo vt etiam viliorem nihilo sese reputet, confestim oēs isti defectus a diuino lumine in ipsam radiā te consumuntur, & spiritus sanctus fundū illius purgat & mundat, ita vt pater cœlestis ibi spiritaliter generet filium suum, id est, animam veritatis cognitione perlustret. ¶Secunda tristitia est, q̄ cubiculū suum ornatum nō est, q̄ vestem innocentię in baptismo sibi restituta, & virtutes oēs absq; suo merito in eodem sibi collatas per peccata sua perdidit. Quod itē vis cōcupiscibilis ad ea, q̄ sibi nō licent, adeo diffusa est. Quod etiā rationalis tam duplex & impura effecta est, quodq; irascibilis adeo intumuit, & oēs affectiones tam sunt peruersæ. ¶Tertia tristitia est, q̄ Deus oīpotens tam paucissimis hoibus pro gratissima volūtate sua vti potest, eo q̄ oēs fere ad creaturas amorem se conuertunt, per quē amor Dei in ipsis refrigeratur ac tepescit. Denicq; ipse dūs noster Iesus Christus tantū ob hoc in anima sua dolorē ac mœrorē sustinuit, vt sanguinē sudaret, eo videlicet, q̄ nobilis anima hoīs tātum peccatis deformatur, q̄ ad hoc facta est; vt summum

mum bonum duntaxat appeteret & sanctę Trinitatis habitatio fieret.

Qualiter in corpore dominum nostrũ sequamur, & omnia membra nostra in ipsum transformari & manere debeant. Cap. VI.

DEnięs si corpus nostrum Dei esse habiraculum debeat, profecto carnem nostram cum omni sensualitate sua crucifixam & mortuã esse oportet, ita vt totus homo in Christum sit transformatus: vt videlicet tres vires supremæ in Deum sint subleuatæ, eiusę thronus existãt: & vires inferiores sint sedes illius, & corpus habitatio ipsius, omniaę membra nostra illi vniantur, ita vt aures nostræ nihil præter diuinas inspirationes audire desiderent, oculi rebus omnibus terrenis sint clausi, os continue in Dei laudibus occupetur, cor omnibus inutilibus occupationibus claudatur & Deo aperiatur, manus sanctis obediẽtiæ operibus vacent, brachia ad crucem extendantur, corpus mundum ac purum ab omni peccato seruetur, genua in Dei obsequio flectantur, pedesę cruci affigãtur: ita vt nusquam ire libeat, præterquam in Christi vestigijs, eius videlicet humilitatem, benignitatẽ, & virtutes alias imitando. Quantum enim Christum intus in spiritu & anima, & foris in corpore sequimur, tãtum etiam ipsum induimus. Porro, si etiam anima nostra conueniens Dei habitatio, & decora eius spõsa esse debeat, Deum suum rogare habet, vt primam innocẽtiam illi restituat, cunctisę se virtutibus exornet: quatenus cõcupiscibilis ex mortificatione viua, & expa-

pertare

pertate diues, rationalis ex simplicitate prudẽs, & irascibilis ex patientia hilaris, & ex humilitate sublimis efficiantur. ¶ Cum ergo sic sese anima habuerit, tunc Christus dominus in ea velut rex in regno suo præsidens, cunctas illius vires gubernat. Et tunc spiritus noster est cœlum, anima paradisus, & cor palatiũ, in quo virtutum omnium flores germinant. Christus enim sol iustitiæ ipsum feruidum atq; fœcundum efficit. Et hic sponsus sponsæ dicit: Hortus conclusus es soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Et ipsa: Quid enim habeo, quod nõ accepi? Aut quid est in me, quod tu non conserues? Tu enim ipse es fons & abyssalis puteus. Tu es omnia in omnibus, vt tuus Apostolus ait: Sane ex me nihil habeo, sed gratia tua sum id, quod sum.

Qualiter Deum adorare, & imaginẽ Christi intus exteriusq; nobis imprimere debeamus. Cap. VII.

IPsa per semetipsam veritas ait: Spiritus est Deus, & eos, qui adorant Deum, in spiritu & veritate oportet adorare, non solum exteriori modo, neq; in sensibus tantum per modum delectationis. Quid ergo? dicet aliquis: Num omnes imagines mihi interdicis? Nequaquam. Magis autem vnam quandã imaginẽ tibi imprimere volo, videlicet vt sæpe teipsum in interioribus tuis totaliter in cor paternũ eleues, & ibi illam forma carentem imaginem, verbum videlicet æternum, quod pater cœlestis ex diuinitatis suæ abysso exculpsit per modum speculi (quatenus videlicet omnes animę tuæ vires penetret ac pertranseat) sumes, ita vt siue comedas, siue bibas,

eas,

eas, dormias, vel vigiles, amorosam hāc imagi-
nē nunq̄ ab ista imagine, a Christi videlicet di-
uinitate abducere te patiaris: idq; non per imagi-
nes, sed essentialiter, & iuxta hanc oēm vitā tu-
am, & esse tuū intus exteriusq; institues. Et sicut
pictor aliqs, qui ad similitudinē alterius imagi-
nē aliquam pingere intendit, cum omni diligen-
tia omnia imaginis illius, quā imitari vult, linea-
menta considerat, & ea in tabula sua exprimere
nititur: ita & tu amabilem hanc, & forma care-
tem imaginem attende, vbi videlicet secundum
diuinam naturam suā sine cessatione in diuinam
abyssum, cum oībus, quæ vnq̄ a patre accepit,
refluit, & iuxta eam exprime imaginem tuam.
¶ Insuper & amabilem humanitatis eius imagi-
nem attende, eius videlicet humilitatē, mititatē,
aliasq; abyssales virtutes ipsius considerando:
idq; non cum modo, sed supra omnem modum,
ita vt vbicunq; fueris, siue in solitudine, siue in
multitudine, quibuscunq; locis & temporibus,
semper hoc tibi speculū propone, & ad ipsum
omnes vires cordis tui conuerte. Dirige oēs vi-
as tuas, & profer singula verba tua, quasi ipse
corā assisteret. Si comedis, intinge singulas buc-
cellas in precioso sanguine ipsius: si bibis, cogi-
ta eum ex benedictis vulneribus suis potum il-
lum tibi præbere. O si quis ista considerare, &
in eis sese exercere vellet. Insuper si dormis, re-
clina caput tuum super sanguinolentum cor ipsi-
us: si loqueris, cogita ipsum coram astare, & au-
dire singula verba tua, aspicere quoque omnem
apparatum & intentionem tuam. Et sic immer-
ge teipsum in nobilem ac diuinam hanc imagi-
nem, & ipse sine dubio euehet ac eleuabit te in

depictam

depictã ac forma carentẽ ſuam imaginẽ. ¶Quo dam tẽpore talia cuidã intus verba dicebantur: Qui per ſeipſum ſedere p̃ſumit, anteq̃ a dño ſedere iubeatur, ille ab eodẽ deponetur. Multi multas intentiones habent, ſed re vera multiplicitas intentionũ, vnitatẽ diſſoluit. Iam olim in feliciori ſeculo magiſter quidã diuinus aſſerebat. Tu ipſe cõſidera in fundo tuo, q̃ opera, q̃ modi, q̃ve exercitia te cõpẽdioſius in forma carentẽ illã ac ſupereſſentialẽ imaginẽ introducere poſſint, & hos modos, eaq; exercitia potiſſimũ ſequere, donec a tuĳpſius & omnium creaturarumq; imaginibus abſolutus, in diuina imagine ſupra omnem imaginem abſorbearis.

Qualiter omniũ ſolennitatũ memoria in anima permaneat, quæ Deũ veraciter intus & exterius ſequitur. Cap. VIII.

DEniq;, vt iã dixi, Deꝰ ipſe eſt oĩa in oĩbus, in q̃ oẽ bonũ & tota ſalus noſtra cõſiſtit, q̃ etiã nos oẽs ſaluos fieri cupit. Ideo nãq; & ſeipm in nobis vniuit, & eſt ſanctũ ſanctorꝝ, in q̃ oĩa feſta & ſolẽnitates peragũtur in intimo aĩæ, in occultis ſanctis ſanctorꝝ. Hic etem̃ ſemper natalis domini agitur, quia dominus hic in anima ſemper ſpiritaliter generatur. Semper purificatio celebratur, quia nimirũ anima ſeipſam cum Dei filio, in interiori ſpiritus ſui templo, q̃d Deus ſibĳpſi exemit & conſecrauit, offert. Hic etiam, quantum vitam & exẽpla eius ſequimur, tantũ Dei filius in nobis educatur. Cœnã quoq; ſuam hic ſeruat, & ſeipſum ad ſeipſum in aĩa recipit, ipſamq; ſpiritaliter ſacratiſſimo corpore & ſanguine ſuo reficiens, totaliter in ſe transformat,

format, facitq; eam vnum cum gaudioso spiritu, gaudiosa anima, & gaudioso glorioso q; corpore suo: qui nimirum sunt fructus huius dignissimi sacramenti, cuius spiritali cibo, quãto plus reficimur, tãto amplius in amore Dei crescimus proficimusque. ¶Per hoc nanque anima vicissim parata efficitur offerre seipsam in manus domini sui & superiorum suorum, in eadem charitate, in qua dominus noster seipsum in manus hostium suorum capiendum tradidit, sequeligari, flagellari, coronari, condemnari & crucifigi permisit: & tãdem amarissima morte defunctus est. In hac (inquam) charitate anima mori & viuere, & seipsam in manus obedientiæ ad omnẽ pœnam, inopiam & despectum offerre, & pro amore illius capi, ligari, flagellari, coronari, condemnari, & nuda in crucem suspendi desiderat: & ita hic semper parasceue agitur. Passio nanque dominica tali homini velut viuum quoddam speculum & exẽplar ob oculos existit, habetque introitum suum in deitatem, & exitũ in humanitatem Christi. Et quãto plus abintra spiritus diuinitatem sequitur, tanto magis anima & corpus abextra vitam & passionem Christi sequuntur: sicque totaliter in Deo moriuntur, & simul cũ Christo in Deo sepeliuntur. Mori siquidem in Deo, ad supremam est exaltationẽ ascensus. ¶Hic insuper pascha continue celebratur, vnde Apostolus ait: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, sapite. Superior habitatio est nuda animę essentia, cui Deus sese vniuit, & in ipsa sapimus ea, quæ Dei sunt. Neque enim sufficit mori, sed etiam vt viuere discamus, oportet. Ideoque dominũ sæpius orare debemus,

vt nos

vt nos ex mortificatione viuos efficiat, ſicuti ſei ipſum in ſepulchro viuificauit: vt (inquam) ſic & nos in gratia & amore ſuo viuificet, & in nobis, & per nos occulte & perfecte, conſtanter atque veraciter reſurgere dignetur. Hic quoq; aſcenſio cōtinue peragitur. Nam & anima introrſum trahitur, & ab omnibus rebus infimis aliena efficitur, trahiturque ad internam occultam fruitionem Dei, venitq; in tres cœlos, id eſt, tres vires ſuperiores, & a ſanctiſſima Trinitate illuminatur, perluſtratur, perfluitur, atque ad cœleſtia ſubleuatur. Et hinc tam ipſa beata Trinitas, quæ tota cœleſtis curia lætatur. Pater qui dē, q; hominem inuenit ſecundum cor ſuum. Filius, q; per meritum paſſionis ſuæ noua lux incipit oriri. Spūs ſanctus, q; vas aptum habet, in quod & per quod promanare, & quicquid volet, & qñ volet, operari poſſit. Hic inſuper cōtinua fit penthecoſtes celebratio. Nā ſpūs ſanctus a filio promiſſus, hic a patre mittitur cū ſeptiformi gratia ſua, purgatq;, immutat & accēdit cor hois, nouiſq; linguis ipſum eloqui docet. Hic denicq; ſemper nuptiæ celebrantur. Quoties em̄ anima voluntatē ſuam reſignans, ſolius Dei acceptiſſima voluntate vtitur (quæ ſumma vticq; libertas eſt) toties ipſi Deo deſpōſatur: ſicq; patris filia, filij ſoror, & ſponſa fit ſpiritus ſancti.

Qualiter cum Deo ſemper in cœlo ſpiritus noſtri, & in paradiſo animæ noſtræ vniti manere debeamus. Cap. IX.

SI in interiori cœlo ſpūs, & animæ paradiſo manere velimus, præcepta atq; prohibita Dei vt ſeruemus oportet. Sane angelis præ

ceperat Deus, vt ei ministrarēt, & in ipsius p̄sen
tia permanerent, atq; pro eius amore etiam ho
minibus inseruirent. Quod cum Lucifer & a-
lij innumeri ei consentientes facere dedignaren-
tur, in profundissimum inferni iusto Dei iudicio
sunt proiecti. Qui vero huic contemptui ac pec-
cato Luciferi non consenserunt, parati erant ser
uire Deo, ipsumq; laudare, in eius p̄sentia per-
manere, et curā humani generis habere. Cum er
go nos ad hoc conditi simus, vt eorum, qui ceci-
derunt, angelorum locum possideamus, merito
parati esse debemus ad omne Dei obsequium,
ipsi libenter ministrare, intus in eius præsentia
permanere, libenter ei intus & exterius obedire,
eiq; & propter amorē eius etiam hominibus a-
lacriter inseruire. Sic enim in interiori cœlo spūs
Deo vniti permanemus: atq; hæc faciendo, Dei
præcepta seruamus. ¶ Si vero etiam in interiori
animę paradiso manere velimus, ita vt Deus o-
mnipotens suā in nobis delectationē atq; delici
as habere possit (Ipse em̄ ait: Delicię meę sunt es
se cum filijs hominum) prohibita ab ipso sum-
mo studio deuitare nos oportet. Cū enim Adam
prohibitionem diuinā transgrederetur, e paradi
so expulsus est, & internā sanctissimæ Trinita-
tis fruitionē perdidit. Anima vero illius magna
cæcitate, ita vt etiam culpā suam nō agnosceret,
obtenebrata fuit. Ideoque seipsum excusans, in
mulierē sibi a dño datā, culpam oēm retorsit. Sa
ne & nobis maximopere cauendū est, ne a mu-
liere. i. sensualitate nostra feducamur, sed potius
ita in diuino amore fundati simus, prout etiam
tenemur, vt mori potius, q̄ vel minimum pecca
tum ex certa scientia cōmittere velimus: quip-
pe cum

pe cum peccatum mediū sit inter Deū et animā. Porro, quantū peccata vitamus, vt Deus in nobis delectet, tantū in amore ipsius proficimus, tantoq; amplius aīa illius gratia illuminatur. Denicq; si in corde nostro conclusus hortus esse velimus, conscientiam nostram per humilē accusationē confessionēq; reatuum nostrorū mundā seruare oportet, indeq; cuncta vitia & defectus eiicere, & virtutes omnes in ipsa plantare, vulpesq; paruulas q̄ demoliunt vineas, a corde expellere, i. cunctas subtiles incidentias & cogitationes, aliasq; tales occupationes, quæ sæpe vineam, id est, cor nostrum, in quo passionē dñi florere oportebat, dispergunt demoliunturq;, ab ipso excludere debemus: vitare etiam diligenter omnem singularitatē, quia singularis ferus domini vineam depastus a Propheta dicitur: & per timorem Dei ostia atque fenestras quinque sensuum nostrorum custodire atque concludere, cum scriptura dicat: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita, imo & mors quoq; procedit.

Qualiter omnem multiplicitatem & curiositatem vitare debeamus. Cap. X.

POrro, sunt nonnulli, q̄ ex toto sese cū naturali intellectu suo ad cœlestia cōprehendēda & intelligenda erigunt, & miseri interiorē animæ suæ fundum defectusque suos negligūt & obliuiscuntur. Cuilibet ergo tali animæ sic extrouersæ sponsus in Canticis ait: Si ignoras te, ō pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos, id est, defectus tuos, iuxta tabernacula pastorum. Quare obsecro, pulchram eam dicit, nisi quia facta est ad

imaginem Dei? Quare vero addit, inter mulieres, nisi quia impura & a vera simplicitate aliena, plenaque imaginibus existit? Porro dominus ait: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Sane omni tempore circa defectus nostros vigilare, ipsumque dominum sine cessatione rogare debemus, vt gratiam suam nobis tribuat, quatenus ea, quæ ei placita sunt facere, & quæ displicent illi, vitare, atque nobisipsis perfecte mori, quatenus ille solus in nobis viuere possit, valeamus. Ipse nanque ait: Sine me nihil potestis facere. ¶ Denique pro huiusmodi paruulis, id est, humilibus super fundum suum vigilantibus dominus in Euangelio patri suo confitetur & gratias agit, dicens: Confiteor tibi pater, dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & magnis seculi huius, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus atque simplicibus. Sapientes quippe hic dicit eos, qui exterius sapiētes & docti hominibus esse videntur, & apud semetipsos sapientes sunt, quibus procul dubio Dei sapientia occultatur. Prudentes vero sunt, qui futura prædicunt, & visionibus ac somnijs suis intendunt: & propter hæc aliquid se esse arbitrantur: ideoq; & ab ipsis Deus interius sese abscondit. Magni vero sunt, qui magna quædā & sublimia comprehendere nituntur, multa quoq; & magna arcana cœlestia contemplantur, & scrutantur ea, quę sibi scrutari minime licet, multasq; intus imagines, tabernacula & multiplicitates circumferunt. Ideoque nec ad simplicitatem veram pertingere possunt, sicut illi, qui abintus in simplicitate Deo vniti pones fundum suum permanent, & vigilant circa

defe-

defectus suos: de quibus nimirū internis ac simplicibus in Psalterio dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Portæ nanque Sion, sunt bona voluntas, recta intentio, diuinus amor, ignita desideria, cordialia suspiria, & cōtinua suspensio in Deo. Sion vero speculum vel visionem pacis significat, de qua scriptum est: In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Et: Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

De tribus hominis partibus, & qualiter vnaquęq; ornari debeat, & primo ipsis septem sacramentis. Cap. XI.

SCiendum est autem, vnumquemq; hominem ex tribus constare, spiritu videlicet, anima & corpore, quæ licet distincta sint abinuicem, vnum tamen hominem constituunt: sicut & in quolibet templo pars illa communis omnibus, & chorus atq; summum altare, licet tria sint, non tamen nisi vnum templum efficūt. Pars igitur illa communis omnibus, in qua omnes exteriori quodam modo, & in multiplicitate orant, corpus nostrum designat, quo tā Deo, quam proximis nostris inseruire, & externis quibusuis institutis ac ordinationibus communes esse debemus. Per chorum vero, in quo Deus in organis & canticis laudatur, anima nostra intelligitur, quæ cum omnibus viribus suis ad laudandum Deum in iubilatione erecta, & semper velut corda in cithara extensa esse debet: quatenus cœlestis ille musicus, & magister amoris

ſpūs ſanctus, quæcūq; placita ſibi ſunt, in ipſ
cauere poſſit. Denicq; per altare chori in quo oc
cultū illud ſacrificiū offertur, & in ſecreto ſan
ctuario celebratur, ſpūs noſter intelligitur, q
ſanctū ſanctorq; intrare, & ibidem dūm cōtinu
adorare conabit. Iſte nāq; locus eſt, in quo dūm
in veritate adorare, & noſipſos ei totaliter cum
omnibus, quæ ab ipſo tam in ſpū q̄ in natura ac
cepimus, ad æternam illius laudem offerre, &
inſuper pro omni defectu et neceſſitate proximo
rūm noſtrorū, omnibuſque neceſſarijs cauſis cū
interiori gaudio orare debemus. ¶Porro, quā
bet harū triū partiū ſingulariter exornari opor
tet: corpus videlicet ſeptē ſacramētis, virtutibus
moralibus, & ſtudioſa oīm ſenſualiū deſideriorū
mortificatione: animam vero ſeptem donis ſpi
ritus ſancti, & totali extinctione omniū illorum,
quæ vitam illius (quæ Deus ipſe eſt) in illa im
pedire poſſint: ſpiritum autē ſimul cum anima
octo beatitudinibus, & perfecta mortificatione
ſuiipſius, omniſque proprietatis & complacen
tiæ in ſpiritu & natura, vt ſic in ſolo Deo viue
re poſſit. Si itaque partem ipſam inferiorem, cor
pus videlicet, exornare velimus, neceſſe eſt vt
cor mūdum, quietum pacatumq; exiſtat. Ipſum
nanque radix eſt, & origo totius vitæ, & moti
corporis: exquo etiā virtutes omnes, & boni mo
res procedunt. ¶Inſuper & ſeptem ſacramen
tis in corpore nos ornari oportet, quatenus ad
am, quā in baptiſmo accepimus puritatē, re
poſſimus. Quā quia peccatis ſpōte perdidimus,
ipſiſq; virtutibus, q̄ tunc nobis in baptiſmo fu
merito noſtro ex gratia infuſæ fuerant, ſpolia
ſumus, ipſumque baptiſmū repetere fas nō ha

beam

bemus, ideo dñm nostrũ Iesum Christũ attentius orare debemus, vt per sanctissimũ baptisma suum, preciosumq; sanguinẽ cũctas nobis iniquitates nostras dimittere, & ab omni nos inquinamẽto mundare, suisque virtutibus exornare dignetur. ¶ Secũdo, cõfirmatione nos ornari oportet, in qua nimirũ signamur crucis signo in frontibus nostris, & ad maxillã percutimur, vt videlicet per hoc intelligamus crucẽ nos nostram accipere, & Christum sequi debere: & si quis nos percusserit in vnam maxillã, exhibere ei etiã alteram. Quia vero crucem nostrã sæpe inuiti portauimus, imo & abiecimus, a dño veniam postulare, vtque nobis indulgeat per spontaneã illam suam pro nobis crucis suæ deportationem, sicq; cruces nostras acceptas habere dignetur, quasi ita eas & nos portauissemus, ipsum exorare debemus. ¶ Tertio, confessionis puritate exornari habemus, quã quia sæpius absq; contritione & emendandi proposito fecimus, dñm Deũ nostrum orabimus, vt omnia nobis peccata nostra per sanctissimã illam confessionẽ suam indulgere dignetur, qua peccata defectusque nostros cœlesti patri suo in mõte Oliueti toto corpore prostratus in terrã confitebat, haud secus, q̃ si Adã in terrã prolapsus, a dño sui reatus veniã postulasset. ¶ Quarto, superexcellẽtissimo & superdignissimo precioſi corporis & sanguinis dñici sacramento nos ornare debemus, quod nobis in illa cœna nouissima in testamentum & memoriale æternum reliquit, quatenus illud accipiendo in ipso vitam habere, atque in ipsum transmutari & vniri possimus. Et quia proh dolor sæpenumero non ea intentione & præparatione,

quibus oportebat, idipsum accipere præsumpsi
mus, eundem dñm nostrum deprecari debemus,
vt hoc nobis indulgere dignetur per sanctissimã
illã perfectissimãq; præparationem suã, dignissi
mamq; sumptionẽ, qua seipsum ad seipsum cũ
immenso & ineffabili amore in vltima cœna ac
cipiebat: sicq; indignã nostram sumptionẽ acce
ptam habere dignetur, ac si ea intẽtione & præ
paratione, quibus ipse seipsum accepit, & nos
ipsum sumpsissemus. ¶Quinto, venerabili ordi
nis sacramento nos ornari oportet: quod nimi
rum dominus ipse sanctificauit, cuius omnis vita
nobis velut regula quædam est, & forma vitæ
perfectæ ac spiritalis: qui exemplum nobis de
dit, vt sequamur vestigia eius. Quia vero se
pius ordinem nostrum transgressi sumus, & in
vita spirituali, quomodo oportebat, non profeci
mus, eundem dñm nostrum orare debemus, vt
hoc ipsum nobis per sanctissimã vitã suã indul
gere, & ampliorẽ nobis in virtutibus & vita spi
rituali profectũ largiri dignet. ¶Sexto, honora
bili sanctoq; matrimonio, & spirituali vnione
siue desponsatione (qua Christus in cruce nos si
bi desponsauit) ornari habemus. Et quia dño se
pius fidem non seruauimus, orandus est, vt hoc
nobis per constantiã illam suã (qua nos ad mor
tẽ vsq; dilexit) indulgeat, nobisq; in amore suo
constantiã & perseuerãtiam sine fine concedat.
¶Septimo & vltimo, sanctissimo vnctionis sa
cramento nos ornari oportet, qd dñs ipse in cru
ce sanctificauit, qñ latus suũ lancea perforatum
sanguinem & aquam emisit, per quẽ nimirũ san
guinẽ oĩa sacramẽta sunt sanctificata. Et qcquid
in sex prioribus sacramẽtis deliqmus, et nõ quos

oporte-

oportebat seruauimus, hoc dignissimo sacræ vn ctionis istius sacramento expiatur.

De septem donis spiritus sancti. Cap. XII.

PORro, vt & pars media, id est, anima suum habeat ornatum, aptari & exornari eam septem donis spiritus sancti, ipsamque ad spiritum sese conuertere oportet. Quod nimirum sanciendo beata efficitur, & septiformi gratia sancti spiritus repletur. Quia enim spiritus summæ Trinitati vnitus existit, ideo semper amabilis quædam gratia per illam vnionem in animam descendit, operante videlicet hoc ipsum spiritu sancto, qui est artifex & aduocatus: qui & animam dono fortitudinis adornat, quo fortiter omne prauum desiderium repellat & auersetur. Et ideo donum istud specialiter vi concupiscibili præstatur. Dono etiam consilij, quo eam instruit, qualiter pacata, mitis & humilis esse, vimq; irascibilem, cui istud donum tribuitur, refrenare debeat. Dono quoque intellectus, quo videlicet intelligat, quid odire & quid non odire debeat. Odire quippe malum perpetratum debet, & nō malum ipsum perpetrantem. Et ideo donum istud odio impenditur. Dono etiam scientiæ, quo intelligat & sciat quid amare teneatur, Deum videlicet super omnia, & amicos in Deo, & inimicos propter Deum. Atque ob hoc donum istud amori assignatur. Sed & dono pietatis, quo videlicet pia sit atque deuota, & vnicuique lætam obsequiosamque se exhibeat, & prodesse conetur. Vnde & donum istud affectui gaudij præstatur. Dono insuper timoris domini, quo videlicet

semper filialem habeat Dei sui timorem, ipmq; magis ex amore, quam timore seruili, inferni videlicet vel similium reuereatur. Et ideo donum istud timori impenditur. Demum & sapientiæ dono, quo ei tantam interius sapientiam infundit, sicque omnem in ea pudorem inordinatum extinguit, vt iam nequaquam erubescat nec vereatur propalare laudem domini sui, quamlibet ob hoc ab omnibus, & specialiter ab illis qui subtiles sunt & intellectu curiosi, derideatur. Sicque sapientiæ, id est, sapidæ scientiæ dono repletur, quod ipsum pudori tribuitur.

De octo beatitudinibus. Cap. XIII.

DEnique, vt & suprema pars, spiritus videlicet qui est nuda essentia animę, suo non fraudetur ornatu, ipsum ab omnibus imaginibus & formis esse nudū, & in originali principio suo commorari, atque ab omni multiplicitate & tētationibus, quibus anima & corpus impugnantur, liberum & expeditum manere oportet. Ideo nanq; & corpus nostrum spiritaliter ecclesiæ militanti comparatur, eo quod continue, quandiu viuit, a prauis inclinationibus suis impugnatur. Anima autem ecclesiæ vincenti comparatur, quia & carni resistere, & spiritui debet obedire. Et spiritus ecclesiæ triumphanti adæquatur, eo quod semper esse tranquillus, pacatus ac hilaris, et dominum Deum suum cum perfecta suiipsius resignatione laudare debet. Qui enim omnia dederit, simul omnia recipiet. Atque hoc modo spiritus noster paupertatis spiritus beatitudine ornandus est, de qua dominus ait: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœlorum.

lor. Et quæ est paupertas spiritus? Vt videlicet omne q̄d sumus & habemus, vtimur & indigemus, non pro nostra, sed pro Dei voluntate faciamus & expendamus. Sic em̄ quasi nihil sumus, & nihil habemus, & Deo fruimur & omnibus alijs in Deo. Qui em̄ sic pauperes sunt, seipsos funditus exierunt, vnū iam cū Deo effecti. ¶ Porro, vt & anima beatitudinis spūs particeps esse possit, sequētes alias septē beatitudines ei tribuemus. Beati mites, q̄m ipsi possidebunt terrā. Sic nāq; viratiōali mites huiusmodi seipsos regere debent, vt nequaq̄ de illatis sibi iniurijs vel quibuslibet aduersis doleant, & tūc terrā possidebunt, q̄ nimirum quadruplex est: Proprij videlicet corporis sui, quod ei subditum erit. Et terra corporis proximorū suorum, quā Deū faciēt in pace possidere: & qcquid Christus nobis p̄ humanitatē suā in terris promeruit: & demū post hāc vitā terra glorificati corporis Christi. ¶ Beati mūdo corde, q̄m ipsi Deū videbunt. Ita nanq; vis cōcupiscibilis munda esse debet, vt nihil appetat, q̄d cor maculare possit. Et tunc anima beata est & apta videre Deū deorum in Sion, hoc est, in semetipsa. ¶ Beati pacifici, q̄m filij Dei vocabuntur. Sic etem̄ irascibilē suā cōprimere studebunt, vt sine causa nullatenus irascant̄, q̄ sic interius quieti p̄maneant, vt Deus in ipsis q̄escere possit, cuius locus in pace factus est. ¶ Beati q̄ lugent, q̄m ipsi consolabunt̄. Cum em̄ ab alijs irridentur ac despiciuntur, per compassionē eis ex corde condolere, eorūq; damnū, quod sibīpsis inferūt, lugere debent. Non em̄ vult Deus, vt alicui propter nos peccet, sed magis vt inuicē benefaciamus. Neq; tamen si ab alijs irridēt̄, ideo

bonum

bonum aliquod ex mala verecundia omittere debent: & tunc in luctu & pressura sua cõsolabuntur. ¶Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ex amore nanque Dei sanctam, virtuosam & iustam vitam appetent, quatenus et iustitiam amare, et iniquitatem odio habere possint: sicq; a Deo in æternum benedicti mereantur. ¶Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Hic sane admonentur, quod hilariter & liberaliter ea, quæ illis a Deo concessa sunt, quæque proximis in corpore & anima necessaria sunt, illis impartiri debeãt. ¶Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vbi docentur neque odire debere eos qui mala inferunt, sed sequi potius euangelicum illud domini consilium, dicentis: Benefacite his qui oderunt vos. Orate pro persequentibus vos. Qui ergo sic propter iustitiam patiuntur, illi regno Dei hic per fidem in gratia, & postmodum per speciem in gloria perfruentur.

Qualiter anima virtutibus exornetur. Cap. XIIII.

PORro, vt ad hoc, de q̃ dicere cœperamus, reuertamur, ad cõparationem videlicet spiritalem hominis cum templo, super firmam illam petram Christum (qui Deus est & homo) superædificare nos oportet. Super hãc (inquam) firmam petram et immobilem deitatis montem superædificare debemus, ita videlicet vt humanitas nostra in deitatem ingrediatur, & per deitatis adiutorium humanitatem Christi sequatur. Sane quisquis super hanc petram & hunc mon-

te m

tem solidissimum ædificat, ille roboratur atque firmatur, neque mouetur in æternum. ¶Porro, templum hoc secūdum triplicem sui partem, etiam triformi virtutum distinctione ornandum est. Et primo virtutibus theologicis, in suprema portiōe: virtutibus cardinalibus, in media: et virtutibus moralibus, in infima. Et quidem suprema pars, ipse videlicet spiritus (qui summo altari cōparatur, in quo sanctum sanctorum continetur) tribus virtutibus theologicis decēter ornari debet, fide videlicet, spe & charitate. Quarum fides in memoria consistit, vtpote quia credimus in Deum patrem, quod sit ipse fontalis Deus: in Deum filium, quod sit splendor paternæ gloriæ: in Deum spiritum sanctum, quod sit patris dulcedo, & amabilis nexus amoris patris & filij. Spes vero est in intellectu, qa videlicet speramus in Deum filium, quod per sanctissimam passionem suam (per quā omnes ab æterna morte redempti & liberati sumus) nostri miserebitur: ita tamen si pro modulo & viribus nostris ipsum sequuti fuerimus. Sic enim & non alias, firmam in ipso spem & fiduciam habere poterimus. Charitas demū in voluntate consistit: quia videlicet Deum spiritum sanctum amare, & ab ipso nos duci ac regi permittere, vnusq; cū Deo spūs effici debemus. Et sic a patre confortamur: a filio docemur, et agimur a spiritu sancto. Atq; hæ tres virtutes theologicæ spiritū intus enutriunt. ¶Media vero pars, anima videlicet quæ choro assimilatur, virtutibus cardinalibus exornanda est: quarum tamen prima, iustitia videlicet spiritui applicatur, & specialiter voluntati, quo scilicet ipsa voluntas fortiter in Deo persistat,

stat, & vnicuique quod suum est, iuste tribuat. Secunda, scilicet temperantia, cõcupiscibili assignatur. Tertia vero prudentia rationali tribuitur, vt videlicet ipsa prudens sit sicut serpens, & simplex sicut columba. Quarta denique fortitudo irascibili coniungitur, ad reprimendũ ipsam, quo & malo resistat, & bona quæq; viriliter aggrediatur. Et hæ quatuor virtutes comparantur cardinibus quatuor, quibus valuæ hærẽt ex quatuor aduncis seu turriculis, adeo firmiter lapidi siue ligno postili infixis, vt cardines vna cũ valuis ex eis pẽdeant. Valuæ hæ siue ianua hęc mystice Christus est, cuius primus cardo, iustitia videlicet ipsius in voluntate suspensus est. Secundus, temperãtia eius, in concupiscibili. Tertius, prudentia illius, in rationali. Quartus, fortitudo ipsius, in irascibili. Et hæc ianua aperitur & claudit: quo nimirum significatur, quod per merita ipsius in diuinitatem ingredi & deificĩ fieri, atque eisdem, quibus ornatus erat ipse virtutibus exornari, ipsumque interius sequi in spiritu, & exterius humanitatem eius & omnia in ipso, per ipsum & cum ipso perficere debeamus. Taliter ergo in anima quatuor exornari virtutibus cardinalibus conemur, quæ nimirum animã corroborant, atq; in Deo confirmant, stabiliuntque. ¶ Infima demum portio, corpus videlicet quod communiori ecclesiæ parti comparatur, moralibus virtutibus exornandum est, obedientia videlicet, castitate, patientia, humilitate, honestate, verecundia, sobrietate, pietate, & cæteris. His nanque virtutibus corpus decenter ornatur.

De

De nouem choris angelorum. Cap. XV.

INsuper cum nouem esse angelorum choros manifestū sit, cuilibet hominis parti tres chori assignantur, per quos & defenduntur. Quippe, cum beatissimi illi spūs nostri sint auxiliarij, nobisque nocte ac die assistant, quatenus eum quem nequam angeli perdiderunt, locum aliquādo possidere valeamus. Sane ipsi angeli semp contēplantur speculum summę Trinitatis ipsoque perfruuntur, & nihilo minus semper etiam continuum quendam ad nos respectum habent: semperque in diuina præsentia essentialiter permanent, & in nobis distinctis actionibus operantur. Attamen ipse Deus longe nobilius & multo magis proprie, sine intermissione in nobis operatur. Porro, nouem isti angelorum chori tres hierarchias constituunt, singulis hierarchijs tres choros subijciendo. Et quælibet hierarchia specialem ac distinctum habet respectum ad tres illas, quæ in homine sunt, partes: quarum vna est corpus & homo noster exterior, altera intellectualis & rationalis anima, tertia spiritus siue mens deiformis. Atque hæc tria in vno sunt homine, & angeli omnes specialem ac singularem in eis operationem suam habent. ¶ Vt enim de hierarchijs dicere incipiamus, infimi primi hierarchiæ angeli dicuntur, qui exteriori homini inseruiunt, ipsum admonent, custodiunt ac dirigunt ad omne bonum & opera virtutum, & a malignorum spirituum, qui nobis iugiter insidiantur, tentationibus cōseruant. Suntq; nobilissi-

bilissimi spiritus isti prope nos, & vndique nos circundant, suadentes vt malum fugiamus, & bonis actibus insistamus, atque præcepta Dei seruemus, futurum alioqui dicentes, vt male agamus, & districtum iudicem habeamus. Sic & timore nobis assistunt, ne aliquid illicitum petamus, atque ad ipsorum primum ordinem peruenire possimus. Secundus chorus est archangelorum, qui circa nos existentes, consulunt ac docent nos, qualiter Deo ex amore seruire, eius consilia sequi, atque pro naturalibus virtutibus acquirendis insudare debeamus, quatenus ad ipsorum choro adiungi possimus. Tertius chorus Virtutum est, qui nos admonent & consulunt, vt in nostris exercitijs discreti & ordinati simus, ne corpus nostrum per indiscretionem destruamus, sed vt ad plura ac nobiliora opera adduci, sicque ad tertium ipsorum ordinem peruenire valeamus. ¶ Secunda hierarchia diligenter habet respectum ad aliam hominis partem, animam videlicet rationalem. Atque in hac primo Potestatum nomen sortiuntur, qui malignos spiritus coercent ac reprimunt, ipsamque simul irascibilem refrenant, quatenus tranquilla & mitis existat. Quorum si anima consilium sequuta fuerit, ipsos quoq; choro quarto inserebatur. Secundus chorus Principatuum nomine designatur, qui concupiscibili suadent vt omnibus mundi delectationibus & concupiscentijs resistat, quatenus Deus in ea pacem & delectationem habere possit: sicque faciendo ad quintum ipsorum ordinem peruenire queat. Tertius chorus Dominationum habet vocabulum, qui rationem instruunt eique suadent, vt ad bona om-

cu

cunctasque virtutes & illuminationem diuinam
sese conuertat, & patientiã seruet, si forte pro bo
nis actibus suis p̃secutiones patiatur, ac contra
ius & æquitatẽ affligat: oretq; fideliter pro ma-
lefactoribus suis, & pacẽ cũ omnibus seruare ac
reparare conetur. Sic em̃ Deum in ea sedere dele
ctabit, cuius locus in pace consistit, et ad sextum
hunc Dominationum ordinẽ peruenire valebit.
¶ Tertiæ hierarchiæ spiritus continue circa su-
premã spiritus portionẽ, ad vniendũ ipsam cum
Deo p̃seuerant. Porro, huius hierarchiæ chorus
primus nomine Thronoꝝ exprimitur, eo quod
sedilia sunt, in quibus Deus ipse sedet & q̃escit.
Hi in intimo fundo operanť, & voluntatem no-
strã ad permanendũ semp̃ immobiliter in Deo,
& neq; ad dexterã, neq; ad sinistriã ab eo recedẽ
dũ confortãt. Quorũ dum cõsilia volũtas sequi-
tur, & ipsa Thronus efficitur, in quo Deus ipse
quiescit, & Deum in ea habitare & omnia eius
opera intus exteriusq; perficere delectat. Vnde
& ipsa totaliter in suo fundo immobilis efficiť,
atq; in diuina pace & fruitione collocatur. Ete-
nim fundus illius interior in Deum conuersus ac
que ipsius sorte & regale solũ siue Thronus est
effectus, ita vt iã neq; prospera, neq; aduersa pa
cẽ eius essentialẽ (quæ locus est Dei) p̃turbare
possint. Et sic ad septimũ hũc Thronorum ordi-
nẽ anima conscendit. Secũdus chorus Cherubin
appellatur, qui specula lucidissima existentes, in
tellectũ illuminant, & fundum hominis deifor-
mi lumine suo illustrant irradiantq;. Ex qua irra
diatione tantum luminis intellectui p̃statur, vt
etiã omnibus hominibus satisfacere possit. Ter-
tius chorus Seraphin nomẽ accepit, qui velut

ardentes sunt faculæ pleni amore diuino, quique memoriam adeo fœcundam reddunt, adeoq; dilatant, vt quasi cœlo & Deo ipso ex ardentissimo amore frui videatur, a quo etiam statim absorbetur, & in seipsa velut annihilatur. Ideoq; & merito talis homo cœlum dici potest. Nam Deus in ipso, & angeli in circuitu eius sunt. Est & paradisus: quia nimirum Deus omnipotēs adeo animam sua diuinitate profluxit, vt quasi sole amicta, instar prothoplasti in paradiso, videatur: imo & spiritus cœlestis & angelus terrestris merito dici potest, vtpote qui semper Deo vnitus & vnus cum eo spiritus effectus est, quique a Dei spiritu agitur, cunctisque tam bonis, quam malis indifferenter inseruit, & cum angelis semper in Dei præsentia perseuerat. Ideoque & cum ipsis confirmari, & assecurari meretur.

Quantas diuitias anima mortificata experiatur. Cap. XVI.

SANE dicere possunt homines istiusmodi cum Apostolo: Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Et alibi: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Etenim sibijpsis perfecte mortui, Deum in se viuentem habent: vnde nec mortem aliquam timent, & ab omnibus sese nudarunt. Ideoque nihil eor& quç maligni spūs in morte eius immittere siue proponere possent, eos grauat. Sed & essentiali paupertate refulgēt, qua se pauperiores, q̄ cum nascerentur, sentiūt. Vnde nec aliquā prę sumptionē siue vanā complacentiā de quibus li

bet

bet eos bonis operibus hostis antiquus eis inge
rere potest: quippe q certo certius sciũt & credũt,
si quid forte bene actũ est, nõ se, sed dñm potius
hoc fecisse. Insup culpas suas & negligẽtias oẽs
per merita Christi passionemq; diluũt & absterg
ũt, seq; ipsos intra seipsos in nudã aĩæ essentiã
(quã nulla vnq̃ creatura attingere potuit, q̃ Dei
propria est habitatio) cõuertunt: sicq; excessum
quendã in Deũ faciũt, vbi viã illã, semitãq; cõ-
pendiosam atq; in Deũ accessum addiscũt. Ideo-
q; nequaq̃ in hora mortis suę vię huius ignorã
tia terrent. Cumq; sic in Deo sint, vt quisq; eos
tetigerit, Deum tangat, nec vitã, nec mortem ti
ment, nec quisq̃ eos superare potest, sed qcunq;
cum eis certare præsumpserit, ab ipsis superatur.
Durum est em̃ eiusmodi contra stimulum calci-
trare. Sane ipsi nec cœlũ nec ęternã vitã desidẽ-
rãt, eo q; Deũ habeant intra se, qui est ipsa vita
æterna, in quo etiã omne desiderium, voluntatẽ
ac intentionem suã collocarũt. ¶ Nã & cũ Apo
stolo in tertium vsq; cœlũ rapti sunt. Pater em̃
cœlestis memoriã ipsam lumine diuinitatis suæ
trahit, ipsamq; valde dilatari et cœlestibus atq;
diuinis meditationibus superfluere facit. Filius
intellectum deitatis suæ sapientia illustrat: quod
est secundũ cœlum. Et spiritus sanctus voluntã
tem amorosa quadã dulcedine ét charitatis ardo
re permanãs, ipsam liquefieri, & in Deũ fluere
facit, quatenus vnus spũs & vnũ amoris ac pa-
cis vinculũ cum ipso fiat. Et sane nescit tunc ho
mo talis, vtrum in corpore sit, vel extra corpus
(& tamen est in corpore, quod adeo spiritui sub
ditum est, quasi rebus omnibus naturalibus
mortuum foret) & in beatissimæ Trinitatis

ſpeculo tam ſeipſum, q̃ homines vniuerſos, angelos quoque & beatos oēs, velut ſub vno momento, in deitatis Trinitate videt et agnoſcit. Et pater cœleſtis æternis eū delicijs ſuis permanet: filius eum inſtruit, & omnem ei ſcripturæ vim aperit: & ſpiritus ſanctus eum ardere, & quaſi præ amore cunctorum effluere facit, dum oēs ad Deum reducere cupit. ¶ Porro, homines iſtiuſmodi mundo ſunt incogniti & occulti: quippe qui nil cum eo commune habent. Incogniti quoque ſunt & parui penduntur ab illis, qui in magna diſtrictioue viuunt, eo quod ipſi corpori ſuam quietem & neceſſaria tribuunt, quo melius ſpiritui ſeruire poſſit. Illos etiā latēt, q exteri us aliqd ſanctitatis habere videntur, & propria quædā atq; a ſe aſſumpta etiā dura exercitia tenent. Nihil enim iſti ſiue intus, ſiue exterius proprietatis habent, ſed ſemper ſtant reſignati, diuinamq; inactionem obſeruantes, hoc ſolum attēdunt, quid illi ſiue in eis, ſiue per eos placet operari. Et intus quidem domino, foris autem hominibus obediunt obtemperantque: cunctaque exercitia ſua, quando Deo & hominibus placuerit, deſerere ſemper ſunt parati. Ipſis quoque immundis ſpiritibus incogniti ſunt, eo quod nullam peculiarē conſuetudinē a ſe aſſumptā (vnde ab ipſis notari vel etiā tentari poſſint) habeant, ſed ſemper in dñm Deū ſuū, q eſt absq; oīmodo, refugiāt. ¶ Atq; hoc modo oībus (velut aurū in terra) ſunt abſcōditi, illis duntaxat noti, q in fundo ſuo ſtant nudi, liberi, expediti ac reſignati. Hi ſeſe inuicē etiā vltra mille miliaria diſtantes norūt. Licet em̄ corpore ſint diſiuncti, ſpiritu tamē prorſus vniti ſunt. Hi colūnæ ſunt ſanctæ ec-

cle-

cleſiæ ſemperq; lętant. Terrã nanq; corporis ſui ꝓfodientes, ad fundũ vſq; animę. i. ad ſupremam nudę illius eſſentiæ partẽ (in qua Deus omnipotẽs, q̃ amabilis, dulcis ac diuina eſt eſſentia, ſeſe vniuit) ꝓuenerunt: lucidiſſimũque ac rutilantiſſimũ eiuſdẽ diuinæ eſſentiæ aurę, illũq;, de q̃ Euãgeliũ dicit theſaurę in agro abſconditũ, et regnũ Dei intra nos exiſtẽs, inuenerunt. Contingit aũt eis experiri iſtud ꝑ merita dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui nobis hoc ipſum promeruit, vt filij Dei nominemur & ſimus, & theſaurum hunc per ſe metipſum nobis oſtẽdit. Vnde & ipſi tanto gaudio perfunduntur, vt nec totus mundus eos contriſtari poſſit: nec timent aliquem, præter eum, q̃ animam occidere poteſt: quem & audiunt & ſequuntur. Quæ ſane cauſa eſt, vt nullus eos contriſtare poſſit. Deus autem eos contriſtare non vult. Non enim poteſt amicus amicum contriſtare. Porro, gaudium, pax et lętitia iſta omnem creatum tranſcendit intellectum. Neq; enim in hac ſuprema ſui portione dolore affici poſſunt. In q̃ ſane humano ſpiritui Chriſti (qui in acerbiſſima paſſione ſua non minus quam hodie exultabat) conformantur. Et idem iſtud etiam in beatiſſima virgine Maria fuit, q̃ adeo libera et læta, mentecq; in Deum ſubleuata ſtetit, adeoq; nihil ſibi gratiarum ac operum illorę, quæ Deus in ipſa patrabat, aſſcripſit, quaſi mater domini non fuiſſet: nec propter quælibet dona vel inactiões diuinas vnquam vel ad momentum a ſupereſſentiali deitatis vnione ſeparata fuit.

De cruce amicorum Dei. Cap. XVII.

ET quamuis amabiles homines isti tanta libertate & pace in spiritu perfruantur, attamen in inferiori animæ parte duram nimis & grauissimam cũ Christo pœnam & crucẽ sustinent. Iam enim in seipsis sentire & agnoscere incipiunt, quod & Christus Iesus sensit. Porro, ineffabilis pœna & crux ista hinc eis prouenit, quod regnum Dei & thesaurus ille (quæ omnibus quidem insunt hominibus) a tam pauciss. mis exercentur atq; cognoscuntur: vnde fit, vt nec in seipsis ea experiantur. Idq; non solum in secularibus, sed & proh dolor in religiosis: qd circo nullum in vita spirituali profectum assequuntur, sed cõtenti sunt exteriores illas consuetudines statutaq; exercitia tenuisse, & vtcunq; adimplesse. Vnde consequenter magnam interius acediam atq; teporem incidunt: qbus nihil iã restat, nisi vt Deus oĩpotens ex benedicto ore suo, id est, gratia & amore suo ipsos euomat, & seuissimis purgatorij tormẽtis (vbi dæmões habeant tortores) immergat. Quod sane dolorem incomparabilem prędictis Dei amicis generat, dũ ea oĩa facile in hac vita prœuenire, & magnũ insuper fructũ ad hunc sese thesaurũ abintra conuertendo, facere possent. Quisqs eñ ad eum sese cõuerterit, ab ipso sine dubio illuminaẽ, ditatur, instruiturq;. ¶ Denicq;, crux ista amicorũ Dei cornua quatuor, id est, quadruplicem pœnã siue passionem habet. Et quidem primũ ac superius cornu est, q; quanto Deo vicinius appropinquant, tanto melius Dei erga omnes homines charitatem sentiunt & agnoscunt: quõ videlicet omnibus hoĩbus vti desiderat, & vix in pauciss. mis obtinere potest. Secundũ vero & inferius cornu est,

est, q videlicet agnoscũt q̃ inæstimabiles pœnas sustinere cogent pro eo, q dñm Deũ suũ ita a se repellunt. Maxima em̃ pœna, quã in futuro sentient homines, ea est, q thesaurum hunc et lucem (quæ Deus ipse est) intra se minime cognouerunt, nec prout oportuit, exercuerunt. Tertium idemque dextrum cornu est, pœna illa, quam suorum amicorum causa sustinent, quod videlicet illi non ita sese ad hunc locupletem thesaurum abintra conuertunt, vt Deus eis pro acceptissima voluntate & beneplacito suo vti possit. Quartum & sinistrum cornu est, quod maximam erga suos persequutores eisque damna inferentes compassionem habent, dum videlicet quantum illi per hoc sibꝫ ipsis noceant, attendũt. Deus nanque præcepit, vt diligamus inuicem, & benefaciamus alterutrum. Quod illi præceptum violant, & contra proximorum suorum charitatẽ faciunt. Sic itaque amici Dei in infima portione animæ atque in corde suo in hac cruce extenduntur, & patiuntur cum Christo dño suo. ¶ Porro, præter hęc etiã ipsum corpus suũ pœnam eis multiplicat, eo quod ad vitia multa & infirmitates tam est procliue: quodque ipsi tantum in quiescendo, comedendo, bibendo & dormiendo indulgere coguntur. Et quia hoc eos affligit, sic videlicet inseruire, & indulgere ac necessaria præbere corpori suo: ideo istud ipsum nunc eis tam meritorium proficuumque existit, sicut omnis initio asperitas & districtio, quando corpus adhuc spiritui nequaquam obtemperare volebat. Iam enim quando spiritui subditum & ad om̃ia bona exercitia & opera voluntarium est, ipse viciſſim spiritus ei quoque fidelis est, curamque

illius habet, ne ei fortassis per infirmitates impedimento sit. Cum autem corpus & spūs (quæ sibi inuicem aduersari solent) ita concordes effecti, & sibi inuicem proficui sunt, ita vt spiritus dominus, & inferior animæ pars, ipsa videlicet ratio vxor, et corpus sit seruus, & libenter domino ac dñæ suæ obediat, & sicut oculi seruorū in manu dñorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dñæ suæ, ita & ipsum eiusdē sit semp obedire paratū: cū (inquā) hæc ita se habuerint, vt videlicet tanta pax & concordia sit inter eos, tunc profecto gaudiū in spiritu, pax in anima, & delectatio in corpore existit. Et tūc dominus Deus ita nos diuina claritate sua transradiabit, sicut sol aerem vniuersum, quando ab omni vento, tempestate, pluuijs ac nubibus liber est atque serenus. Tuncque humanitati Christi in spiritu, anima & corpore conformamur. Sane quicunq; tales esse potuerūt, Deo tam intime chari sunt, vt in eis libentius sit, quam in ipso cœlo. ¶ Tale nanq; exercitium, quo videlicet abintra ad ipm nos cum nudo ac resignato fundo conuertimus, præ magnis exterioribus exercitijs ei placet, sicut & in Euangelio videre licet, vbi Martham reprehendit, & Mariam cōmendat, dicens: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnum est necessarium. Quod est illud vnum? Sane libera & expedita abstractio, & nudus, expeditus ac resignatus fundus. Vnum istud oībus est necessariū, et post Deū nihil ipso nobilius consistit. Nā et quodā modo etiā ipsam charitatem precellit. Charitas nanque hominem ad Denm conuerti, nudus vero, expeditus & resignatus fundus ipsum Deū cū oīmi amabili opulentia,

lentia, libertate & gratia sua ad hominem conuerti, & in homine ac per hominem diuina opera sua operari, eumque sic in amore suo confirmare, & spiritum tanta intus deliciarū suarum abundantia replere facit, vt ei totus iam mundus amarescat. Et tunc ei pars illa optima, quæ Deus ipse est, cum beata Magdalena etiam cum assecuratione quadam applicatur, quæ nūquam auferetur ab ipso. Et hoc modo vita supereſſentialis, quæ Deo acceptissima est, hic obtinetur ac possidetur. Et tunc gaudium est omnipotenti Deo in spiritu quiescere, pax in anima sedere, & delectatio in corpore commorari. Et sane vt Deus ad hæc omnibus vti possit hominibus, ipsius voluntas est, & intentio, & desiderium. Cum ergo hoc tantopere desideret, permittamus obsecro & faueamus hoc ipsum bonitati eius, nosque ipsos totaliter ad eum conuertamus, rogantes vt nos ad hoc idoneos facere, cunctisque nos diuinis illis virtutibus suis, quibus anima Christi ornata erat in spiritu, anima & corpore nostro ad gloriam, honorem & delectationem suam exornare dignetur.

Qualiter post distractionem per fidem introuerti debeamus. Cap. XVIII.

DEnique quando in externis quibuslibet occupationibus sumus, neque tam attenti vt oportebat in nostris exercitijs fuimus, ilico nos per fidem introuertere debemus, dicendo: Credo in Deum. O benedicte Deus, ignosce obsecro mihi, quod tam parum deuote me ad te conuerti, & tuam diuinam præsentiam non satis attendi: sicque ista accepta habere digneris,

quasi totus deuotus in tua vnione permãsissem? Sic (inquam) ad Deum cõuertere nos debemus, priusquam ad orationem vel exercitia nostra accedamus. Et tunc ipse sine dubio, qd nobis expedit & vtile est, inspirabit. Ideoq; in omni introuersione nostra semper in prõptu habebimus dicere: ¶ Credo in Deũ. O benedicte Deus ab æterno in te fui, & nunc tuipse es in me. Ideoque me tibi dedo, meq; tuũ vere facio, vt me sic vti possis, quõ tunc poteras, qñ adhuc minime creatus eram. O pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ, teq; humiliter rogo, vt per merita humani gaudiosi spiritus tui, meum spiritũ ita sanctũ, purũ & idoneũ facere digneris, vt diuinitas tua in ipsum, & ex ipso consequẽter in aiam, & per corpus meũ radiare possit: idq; ad gloriã tuam. Hoc tamen nequaq̃ dignus sum nec dignus esse potero, nisi per merita sacratissimæ humanitatis tuæ. Rogo etiã, vt per merita tristissimæ animæ tuæ, animã meam sanctificare, & oĩbus diuinis virtutibus tuis (q̃bus eadẽ sanctissima anima tua decorata fuit) exornare digneris, idque ad honorẽ tuũ. Rogo deniq;, vt per merita sancti vulnerati corporis tui, corpus meũ ita mundũ & purũ efficias, quõ tunc erat, qñ ex baptismo eleuabatur, & tam sanctũ & patiens, vt tuũ erat sanctissimũ corpus: idq; ad delectationẽ tuã. Iterũ te rogo dñe, vt propter amorẽ tuũ ad ista me sanctũ & aptum in spũ, ãa et corpore reddas. Et quia teipsum in me recreare desideras, ecce dñe Deus meus hoc ip̃m ex fundo cordis mei q̃ optime tibi faueo, rogãs & obsecrãs, vt q̃quid tibi impedimento est, extra me & a me repellas: q̃quid vero ad hoc ipsum tibi suffragãr assumas, meq; exornare, vestire & cibare, sicut maxime

placitū & acceptū est tibi, digneris. Omnē enim voluntatē, desiderium & curā meam in te proji-cio. Nō em̄ vis dñe vt me sollicitudo aliqua alia teneat, nisi ea duntaxat, ne diuinæ inactioni tuæ obicē ponam, meq; intus & exterius diligenter obseruem. ¶ Insuper omni tempore, quoties videlicet horam audire cōtigerit, anima sese in diuinitatem inclinare, & prout superius dictū est, per humanitatis Christi passionem orare debet. Fiet aūt hoc triplici mō. Primo, cū corde cōpassiuo, amorosa videlicet cōpassione. Secundo, cū subiecta aīa, & cū profundissima gratitudine, vt videlicet pro amore ipsius libenter & ipsa pati velit, quicquid ille pro ipsa sustinuit. Tertio, cum gaudioso, hilari ac subleuato spiritu, qui seipsum totaliter offerat, resignet & in diuina essentia amittat ad honorem ipsius.

Deuota Euangelij illius, In principio erat verbū, de deitate interpretatio. Ca. XIX.

CVm glorioſus Dei apoſtolus & Euāgeliſta Ioānes ab exilio Pathmos īnſulæ reuocatus fuiſſet, a populo Dei rogat9 fuit, quatenus aliqua de diuinitate Chr̄i ſcribere dignaretur. Dicebāt em̄ alios Euāgeliſtas ſufficienter et dilucide ſatis de ip̄ius ex matre (q̄ eū de ſpū ſancto, ſaluo virginitatis pudore cōceperat) natiuitate ſcripſiſſe, ideoq; qualiter ex Deo patre ſecūdum diuinitatē genitus eſſet, ſcire ſe deſiderare. Quod licet prædilectus ille Apoſtolus lōgo tēpore facere renueret, tandē tū idipſum obtinuerūt. Tm̄ igitur negociū aggreſſurus, triduanum oībus ieiuniū indixit, monēs vt interim dñm rogarēt, quatenus eū illuminare dignaretur ad ſcribendū digne diuinitate ipſius, per quod omnes hæreſes, omnis infidelitas, & error omnis ex-

terminari possent. Quod cum illi faceret, sanctus Ioannes in suo spiritu clarissime a spiritu sancto illuminatus, diuinam essentiam lympidissime contemplabatur: in qua nimirum personas Trinitatem in vna diuinitate, & qualiter ipsa diuinitas prima sit causa, increata æternitas, prima substantia & quædam dulcis, tranquilla & immobilis quies: qualiter item Deus sit trinus in personis, agnouit. Pater quidem summæ Trinitatis principium est, qui & filium suum genera ex quo simul cum patre spiritus sanctus procedit. Pater etiam seipsum cum omnipotentia sua in filio eloquitur, et filius, qui est verbum patris, seipsum totum cum omni sapientia, totaque essentia sua, in clara sui ipsius cognitione in patre conuertit: atque ex hac cognitione, qua Deus seipsum agnoscit, quomodo videlicet per potentiam suam omnia possit, et per sapientiam suam, tam seipsum, quam omnia præterita, præsentia & futura sciat: inde (inquam) ardentissimus quidam amor inter patrem & filiū procedit. Et hic est ipse spiritus sanctus, qui vtriusque, patris videlicet & filij spiritus est. Tres itaque personæ sunt, & vna amabilis, dulcis & diuina essentia. Quæ profecto essentia ipsa diuinitas est, de qua neque dici, neq; scribi aliquid digne potest. Quia vero beatissimus Ioannes tam alte volabat, vt hanc diuinam essentiam tam sublimiter & clare cognosceret, ideo & per aquilam designatur, quæ super omnes alias aues in aera subuolans, irreuerberata acie in ipsum solem suos defigit obtutus. Etenim de diuinitate domini nostri Iesu Christi, qui est verbum patris & vnum cum patre, clarissime scribit, Quod enim credimus diuinita-

uinitatem humanitati seſe vnĩsse, manẽte ipso quod erat, & assumente quod nõ erat, hoc ipsum in hoc Euangelio suo sanctus Ioannes astruit & affirmat. Quo profecto tam eas, quæ tunc erant, quam omnes alias postmodum nascituras hæreses, & infidelitatem omnem destruxit atq; subuertit. Ideoq; Euangelium istud omnes intelligere conemur, ipsumq; sæpius deuote legamus: qpe quod ad omnem expellendã infidelitatem, & deceptionem inimici est efficacissimum. Præcipue tamen in mortis articulo & necessitatibus legendum est.

Sequitur expositio.

IN principio] id est, in diuina origine, [erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.] In principio erat verbum. Principium istud diuina est essentia siue deitas ipsa, Trinitatem in seſe continens personarum, quæ tres personæ non nisi vnus in eadem deitate sunt Deus, & persona quælibet deitatẽ ipsam habet in semetipsa: nec est vna persona maior siue potentior, sapientior siue benignior quam sit alia. Patri vero potentia ascribitur, eo quod ipse summę nobilissimæq; Trinitatis principium est: filio sapientia, quia per eum pater seipsum & omnia cognoscit: spiritui sancto bonitas, eo quod ipse charitas est Dei, per quam pater & filius omnia condiderunt, et condita in esse quotidie conseruant. Et horum trium nihil alter sine altero extra se operatur. Vnus nanq; Deus sunt & vna dulcis, amabilis ac diuina essentia, quam nemo intelligere potest. Et ipsa est principium & prima sub-

ma ſubſtantia, ex qua oĩa emanarũt. In princi-
pio erat verbũ et verbũ erat apud Deũ. Per ver
bũ iſtud, Chriſtũ Ieſum dñm noſtrum intelligi-
mus, q̃ eſt verbũ patris ęterni, q̃d de corde pater
no profluxit. Qui idcirco verbũ Dei dicit, quia
per ipſum ſuã nobis Deus voluntatẽ innotefcit.
Et Deus erat verbũ. Hic manifeſte intelligimꝰ
Chriſtũ Ieſum verꝝ eſſe Deũ, cuius diuinitas hu
manitati ſeſe vniuit. Diuinitatẽ itaq̃ in humani
tate adoramus, atq̃ petẽtes credimus, q̃ per me
rita humanitatis ſuæ (p̃ quã nos ab æterna mor
te redemit) libẽter nos exaudiet. Et notandũ, q̃
alij Euãgeliſtæ dñi noſtri Ieſu Chri temporalem
natiuitatẽ clare ſatis deſcripſerũt. Hic vero S. Io
annes Euãgeliſta ipſum ſecundũ deitatẽ ſuã an-
te oĩa ſecula fuiſſe denũciat, dũ ait: In principio
erat verbũ. Quo nimirꝝ verbo Chriſtũ Dei filiũ
ſignificat. Ipſe em̃ ante oĩa tẽpora, priusq̃ mũdus
fierẽt, aut formaretur terra & orbis, ſiue creatu-
ra q̃cunq̃ alia, in patre fuit, vnũq̃ cũ ipſo in eadẽ
natura ſecundum deitatem exiſtens, oĩa cũ ipſo
& ſpũ ſancto ſuo creauit ac fecit. Ipſum inſuper
verꝝ eſſe Deũ S. Ioannes aperte declarat, dũ ait:
Et verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ.
Hoc erat in principio apud Deũ. Oĩa per ipſum
facta ſunt. Patris nanq̃ potẽtia per filij ſui, qui
verbum eius eſt, ſapientiam, & vtriuſq̃ amorẽ,
qui ſpiritus eorum eſt, cœlum & terrã, & omnia
quæ in eis ſunt, cõdidit. [Et ſine ipſo factum eſt
nihil,] Pater nanq̃, & filius & ſpiritus ſanctus
vnus ſunt Deus, & ideo nihil vnus ſine alio o-
peratur, ſicut nec memoria aliquid ſine volunta
te cogitat & intellectu, per quæ Dei ſimilitudi-
nẽ habemus, in quibus eſt Dei imago, quæ eſt

ſpiritus

ſpūs noſter, ſuprema videlicet pars animæ noſtræ, quæ ex Deo emanauit, & in ipſo permanet, & ad ipſum continue anhelat. [Quod factū eſt, in ipſo vita erat,] Omnia enim (ſicut iam dictū eſt) per bonitatem, potentiam & ſapientiam ſuam creauit. Et hæc in ipſo vita erant, id eſt, in voluntate ipſius erant vt faceret ea, & in ſapientiſſimo intellectu ipſius ideata erant, qualia eſſe deberent, antequam fiebant: & in memoria & amore ipſius erant, priuſquam ea plaſmaret. Omnium nanque formator eſt Dei filius, qui eſt verbū patris, per q̄d vnicum vnum verbum ſuum pater per ſpiritum ſanctum ſuū omnia creauit. Et quum facta eſſent omnia, vidit Deus quoniam erant bona valde, & delectabatur in eis. Cernebat nanque ſeipſum in eis, potentiam videlicet ſuam, qua ea conſeruabat: ſapientiam, qua ſuum cuique locum diſponebat: & bonitatem, quam eis fruendam exhibebat. Sic ergo Deus eſt ens entium, lux lucis, & vita vitæ. Sane arbores, herbæ & lapides, ſunt, viuunt, ſed non ſentiunt. Beſtiæ quoq; & volucres cœli & piſces maris, & quæcunq; vitam habent, ſunt, viuunt, & ſentiunt. Homo vero nobilis creatura, eſt, viuit, ſentit, & cum angelis intellectu rationali pollet. Et quidem Deus omnipotens vnamquamque creaturam ſuam exornauit donis ſuis. Terram videlicet floribus & herbis, arbores diuerſi generis fructibus: aues multicoloribus pennis: beſtiſs terram, & piſcibus mare donauit: quibus & pinnulas ad natandum tribuit. Homini vero diuinitatem ſuam largitus eſt, vt ipſe eum cognoſceret, cognitum diligeret, dilecto in perpetuū frueretur. Sed & omnia prædicta

dicta pro hominis vtilitate creauit. ¶Et vita e-
rat lux hominum,] Vita hæc Deus filius est, qui
est sapientia & lumen patris. Et lumen istud lux
hominum est, de qua anima viuit. Lux etenim
ista Deus ipse est in anima, qui & habitat in ea
in nuda essentia ipsius, in luce inaccessibili, quã
nemo nisi beatissima Trinitas ingredi potest.
¶Et lux in tenebris lucet,] Lux quippe diuina,
quæ est ipsemet Deus, in tenebris lucet, id est, in
ipsa nuda essentia, in ipsa vita, in ipsa mente,
per quam anima Deo simillima est. Cum ergo
anima huic sese luci coniungit, credens ipsam
Deum esse, sequiturq; & obseruat eam, tũc ipsa
in anima operatur, purgatq; omnes vires illius,
& primo eam gradui suo restituit. Quod sane
per seipsum nullo labore, nec quibuscunq; bo-
nis operibus obtinere quis potest, quãuis eaipsa
plurimum ad hoc hominem disponant. Abnega-
re vero seipsum homo debet, credendo firmiter
Deum intra se existere, qui & libenter ipsum ad
iuuare (si deprecatus eum fuerit) & libenter in
ipso operari velit, si locum ei tribuerit. Ista nam-
que fides animam viuificat, & ipsam in Deo, et
Deum in ipsa viuere, eamq; quã nihil ex sepo-
sit neq; præualeat, cognoscere facit. Vnde & se-
ipsam in fundum suum (in quo nil nisi defectus
& vitia inuenit) immergit atq; demittit, nequa
aliqua sibi ex his, quæ facit bona, ascribit. Iam
enim certissima fide credit Deum intra se exis-
tem, bona illa omnia operari. Et per hoc in ve-
ra spiritus paupertate perseuerans, quam nihil
sit attẽdit, secq; ipsam in diuinã essentiam, quam
intra se esse firmiter credit, proficit. Nihil quec-
se scire fatetur, quia totum hoc, quod de Deo no-
uit, ex-

uit, eidē aſcribit. In tali ergo annihilatione Deus a ſeipſo cognoſcitur, fruiturq; ſeipſo. Aīa vero totaliter abſq; forma efficitur, non quod eſſe creatū amittat, ſed quia in diuinā eſſentiā eſt trāſformata, & præ cognitione fit abſq; cognitione: quia latiſſimū illud & increatū bonum cognoſcit, quod comprehendere non poteſt, fit q; Deus in ea innominabilis: quia videlicet hic clare intelligit, q; omnia illa ſublimia nomina, & quicquid vsq; de Deo ſcriptum eſt, nequaquā Deum exprimere poſſint, nec eſſe ea ipſum, ſed Deum illa omnia longe tranſcendere. Vnde iam anima ipſa in diuinitatis admiratione ſuſpenditur. ¶ Et lux in tenebris lucet,] id eſt, lux increata creatā animæ eſſentiam irradiat, & omnes vires illius in eandem lucem, hoc eſt, in ſe tranſponit. Et hic ipſa abſque voluntate efficitur, cogitans, qualiter Deo eius duntaxat voluntatem ſequendo, gratum aliquid facere poſſit. Fit & abſque intellectu, quia ille diuina fit contemplatio. Memoria etiam illius ſapida ſciētia efficitur, per quam q; quid ſcriptura ſacra continet, addiſcit. Concupiſcibilis eius, diuina fit fruitio, quæ hic iam in ipſa inchoatur, & illic perenniter perſeuerat. Et hæc eſt prælibatio quædam ſiue præguſtus vitæ æternæ, quam quantum hic cognoſcimus, amamus & fruimur, tantum in futuro æternaliter habituri ſumus. Denique hic omnes vires animæ ſuo loco, id eſt, primæ ſuæ puritati, in qua conditæ fuerunt, per lucis illius irradiationem inactionemque reſtituuntur. Porro, ſi lux iſta, quæ profecto Deus ipſe eſt, in anima debeat operari, neceſſe eſt, vt ipſa fundum ſuum ab omni delectatione peccati mundum cuſtodiat. Et

quia proprijs viribus suis nullum malum vita
re potest, Deū omnipotentē cum humili suæ in
potentiæ agnitione continue rogabit, vt aptam
se facere dignetur ad gloriam suā, quatenus op
rari in ea valeat diuinum opus suum, ad quod
ipsam creare dignatus est, vt videlicet ipsum co
gnosceret, & amaret, ipsoq; frueretur: æternū
verbum suum, quod vnū cum ipso est, in clar
quadam diuina cognitiōe in ipsa producere po
sit. [Et tenebræ eam non comprehenderunt.]
Per tenebras, peccatores intelliguntur, qui dum
prauas delectationes suas sequuntur, in eis lu
diuinæ gratiæ nequaquam lucere potest. Sicut
enim sol iste visibilis radios suos ad ea loca, in
quibus impeditur, diffundere nequit: sic & De
us omnipotens in maleuolam animam & cor
pus subditum peccatis radiare nullatenus po
test. ¶ [Fuit homo missus a Deo, cui nomen era
Ioannes,] Baptista videlicet domini, qui ple
nus gratia Dei, & repletus spiritu sancto fuit a
vtero matris suæ. [Hic venit in testimonium,
vt testimonium perhiberet de lumine.] Hoc te
stimonium perhibebat Ioannes, quum dicent
Veniet fortior me post me, qui ante me facto
est: cuius non sum dignus soluere corrigiam ca
ceamentorum eius. [Vt omnes crederent per i
lum,] id est, per prædicationem ipsius. [Non e
rat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lu
mine.] Licet enim vltra omnes etiam domi
testimonio magnus esset Ioannes, in huius tam
comparatione lucis seipsum velut arundine
vento agitatam reputabat. [Erat lux vera, qu
illuminat omnem hominem venientem in hu
mundum.] Deus nanq; omnipotens, qui est
ipse

ista, omnem sine exceptione hominem illustrat. Omnes enim illius intra se imaginem habent: veruntamen non cum omnibus amicitias iungit. Illos enim duntaxat amicos suos reputat, qui vere fideles & Christiani homines existunt. [In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.] id est, mundani homines, qui in seculi voluptatibus viuūt, [In propria venit.] id est, in animam, quæ propria est habitatio ipsius. [Et sui eū non receperunt,] id est, Iudæi, qui electus erat populus ipsius: & Scribæ ac Pharisæi, qui religiosi videbantur, sed non erant. [Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] Omnibus enim siue Iudæis, siue gentibus qui eum receperunt, & in eum crediderunt, gratiam & potestatem dedit filios & hæredes Dei fieri. [Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Hi sunt præelecti filij Dei, quos Deus prędestinauit antequam fierent, qui ad ipsum per fidem, spem & charitatem conuertuntur. De quibus filijs ipsemet ait: Deliciæ meæ esse cum filijs hominū. De illis vero, qui a Deo sponte auersi, carnem & sanguinem & prauas voluptates suas sectantur, idem ipse dominus ait: Pœnitet me fecisse eos, videlicet propter æternum recessum eorum a me. Et: Quid mihi cum homine? Non manebit spiritus meus in homine in æternū, quoniam caro est. De alijs vero iterum ait: Misereor eorum, quoniam caro sunt. Et: In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te miserans, assumēdo videlicet pro te carnem & sanguinem. [Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis,]

Verbum istud Deus ipse est, qui cœlum fecit e terram, qui propter nos humanam naturam, co pus videlicet, animam, carnem & sanguinem a sumpsit, quo per sanctissimam humanitatē ho am reduceret nos ad deitatis suæ fruitionem. ¶Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vni geniti a patre, plenum gratiæ & veritatis.] Be ne dicere potuit sanctus Euangelista Ioannes, v disse se gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti a p tre, id est, cum quo per omnia vnum existit, s cut ipsemet ait: Data est mihi omnis potestas cœlo & in terra. Vnigenito siquidem omnia p tris bona omnesq; diuitiæ debentur, potestq bus voluerit, eas impartiri. Vnde & ipse liber tissime nobis impartiri vult regnum suum, ipsum sequi voluerimus. Plenum gratiæ. Dep nitudine enim gratiæ illius nos omnes gratiā a cepimus. Et veritatis. Quia nullum vnquā mu dacium repertum est in eo.

Qualiter ad exemplar gloriosæ virgin Deum in spiritu & veritate adorare d scemus. Cap. XX

TRibus modis gloriosa Dei genitrix De vnū et verum adorabat. Primo, in vera de per dilectionē operāte. Quæ etiā cogn tionē suam in tam profundā humilitatē deiec vt de secretis Dei nihil amplius, q̄ q̄d sibi reue batur, scire appeteret. Secūdo, seipsam eadem uelatione indignā iudicabat. Tertio, tā velox prōpta erat ad oēs Christianæ religionis cer monias & opera quamlibet simplicia, quasi nullis vnq̄ virtutibus seſe exercitasset. Nā et turalē scientiā suā adeo lumini sanctæ fidei sub cieba

ciebat, vireſq; ſuas adeo profunde humiliabat, vt neceſſario lumẽ fidei multo amplius, q̃ creatũ lumẽ in ea luceret. Et hinc facile colligi poteſt, cũ quãta fidei plenitudine vnicũ Deum ſuũ adorabat. Quẽ nihilo minus ſecundo etiã cũ ſpe firmiſſima & vera adorabat, vtpote q̃ nunq̃ de diuina ipſius bonitate diffidebat. Magis aũt in omnibus, q̃ ipſum rogabat, quod optimũ foret, ipſum facturũ confidebat. Ideoq; & oẽm orationẽ ſuã diuinæ bonitati ipſius cõmendabat, quatenus ipſe eã iuxta gratiſſimũ, & ſibi honorificẽtiſſimũ beneplacitũ ſuũ dirigeret, ad hoc ipſum totaliter perfecta ac humili reſignatiõe oẽm voluntatẽ ſuam reſignãs. Sed & in hoc apparet cũ quãta ſpei magnitudine vnicũ Deũ ſuum adorabat. Quia cũ pro ſolo pane q̃tidiano cœleſti patri ſuo ſupplicabat, in eo ipſo ſimul oẽs curas ſuas, & qcquid agere vel dimittere debuiſſet, tota ſpe et fiducia eidẽ cõmendabat. Deniq; tertio cũ perfectiſſimo amore ipſum adorabat: quippe q̃ nullius vnq̃ exterioris creaturæ dilectione tenebatur. Vnde nec vllã aliq̃ cuiuſcunq; imaginis incidentiã in corde ſuo patiebatur, vñ amor eius erga Deũ imminueretur. Porro, indepictum ac purũ quendã amorem cum Deo habebat, per quem oĩa in ipſo quodã æterno ac increato amore diligebat. Sed & omnes vires ſuas in interiorem fundũ ſuũ (in quo diuinitatis imago latet) introuertebat, & in interiori animæ ſuæ templo morabatur, conuertens in ipſum oẽs vires ſuas, inibiq; adorãs vnicũ filium ſuũ in ſpũ & veritate. Quæ nihilo minus agnoſcens, quam nõ poſſet eum digne ac perfecte laudare, rogabat eũ, quatenus ſeipſum in ipſa laudare dignaretur.

Ideoq; verissimum est, nunquam cor illius extra Deū sese extrouertisse: qppe cuius fundus ac interiora tā deiformia erāt, ꝙ si quis cor eius inspicere potuisset, Deū ipsum in omni claritate sua Deiq; filiū ab ipso genitū & procedentē ab vtroq; spūm sanctū inibi essentialiter contēplatus fuisset. ¶ De qua gloriosa virgine etiā hoc sciendū est, ꝙd nunq; verbū aliquod proferebat, nisi prius seipsam intrans, tria hæc p̄cogitaret. Primo, an loquutio eius necessaria foret. Secūdo, an sine scandalo loqui posset. Tertio, an ad gloriam Dei loquutio sua pertineret. Quibus simul præcogitatis, cum omni humilitate loqui incipiebat: & in ipsa loquutione tria diligētissime obseruabat. Primo, quod semper mansuete loquebatur, nec vllum vnq; asperum verbum proferebat. Secundo, amorosum in loquendo vultū gestuq; præferebat. Tertio, breuissime semper omnem loquutionem suam absoluebat, non vel ista respondēdo, & oēm prorsus ociosum ac superfluū sermonē deuitādo. ¶ In qua etiā hoc notandū est, ꝙ nunq; in oratione sua Deū noiabat, quin nomen ipsius cū magna gratitudine in oībus, q̄ ei accidebāt, benediceret ac honoraret: nec ipm aliqū nominare p̄sumpsit, nisi tria in sese habēret. Primo, timorem filialem: secundo, profundam humilitatē, qua se ineffabilem Deū nominare indignam iudicabat. Tertio, diligentē reuerentiā. Deniq; cum his tribus in spū in seipsa ad honorabiles pedes dñi procidebat, q̄ties nomen illius in oratione proferre debuisset: & tunc cum multo timore filiali, & ingenti humilitate sanctissimum nomen summi Dei proferebat.

Qualiter virgo gloriosa in oratione sese habuerit.

buerit, & ad eam seſe præparauerit.

Cap. XXI.

INtemerata quoq; Dei genitrix, tria ante orationem, & tria in oratione sua obseruabat. ¶Primo nanq; ante orationē suam, totum animū suum ab omnibus exterioribus formis & imaginibus introrsum trahebat, & totaliter recollecta stabat. Secundo, q̄ magnus, quamq; sublimis esset dñs, quem adoratura erat, præcogitabat. Tertio, suiipsius nihileitatē, & vt sibi videbatur, inutilitatē attendebat. Quibus præmissis, cū profunda humilitate ad pedes dñi seſe prosternebat, & primo per modū abiectionis in vera humilitate, secundo, cum sedulo ac ardenti desiderio, & tertio, cum vera cordis sui resignatione (non vt quidam, qui vt eos exaudiat, Deum quasi compellere volunt) orationem suam effundebat, eandēq; iam completam abyssali diuinæ bonitati commendabat, vt videlicet nō sua, sed eius acceptissima voluntas in omnibus compleretur. ¶Deinde a matutinis vsq; ad primam sanctissimis cogitationibus modo sublimiori, quo vnquam creatura aliqua potuit, vacabat, contemplando primo omnipotentiam & magnitudinem summi Dei, quas ipsa supra omnes etiam angelicos spiritus agnoscebat: & e regione suiipsius paruitatem cum humilitate profunda. Secundo, abyssalem iustitiam Dei, in sapientia sua, & quam ignota & abscondita sit omni creaturæ. Tertio, abyssalem bonitatem Dei, quomodo videlicet ipsa in creaturas seſe diffuderit, quodq; tam largum profluuium totius boni, ac omnis gratiæ sit origo. Quarto, superdulcissimā Dei suauitatē, in cuius contēplatione tāta dulce

dine replebatur, vt nisi gratia eam spiritus sancti confortasset, deificatum cor ipsius prę nimia dulcedine resolutum fuisset. Quinto, lachrymosis oculis humilitatem filij sui, quantum videlicet altissima illa maiestas sese depressérat, omnium cp pœnarum ac tribulationum asperitatem subierat, vsqueadeo sese deprimendo, vt amplius deprimere se non posset. Sexto, amarissimam filij sui passionem, quanta videlicet & quã multiplex illa fuisset, eamque tribus modis recogitabat. Primo, cum intima compassione: quippe cuius cor & virgineam animam meditatio illa velut gladius pertransibat, in tantum vt prę omnibus martyribus beata ipsa virgo martyrij aureola coronata sit in cœlis. Secundo, cum viua quadam imitatione. Recogitans nanque qualiter filius ipsius in omni contemptu ac pœnalitate vixerat, vt ei conformis esset, totam vitam suam ad sui depressionem et compassionem ordinabat, in tantum vt nunquam absque passione foret: in qua tamen perferẽda adeo resignata erat, vt Deũ pro illius abbreuiatione nunquam rogaret, sed potius omnem pœnam ita ferebat, vt propositum haberet, semper in pœnis existere, si Deo sic placuisset. Tertio, considerabat, quam patienter absque murmure & oris aperitione, sine omni vindicta, cum tãto desiderio, amore & pace animæ suæ idem filius eius totam passionem suam pertulerat. Hæc (inquam) omnia præclarissima virgo recogitans, iuxta eam omnem passionem suam ordinabat, ita vt & ipsa eandem iuxta hunc modum sine omni murmure, cum subiecta voluntate, absque vlla vindicta, concordi amore & magna pace animæ

ſuæ perferret. ¶ Ad Primam autem ad eccleſiam properabat, non quidem in turbarum medio ſiue populi frequẽtia, ſed ſeorſum in angulo quodam ibi exiſtens. Quæ etiã in via nuſquam moras trahebat, ſed feſtinanter cum ſubmiſſo capite & oculis gradiebatur. Porro, in tẽplo ad prandium vſque cum extenſo ad æternitatem animo perſeuerabat, meditans ibidem præcepta & conſilia filij ſui. Cor autem ipſius in contemplando ſupra omnem rationem conſtituebatur, & in omnibus viribus ſuis illuminabatur. Etenim memoria ipſius in quodam ſimplici lumine conſiſtebat, eleuata ſupra omnes ſenſuales incidentias, poſita & ſtabilita in ſpiritus vnitate. Intellectus eius claritate perfundebatur, in qua omnes virtutes, omnes exercitiorum modos & abdita ſcripturarum diſtincte intelligebat, agnoſcebatque. Denique voluntas eius cum toto corde in tranquillo amore in quendam omnis creaturei-tatis exceſſum mergebatur. Atque tali modo diuinas inſpirationes velut in ſilẽtio quodam percipiebat, eiusque ſpiritus ſupereſſentiali fonte illo vltra omnia in Deo perfluebatur ac perfundebatur: ſicque ſeipſum per quendam amoris amplexum in vaſta illa ſolitudine amittebat, & cũ diuinitate ſine medio vniebat, quatenus vnum cum ſpiritu diuino exiſteret. Et hæc ipſa vnio, alia dona omnia, & omnem creatam gratiam & lucem excedebat.

De vera contemplatione. Cap. XXII.

PORro, vt exemplo tantę virginis ad veram contemplationem perueniamus, tria nobis omnino neceſſaria ſunt: Primum eſt, vt ſimus bene in omnibus ordinati intus exteriusq;, et tam expediti ac nudi ab omni externo opere, quaſi nunquam illud intuiti eſſemus. Non enim æternam lucem contemplari poterit, qui interius depictus, aut ſponte alienis eſt occupatus. Secundum eſt, vt a nouo cum intentionis & amoris applicatione Deo noſtro inſtar tædæ alicuius ardentis (quam nihil in tempore valeat extinguere) adhæreamus. Tertium eſt, quod noſipſos in quadam caligine (in qua omnes contemplatiui homines ſeipſos feliciter amiſerũt) amittere debemus, ita vt noſipſos per modum creaturæ nunquam in abyſſo caliginis illius inuenire poſſimus. In qua nimirum caligine noſtri ſpiritus amor ſibiipſi mortuus eſt, & diuina manifeſtatio ac vita æterna inchoatur. Hanc caliginem Moyſes intrare cogebatur, antequam Deus ei ſe manifeſte exhiberet: ſed & a populo & a fratre ſuo Aaron famulisque ſuis ſecedere, & quandam caliginem in ipſo montis vertice ipm ingredi oportebat, vbi nimirum Deum facie ad faciem contemplabatur. ¶ Et quia tria hæc perfectiſſime in glorioſa virgine erant, ideo & cõtemplatio ipſius, quam alicuius vnquam purę creaturæ clarior ac ſublimior fuit. Denique in tali ſua deuotione & contemplatione caliginoſa conſtituta, nihil ibi aliud, quam ſimplicem quandam lucem contemplabatur, in qua claritatem illam (quæ Deus ipſe eſt) & creata omnia ſine diſtinctione ſimplici q̃dã intuitu, lumẽ videlicet in lumine aſpiciebat. Atq; hæc æternæ lucis reuela-

tio

tio renouabat sine cessatione in ipsa in intimo fundi sui, in suprema nobilitate spūs sui, & cōtinue cū ineffabili delectatiōe pdurabat. Sētiebat nāq; in isto dulcissima virgo quendā excessum, in futurā beatitudinē, & Deū hic cū quodā ęterno ac inseparabili amore diligebat. Porro, oīa creata dona, & oēm creaturcitatē, oia q̄q; creaturalia opa & exercitia, hic infra sub isto modo contēplationis subsistere oportebat: Ideoq; hic a diuina claritate trāsformabat supra oēs imagines, & oēm rationē. Siquidē ea oīa hic cedere & euanescere oportebat. Ipsa vero vnū cū ipso lumine effecta, æternam imaginem suam hic insequebat. ¶Sed o Deus bone, quā absconditus est modus iste a nobis, quā cæci sumus ad dicendū, vel cogitandū aliqd de eo. Verūtamen, quis explicare verbis possit, quantas glorioſa virgo tā sublimiter supra oēm locū, & tēpus eleuata, a Deo secretor; reuelatiōes acceperit, quanta ve delectatione repleta fuerit, videndo æternam illam lucidissimam claritatem, rerumq; omnium ideas, quæ ab æterno in Deo cognitæ sunt? Sane si omnis pax & delectatio vnquam in hoc seculo perceptę simul conflatæ forent, in comparatione minimę pacis illius, quā dignissima Dei mater in tali modo sentiebat, reuera non nisi verissima amaritudo comprobarentur. Etenim abyssalis illa essentia, adeo fundum & interiora, cunctasq; vires ipsius perfluebat, q̄ nisi virtus eam spiritus sancti (qui est ipse Deus) corroborasset, cor ipsius resolui oportuisset. Insuper reuerendissima virgo ista quendam supra omnes homines ornatum habebat. Quamlibet enim alte rapiebatur, non tamen idcirco minus

alia

alia considerabat, nec se in exteriori homine eo minus obseruabat. Ornatum autem istum inde habebat, quia nullam originalis peccati maculam contraxerat. Denique, in tali abstractione cultui diuino in templo cum magna diligentia ac deuotione, idque in triplici modo, intererat. Primo nanque præsens illic cum magna humilitate cordis & exterioris habitus sui, ac honesto apparatu aderat. Secūdo, cum tāta reuerētia tantaque diligentia, vt nec semel respiceret, nec vllum saltem verbum cum aliquo loqui consentiret, sed diuinæ semper veneration intenderet. Tertio, cum tanto desiderio ac seriositate, vt nullum in diuino cultu & obsequio tædium vel minimum pateretur, sed ei interesse præ omnibus quæ in mundo sunt, delectabile ac desiderabile sibi erat.

De amicorum Dei contemplatione. Cap. XXIII.

NOtandum vero, quod sex sunt in quibus homines contemplatiui in sua se meditatione exercent. Primo nanque creaturarū ornatum ac pulchritudinem considerant, attendentes qualiter altissimus Deus in eis relucens, per earum decorem nobis velut annuat insinuetque, vt ipsum amare & laudare debeamus quippe qui propter nos omnia creauit ac fecit. Vnde sanctus asserit Augustinus: Cœlum & terra & omnia quæ in eis sunt, ecce vndique mihi dicunt vt te o Deus meus amem: nec cessant dicere omnibus, vt sint inexcusabiles. Secundo, meditantur, quam ordinate æterna sapientia cuncta disposuit ac considerauit. Vnde Anselmus: Quic-

Quicquid (inquit) cum vera discretione melius tibi esse, quam non esse videtur, scito hoc Deum fecisse tanquam ordinatorem optimi cuiusque, & omnis boni. Tertio, ex gemina rerum spiritualium consideratione animum suum ad inuisibilium contemplationem sustollunt. Ista nanque exterioris ornatus pulchritudo, & dispositio creaturarum excitat & admonet eos ad recogitandum, quam pulcher ac sapiens sit dominus, horum omnium causa & origo. Dimissis itaque temporalibus, ad inuisibilia cogitanda accinguntur. De quo beatissimus papa Gregorius: Si (inquit) ad inuisibilium noticiam peruenire velimus, cuncta visibilia transcendere debemus. Nã & de sancto Dauid propheta regio legitur: quod cum in hortum suum intraret, & liliorum ac rosarum aliarumque suauefragrantium herbarum pulchritudinem intueretur, sæpius inde Deum laudans, spiritum sanctum recipiebat. Quare hoc? nisi quia vir sanctus a visibilibus ad inuisibilia animum suum transferebatur? Quarto, mentem suam ad intellectualium considerationem dirigunt, quæ ratione comprehendi possunt, & non sensibilia existunt. Quod fit, cum intellectus sursum aspiciendo cœlestes angelorum choros, aliaq; similia meditatur. Quinto, ea quæ omnem superant intellectum, ipsam videlicet abyssalem diuinam iustitiam, arcana scripturarum & inspirationes diuinas meditantur. Sexto, interiorem animum suum illis rebus cogitandis applicant, quę supra omnem discretionem existunt, vt est supersanctissima Trinitas, & virginalis intemeratæ Dei genitricis partus. Hæc itaque sunt sex illa, per quæ Dei amici in san-

in sancta meditatione sua ascendunt: per quæ ni-
mirum cum omnibus sanctis comprehendun-
quæ sit longitudo, sublimitas, profundum & la-
titudo, prout Apostolus docet. Quibus & nos-
ipsos libenter applicare debemus, vt in comm-
ni amicorum Dei cœtu inueniamur. ¶Etenim
prehendere debemus, primo sublimitatẽ Dei,
est, velle p amorẽ & intentionẽ summo Deo
hærere, & mente nostra in quandã supereſſen-
alitatem excedere, & cuncta sensibilia transce-
dere. Secundo, profundum Dei, id est, cũ magn-
humilitate diuinã abyssalitatem cõtueri, ad
star virginis gloriosæ, q̃ bona oĩa sibi a Deo
lata silentio tegẽs, de abyssali humilitate sua
quebatur. Tertio, latitudinem Dei, quomodo
delicet ipse per charitatem ad omnia se extẽd
Et hanc latitudinem cum expedita ac ampla
te sequi, & nosipsos in eius præsentia obiun
debemus. Etenim in hoc ipso supereſſentialem
datur, quod videlicet mentem nostram supra
mnes formas in Deũ eleuamus, transferimus
Quarto, longitudinem Dei, id est, æternitatem
quæ tranquilla & incõmutabilis existit, ad q
nos stabili ac incommutabili mente suspẽde
atq; hoc pacto cum perfectis Dei amicis quem
bet diem festum sanctis cogitationibus & deu
tis exercitijs transigere conabimur.

Explanatio dignissimi nominis gloriosæ virginis Mariæ, & de sanctitate ipsius. Cap. XXIIII.

PRima litera dignissimi nominis beatę M-
riæ est M. quæ in sese trinam vnitatem cõ
plectitur, & tres vires superiores eiusdem
beat-

beatæ Mariæ designat, quibus ipsa Deo simillima, & vnus cum ipso spiritus erat. Quæ & agebatur ab ipso, & seipsam tanquam viuum instrumentum exhibebat, quo Deus omnipotẽs acceptissimam voluntatem suam perficere posset. A vero ipsam pauperem spiritu fuisse designat. Quippe q̃ seipsam cum quadã suiipsius annihilatione Deo continue offerebat absque desiderio, absque voluntate, & absq; opere effecta, sicut erat quando creata adhuc minime fuit. Et per hæc introitum in spiritum, animã & corpus suum dño pandebat. R puritatem spiritus ipsius designat. Quippe quæ nunquam per delectationem alicui dono Dei inhærebat, nec ipso pro spiritus sui voluptate vtebatur. Puritatem quoque animæ designat ipsius, quia videlicet nulli vnq̃ creaturę afficiebatur, sed omnibus exornata virtutibus erat. Denique & puritatem cordis et corporis innuit ipsius: quæ tanta erat, vt nunquam alicui peccato afficeretur. Et per hæc instar niuis candida, & angelicis spiritibus similis erat, ipsa diuinitate perlustrata. Et quamuis pulcherrima esset, nemo tamen vnquam libidinoso affectu eam intueri potuit. I deuotam & internam eam spiritu fuisse significat. Cuius nimirum dulcissimæ aspirationes immobilem & excelsum diuinitatis montem commouebant, adeo vt venæ supersanctissimæ Trinitatis suauiter scaturientes in ipsam amorose profluerent. Deuotam quoque animam signat, cuius omnes vires in laudibus omnipotentis Dei iugiter erectæ erant. Insuper & corde deuotam designat, quod tam suauiter ac large apertum erat, vt instar suaueolentis rosæ odorem ex se gratissi-

tissimum præberet,& cum ignitis desiderijs incomprehensibilem & omnia penetrantem diuinitatis abyssum penetraret. In quo rite dilectum suum inueniens,cum suauissimo odore suo intima voluptate potentiæ eius virtutem transfixit, & indicibili pulchritudine sua æternam sapientiam vulnerauit. Vnde & sempiterna deitas amore ipsius velut ebria effecta cum omni voluptate sua in ipsam tota promanare gestiebat, eique super omnes diuitias suas potestatem tribuit. Et sic ipsa vitale ex ipso nutrimentum hauriens,deinceps non sibi,sed ei qui est viuentium omnium vita,viuebat. Denique postremum A. alpha & O. principium & finem designat. Oũnanque agere vel dimittere ipsius diuina intentio possidebat,& Deus omnium ipsius virginis actuum principiũ & finis erat: quippe quæ semper Deo vnita nunquam vel ad momentum ab ipsius præsentia recedebat. Et ob hoc nulla vnquã creatura imaginẽ vel accessum in ipsam habebat, sed omnia cum angelis in Deo simpliciter intuebatur: quem etiam totaliter ac nude inuenit in fundo suo,in essentia animæ suæ,in intimo spiritus sui. Ideoque nec extrouersa aliquãdo fuit cum viribus suis ad sublimitatem vel multiplicitatem aliquam,sed semper manfit introuersa simpliciter extra seipsam in Deum,qui & ipse vicissim erat in ea. Et inibi & nobilitatem & fontem diuinitatis experiebatur,suumq; intra seipsam principium agnoscebat. Atq; hoc pacto omnium perfectissima erat,vtpote quę in suum principium iugiter tendebat. Ideoq; & aptissime Maria dicitur: Quia nimirum tota vnita,pauper,pura, intima, & deifica fuit, & plus

cœ

cœlestis, quam terrestris creatura: quippe quæ & ipsa cœlum erat in spiritu suo, & cœlum cœli vsque in seipsam inclinabat. Paradisus etiam in anima sua, ita nimirum diuinitatis claritate perlustrata, sicut ipse in paradiso protoplastus, nec vllum in se medium inter Deum et seipsam habens.

Qualiter nouē angelorum ordinibus cincta erat beatissima virgo Maria.

DEnique, cum Seraphin in suis cogitationibus ardebat, plena diuino amore. Cum Cherubin plena erat cognitione, in intellectu suo in speculo diuino. Cum Thronis sedes in qua Deus ipse quiescebat, vnita per voluntatem perfectissime Deo suo. Cum Dominationibus perpetua pro nobis interpellatrix. Cū Principatibus mundi victrix. Cum Potestatibus dęmonum refrenatrix. Cum Virtutibus ordinata semper & discreta in obsequio suo. Cum archāgelis duplicis nunciī baiula, quippe quæ nobis Deum ipsum genuit, æternam nobis omnibus pacem annunciantem. Cum angelis demum ancilla humilis, in quorum etiam medio continue versabatur.

De prima natiuitate in spiritu Mariæ. Cap. XXV.

POrro, vt de tanta virgine amplius aliquid dicamus, sciendum est triplicem in ea natiuitatem extitisse. Prima natiuitas est, in qua Deus nascebatur in spiritu ipsius. Siquidem per puritatem suam mirum in modū placebat Deo. Per amorem vero compellebat eundem, vt se

demitteret in fundum animæ suæ, in silentem ac nudam illam libertatem, in qua medium silentium consistit. Vbi & ipsam in sese vniens verbū suum arcanum cum ipsa loquebatur, et vnicum filium suum in ipsius spiritu cum ineffabili gaudio & amore gignebat. Et hæc est æterna in gloriosa virgine natiuitas, & nox tenebrosa, in spiritu videlicet, vbi intellectus caligat & obfuscatur. Vbi nanque lux increata oritur, ibi lux aliqua creata durare non potest. Nox etenim in diem conuertitur, id est, lux animæ creata in æternitatis lucem commutatur. Ipsa denique spiritum suum in increatam diuinitatis essentiam offerebat, & anima eius in profundam sese humilitatem demittebat.

De secunda natiuitate in anima Mariæ.

DEnique per ista suaue illud amoris profluuium, & æternæ sapientiæ lumē deorsum in animam suam inclinabat. Et iam pater luminum cōtinere se non poterat, quin vnicum filium suum in anima ipsius gigneret: ideoque & ipsam totaliter in se transformabat. Ipse vero spiritus sanctus cordis eius sanguinem ad humanæ assumptionem naturæ disponebat: & pater cœlestis ipsius in spiritu consensum expectebat, desiderās vt suus in ea filius humanæ naturæ conditionē acciperet, qui per operatiōem sancti spiritus ex ipsa nasci volebat. Ipsa vero ad tantam dignationem præ humili verecundia obstupuit, & cum amorosa & anxia aspiratione respondit: Plane tanta me gratia indignam agnosco, sed vtinam vel ancilla tantæ matris esse valeam.

valeam. Sed ipse eam matrem esse volebat. Quod illa intelligens, adhuc profundius in sui ipsius annihilationem sese demittebat. Iam vero omnino concludebatur, quod ita fieri oporteret, quodque Deus diutius expectare non vellet. Et ecce salutauit eam supersanctissima Trinitas, cum supersplendente lumine, & perfluente charitate, & omnia eius interiora amoris iaculo tam valide transfigebat, vt iam amorose consensum daret. ¶ Et eodem momento sanctus ei Gabriel archangelus assistens, eamque in spiritu inueniens, dulciter salutauit, & dixit: Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Quæ cum audisset, turbata est, ex profundissima humilitate sua, in salutatione eiusmodi, quæ nunquam alias audita fuit. Turbata etiam est, quia nimirum tota ad altissima ac diuina illa mysteria intracta erat. Pater nanq; totaliter eam abintra perfluebat, & omnia eius ossa, ossiumque medullas implebat ac perlustrabat. Spiritus sanctus dulcem in eius intimis cõmotionem, & amorosam in eius sanguine mutationem causabat, cunctasque venas illius dulciter ac amorose aperiri faciebat: quarum omnis sanguis ad cor tam ignito amoris incendio succensum vigorose properabat. De quo sanguine cordis ipsius idem spiritus sanctus tres purissimas mundissimasque guttas accipiens, aptissimum inde corpusculum formabat, mensura quidem exiguum, sed membris suis omnibus absolutum atque perfectum. Sed & ipse lucis æternæ radius, verbum videlicet patris, iugiter in eius intimis existens, cum ma-

gno desiderio consensum illius præstolabatur, vt ex ipsa naturam humanam assumeret. Quod etiam mirum in modum ex virginea ipsius voce sauciabatur, & ineffabilem in eius suauissimis verbis, quæ tam humiliter proferebat, delectationem habebat. ¶Denique & angelus ad ipsam: Ecce, ait, concipies & paries filium, & filius altissimi vocabitur. Et ipsa: Quomodo (inquit) fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Intelligens itaque virgo prudentissima integram sibi virginitatem permansuram, seque a spiritu sancto per altissimi protectionem fœcundandam, tota mentis deuotione consentiens, in hæc verba prorupit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Emisit itaq; verbum humile & transitorium, & traxit in se verbum sempiternum. Etenim verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

De temporali & tertia natiuitate in Mariæ corpore.

ALti luminis illustrata luce fit porta Christi peruia, referta plena gratia, transitque rex & permanet, clausa vt fuit per secula. Tanquam vellus Gedeonis, in quod rore descendente, terra mansit arida. Per quod virgineæ caro puritatis accipitur Mariæ, quæ licet conciperet & pareret filium, labem tamen non sensit vllam. Ideoque & aptissima erat esse patris filia, filij mater, sponsa spiritus sancti, & sacrarium templumque summi Dei, in cuius virgineo corpore velut spōsus in thalamo dulciter quies-

quiescebat, tantumq; delectabatur sub eius castissimo corde gestari, quantum in aliquo palatio florum omnium ac herbarum suauefragrantium odore respersо commorari: quippe quam omni virtute & gratia plenam archangelus prædicabat. Species nanque odoriferarum virtutum illius beatissimæ Trinitatis cœlos mellifluos fecerunt, & cœlum terramque fœcunditate impleuerunt. Ipsa est aurora rutilans, quæ totum mundum illustrauit. Quia nimirum nude introuersa in fundum ac nudam animæ essentiam, (quam lux increata inhabitat) ibidem clarius cognoscebat, qualiter Deus omnipotens omnem rationalem creaturam ad suam fecit imaginem, in eo videlicet, quod spiritus sunt, sicut & ipse spiritus est: & ad suam similitudinem, per operationem scilicet trium virium superiorum, quæ suam in spiritu originem habent, & ex ipsa essentiæ vnitate promanant: quodq; Deus seipsum in animæ imagine vniuit. Vnde & ipsa anima suam in illo habet originē, applicata et inclinata ad ipsum vti radij solares ad solem. Quod qui experiri voluerit, ab omnibus sese creatis rebus auertat, & cunctis animæ viribus vnitis sese introuertat, atque extra seipsum in Deum transeat, in intimo videlicet spiritus sui, vbi Deum sentiet, et omne bonum vitamq; inueniet sempiternam. Etenim & gloriosa virgo istud faciebat. Sese nanque introuertens, in Deum transibat, sicut & ipse in eam, qui & ex virgineo corpore ipsius nasci volebat: sicque nobis solem iustitiæ produxit, auferens a nobis Euæ maledictionem, & benedictionem recuperans: vnde & angelus eam plenam gratia dicebat.

¶Aue rosa sine spinis, tu quam pater in diui-
nis, maiestate sublimauit, & ab omni væ ser-
uauit.
Maria stella dicta maris, tu a nato illustraris, lu-
ce clara deitatis, qua præfulges cunctis datis.
Gratia plenam te perfecit spiritus sanctus, dum
te fecit, vas diuinæ bonitatis, & totius pietatis.
Dominus tecum miro pacto, verbo in te car-
ne facto, opere trini cõditoris, o quam dulce va-
amoris.
Benedicta tu in mulieribus, hoc testatur omnis
tribus, cœli dicunt te beatam, super omnes exal-
tatam.
Et benedictus fructus ventris tui, quo nos sem-
per dona frui, per prægustum hic internum, &
post mortem in æternum.
Iesus Christus splendor patris, Deus summæ ma-
iestatis, qui nos amans nos creauit, sanguineque
suo lauit.
Per sua merita & tuam intercessionem hoc de-
tur nobis, o clemens, o pia, o dulcis virgo Ma-
ria.

Qualiter nomen Mariæ in nobis spiritali-
ter habere, & cum Deo in triplici nati-
uitate vniri debeamus. Cap. XXVI.

NVNC igitur o anima mea si vnquam
internæ ac virtuosę vitę gratiam adipis-
ci, & tuum intra te principium sentire va-
les, attẽde & imitare perfectissimam exemplar,
& lucidissimum speculũ virginis gloriosæ, con-
siderans qualiter ipsa sese intus exterius ꝙ habe-
re cõsueuit; & magnũ inde suffragiũ tam in spi-
ritu

ritu,q̃ in natura cõsequeris. Quod si et mysticam quinq; nominis ipsius literarum significationem intra te sentire desideras, segregare prorsus ab omni creatura, fisq; introuersa, & extra teipsam transi in Deum tuum, in intimo spiritus tui, vbi tres vires superiores vnum sunt, quem ipse Deus inhabitat, cum quo inibi vnus spiritus efficeris, agerisque ab ipso, qui est originalis fons, & dulcis puteus aquarum viuentium, memoriam fœcundans, intellectum illuminans, & voluntatem in suo amore inflammans & inebrians: quique est nutrimentum spiritus, vita animæ, & corporis conseruatio sustentatioque. Quod nimirum M. litera significat, quę superius clausa imaginem Dei (per quã anima vnus cũ Deo spiritus existit) designat. Tres vero in ipsa distinctæ lineæ, summæ Trinitatis similitudinem signant, secundum quam anima ab ipsa agitur. Porro, A. litera pauperes nos esse spiritu debere insinuat, atque nosipsos continue Deo offerre: quatenus ita nobis vti possit creatis, sicut poterat increatis: & in ipso annihilari, & absq; voluntate, absque desiderio, absq; opere effici. Per quod accessus iam patet omnipotenti Deo in spiritum, animam & cor nostrum, ita vt absque impedimento nobilissimum opus suum in nobis operari possit, in supremis quidem viribus supereſſentiale ac deificũ, in infimis vero morale virtutum opus. R. vero litera mundos, siue puros nos esse spiritu debere significat, vt videlicet donis Dei non pro nostra delectatione, sed pro Dei honore vtamur. Mũdos etiã aĩa signat oportere nos esse ab omni macula peccati. Mundos item & corde & corpore ab omni vitiosa affectiõe. I. litera

deuotos nos esse debere insinuat, ita vt mentem nostram & omnes animæ vires atq; cor ipsum ad Deum erecta, ipsiq; vnita habeamus. A postremum, omnipotentem Deum principium ac finē omnium operū nostrorum esse debere significat: q; etiā nosipsi deiformē semp in oīi actione nostra intentionem habere debeamus, quatenus eam, q̄ subditur, triplicem in nobis natiuitatē sentire possimus: ad quod sane requritur, vt nudi, liberi et abstracti simus, vtq; vires omnes animæ locis suis sint restitutæ, & voluntas, desiderium & intentio nostra Deo in omnibus obediant, quatenus cum eis valeat operari. Et tunc homo intra seipsum supra omnes vires in vastam diuinitatis solitudinem trahitur, & spiritus profunde nimis in diuinam vnionem immergitur: totaque hominis essentia, diuina essentia perfunditur. Et tunc æterna in spiritu nostro natiuitas agitur.

Diuina vt in spiritu nostro contingat natiuitas. Cap. XXVII.

DEniq; ad hunc fundum purissimū diuinæ esse maiestas inclinat, et per potentiam suam seipsum Deus in immensa claritate cognoscit, & præ diuitiarum supereffluentia, verbum suum æternum in isto nobilissimo fundo eloquitur: spiritumque diuini solis claritate sic penetrat, vt omnes inde vires diuinam inactionem sustineant, & intellectus ab increata luce obfuscetur. Et hæc est diuina natiuitas, quam prima illa missa designat, quæ in nocte dominicæ natiuitatis celebratur, in qua canitur: Dominus dixit ad me, filius meus

meus es tu, ego hodie genui te. Quæ profecto natiuitas obscura, & incomprehensibilis est omni intellectui creato. Atq; ex hac sublimi & diuina natiuitate tantas in se diuitias, amabiles gratias, essentialem pacem, & libertatē sentit, vt nec totus mundus, nec infinita dæmonum multitudo his eum spoliare possint: quippe qui nihil horum nouerunt. Istum nanq; fundum nihil, præter solum Deum attingere potest, adeo vt nec ipsa anima quicquam ibi operetur cū viribus suis, sed hæ magis ex isto simplici essentiali fundo promanant: ideoq; nec quicquam (vt dictum est) hunc fundum attingere potest. Ipsa quidem anima cum viribus suis per sensus exteriores, imagines & formas abextra recipere & intrare potest, sed nulli prorsus imagini in hūc fundum accessus patet. Deus autem solus ingreditur, & in ipso sine omni imagine vel similitudine operatur. Anima itaq; sese introuertens, & in Deum transiens, absq; formis, absq; imaginibus, absq; fundo, & absq; modo efficitur. Denique sic spiritu in Deum transformato, cunctisq; viribus animæ liquefactis, & inferioribus viribus ab omnibus rebus externis mortuis, & ab multiplicitate abstractis, iam tunc altera in anima natiuitas agitur, prout in sequentibus declaratur.

Secunda vt in anima nostra contingat diuina natiuitas.

PAter nanque cœlestis vim animæ concupiscibilem trahit ad erigēdum sese intus ad Deum, & filius rationem illuminat, ad perspiciendum fundum suum, spiritus sanctus deni

que irascibilē inflāmat, ad dandū sese vigorose ad Deū. Et præ abundātia diuinæ gratiæ influit ipse Deus in aīam cū amabili quadā gratia, pur gatq; oīa interiora ipsius: arguit & reprehēdit eā de oībus, q̄ sibi displicēt in ea; inflāmat eā igne amoris sui, cor dulciter affici, & oēs interiores venas largissime aperiri facit, totumq; sanguinē & naturā hoīs in humanitatē, castitatē, patientiā, obedientiā, verecundiam, cæteraq; virtutes oēs (quibus Christus excellētissime refulsit) immutat: animāq; idoneā facit, vt æternæ sapiētiæ radius verbū patris æterni in ipsa valeat nasci. Quod anima sentiēs, nimiū sese exinaniens, in fundum humilitatis se demittit, cunctisq; gratijs ac donis istis indignā se iudicat. Tunc ergo pater cœlestis amplius bonitatem suam continere nō valens, ab ea cōsensum regrit, vt in ipsa gignere valeat vnicū filiū suū. Itaq; semper in Dei voluntatē humiliter sese demergit, vt cū ea faciat pro beneplacito suo tam in prosperis, q̄ aduersis. Atq; per hoc verbū æternū chorusci diuinitatis lumē in se trahit, quod oīa eius interiora splendore diuinitatis suæ penetrans, ipsam totaliter in se transmutat, facitq; eam esse per gratiam, quod Christus erat per naturā. Et quid hoc aliud est, nisi quod legimus, verbū æternū caro factū est, et habitauit in nobis? Et hoc p fidē habet fieri, Augustino dicēte: Crede, & māducasti siue spiritaliter cōcepisti. ¶ Hic itaq; Deus oīpotēs nascitur in paupercula aīa in diuersorio Bethleemitico. i. in cordibus nostris, in fœtente stabulo ab oīmi genere iumentorū calcato. i. in conscientijs nostris multipliciū vitiorum sordibus inquinatis, et cordibus nostris diuersarum bestialium cog-

cogitationū simo cōspurcatis. Quæ profecto ita immutātur, purgāturq; specie hac odorifera, ita vt vilitas in nobilitatē trāseat, & paupertas pretiosissimo thesauro ditetur. O stupēda charitas, & abyssalis Dei nostri humilitas. Quō o Deus pijssime sic amore velut ebrius es & captus, vt nō satis tibi sit semel esse natum, sed semper velis & desideres in anima nasci, vt ipam nouo diuinitatis lumine illustrare, ac implere possis? Et tu o aīa, quō continere te potes ab eius laude, qm̄ intra te filium Dei concipis, & ipse in te nascit̄ ex Maria. i. in spū, qui a Deo assumptus, ab ipsi us æterno verbo penetratur: ipsumq; verbū in intimo tui nascitur? Hic nanq; oēs tenebraꝝ nubes dissoluūtur, & orto diuino iustitiæ sole (qui oēm cæcitatē & ignorantiā depellit) nox in diē cōmutatur. Nascitur siquidē in paupere domuncula, inter bouē. i. vim rationalē, & asinū. i. vim concupiscibilē, qui humiliter suo se creatori inclinabant. ¶ Deniq; in hac natiuitate mira quæ dā contigisse leguntur. Templū nanq; Romæ corruit cū oībus idolis suis. Et qd per templum, nisi propriū propositū, & proprius cōceptus, qd vero per idola, nisi multitudo imaginū, quę hic intereunt, designatur? Sed & rosa de Iericho floruit, per quam virtutes denotantur, quę in anima florere ac virere incipiunt. Et fons olei in Tybe rim vsque profluxit, id est, fons diuinæ miseri-cordiæ in animæ fontē promanat. Tres soles apparuerunt, qui paulatim in vnum solem transibant, id est, beatissima Trinitas in anima apparens in vnam diuinam essentiam colligitur. Pastoribus super gregē suum vigilantibus ab angelo gaudium magnum annunciatur, filium

Dei

Dei natum in Bethleem Iudæ. Gloria in altissimis Deo cãtatur, & pax in terra hominibus bonæ volũtatis prædicatur. Et pastores exhilarati, lætantes cantabant & saltabant, & cum ingenti desiderio puerum requirebant, id est, animæ affectiones exhilarantur, & cum magno gaudio ad inauditam nouitatẽ illam eriguntur. Ioseph cum omni humilitate in omnibus, & puero, & matri obsequebatur, id est, ratio fidelis est Mariæ, id est, spiritui, eiq; in omnibus subditus obediensq; existit. ¶ Maria vero, id est, spiritus ab angelis circundatur, & cum profunda humilitate lumen increatum, verbum æternum adorat, cumq; omni reuerentia & honoris exhibitione puerum brachijs amoris, & desiderij amplexabatur, ipsumq; verbum æternum cum ingenti gratitudine offert patri cœlesti, reclinans illud in angusto diuinæ essentiæ præsepio, ad laudem supersanctissimæ Trinitatis, & ad gaudium & gloriam totius cœlestis exercitus. Oratq; pro totius humani generis salute, vt omnes talem in se fœcunditatem sentire mereantur, & chorus cum diuinitatis lumen in ipsis oriatur. Pro animabus quoque in purgatorio existentibus, vt tantum hinc fructum percipiant, ac si ipsæmet in terris istud taliter exercuissent, quatenus ab omni captiuitate & pœna valeant liberari. Hac eadem nocte tres magi in remotis partibus stellam videntes etiam vocem audierunt dicentem illis, vt euntes nouum regem Israel inquirerent, per quos tres animæ vires inferiores designantur: quæ cum sint longe lateq; in regiones lõginquas dispersæ & extrouersæ ac aberrantes, nouam quandam interius lucem sentiunt, qua

intro-

introrsum vocantur, & vocem Dei audiunt dicentis, vt introrsum veniant in Israel, id est, in animam, vbi natus est rex nouus verbum Dei patris, ad ipsum agnoscendū adorandumq;. Et festinanter introuenientes & eidem, vt par est, reuerentiam exhibentes, ipsum humiliter adorāt. Aurum quoque, thus & myrrham offerunt, vis concupiscibilis videlicet myrrham mortificationis omnis sensualitatis & concupiscentiæ, rationalis thus feruidæ orationis, & irascibilis aurum diuinæ charitatis. Quæ etiam per aliam viam reuertuntur in regnum suum, id est, in intimum animæ, quod est regnum ipsarum. Porro, Maria conseruabat omnia verba hæc in corde suo, id est, spiritus verbo Dei cum humili verecundia semper adest, quod per profundam humilitatem & puritatem in se educatur: qui etiam seruit ei per obedientiam, & custodit eum per patiētiam, secumq; manere facit. ¶ Et hæc altera natiuitas (quæ partim fit in nocte, & partim in die, id est, aliquo modo nota, & aliquo modo incognita est homini secundum naturalem intellectum) per secundam dominicæ natiuitatis missam, quæ in aurora canitur, designatur, cuius introitus est: Lux fulgebit hodie super nos, &c. Taliter ergo homine abstracto & introuerso, et omnibus animæ viribus suis locis restitutis, & ad Deum erectis, ipsiq; obtemperantibus & subditis in cunctis operibus eius, ad exemplar & speculum virginis gloriosæ, ipsoque extra seipsum totaliter in Deum transeunte, & Deo in ipsum cum omnibus delicijs suis et amabili gratia sua intrante, tunc tertia natiuitas agitur, de qua iam Deo fauente consequenter dicturi sumus.

Deter-

De tertia natiuitate diuina vt contingat in corpore.

SEd tantã diuinę gratiæ largitatẽ ac diuitias homo occultare semper nõ potest, quin alię quñ ex ipso reluceãt, siue in verbis, siue in operibus. Ex abũdantia em̃ cordis os loquitur: & cœli enarrant gloriã Dei. Nã S. Augustinus ait: Væ dñe tacẽtibus de te. Ipse quoq; dñs in Euangelio: Sic, inquit, luceat lux vestra corã hoibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrũ, qui in cœlis est. Cũ em̃ talis omnipotẽti Deo in animã patet accessus, vt opus suum absq; impedimẽto in ea operari, & hãc præclaram natiuitatẽ in ipsa iuxta diuinũ modũ obtinere, æternãq; natiuitatẽ in anima & spũ perficere possit. i. in Maria, q̃ mare amaru signific[at], qa videlicet inferiores animæ vires cõtinuis tentationũ & angustiarũ procellis impelluntur & impugnantur, in qbus anima sibĩpsi iugiter mo[rs] habet, vt in ea Deus viuere possit: quas nihil minus tentationes oẽs si vicerit, manna absco[n]dũ, & in calculo nomẽ nouum scriptũ, quod nemo scit, nisi Deus, & ipse, qui accipit, acquirit, quod videlicet sit in intimo ipsius, vbi ipsa cum Deo secreta existit. Cũ ergo (inquã) talis omnipotẽti Deo in aĩam patet accessus, nõ ei sufficit nasci in Maria, sed etiã ex ipsa vult nasci. Cũ em̃ quietũ silentiũ continerent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotẽs sermo tuus dñe exiliẽs de cœlo a regalibus sedibus, ve[nit]. Id est, cũ cuagationes sensuũ ac viriũ curiosi suũ cõpleuerunt, & ipsi iã sensus ac vires in [se]

to silentio cõsistunt, ipse ad nos a regalibus sedi-
bus venit (sedes aũt siue thronus in nobis est ipa
mẽs vel spũs, in q̃ Deus habitat & quiescit) &
omnipotẽs verbũ tanq̃ gladius ex vtraq; parte
acutissimus oĩa animæ interiora penetrat, per-
tingens vsq; ad diuisionẽ animæ & spũs, ita vt
suprema pars animæ a Deo agatur, vnusq; cum
ipso sit spũs, & inferior pars, anima videlicet et
corpus, Christi sequantur exempla. Gladius cm̃
anceps est sermo Dei, animã intus exteriusq; ab
omni delectatione denudans, vt nihil in ipsa sit,
præter nudum Dei amorem. Et ipse in sole ponit
tabernaculũ suum, & tanq̃ sponsus procedẽs de
thalamo suo, exultat vt gygas ad currendã vi-
am, id est, de thalamo spiritus procedit in animã
& cor hominis, totumq; hominẽ in Christi quo-
dãmodo naturã immutat, faciens ipsum esse per
gratiã, quod Christus erat & est per naturã, ita
vt per ipsum omnia operetur, sicut & per Chri-
stũ in omni genere virtutũ, prout iam antea di-
ctum est. Deniq; in tali Deum patiente homine
ipse dñs operari delectatur & gaudet, facitq; e-
um hilariter intus & exterius currere viam man
datorum suorum. Taliter ergo nascitur ex no-
bis filius Dei. ¶ Et hanc vltimam natiuitatem,
tertia dominici natalis missa designat, in qua ca
nitur: Puer natus est nobis, & filius datus est no
bis. Ipse nanque reuera noster est totus, vt cum
ipsius meritis semper pro nostris peccatis satis-
facere, eisdẽ nos exornare, & huic natiuitati ido
neos facere nos possumus. Quod vbi fecerimus,
Deus seipsum totũ dat aĩæ, & sine intermissione
nascit̃ ex ea. Ipse nanq; in aĩæ imagine habitãs,
profluit in infimã eiusdem animæ portionem;

estq; vita animæ, sicut anima est vita corporis. Et sicut corpus sine animæ suffragio nullum omnino membrum mouere potest, sic & anima sine Dei adiutorio ad bonum nihil penitus mouere se valet. Sic ergo Deus in omni viuacitas est animæ nostrę, qui tamen in solo spiritu debet adorari. Postremo, vt Deus omnipotens quinque literarum istarum significationem, & præstas tres natiuitates in nobis perficere queat, noque dignissimæ matris Dei exempla sequi, & filij Dei effici possimus, idem ipse nobis præstare dignetur, qui in Trinitate personarum vnus verus in essentia est Deus.

Interna diuini auxilij imploratio. Cap. XXVIII.

FLecto genua cordis mei & corporis mei ad patrem domini nostri Iesu Christi, a quo omnis paternitas & gratia in cœlo & in terra nominatur, orans ipsum vt det mihi secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine meo, Christum per fidem habitare in corde meo, vt in charitate radicatus & fundatus, neq; deficiam, neq; instabilis fiam in seruitio ipsius. Et vt det mihi sapientiam, quæ me de recta via instruat, vt non decipiar, neq; seducar per quoscunque errores. Vt denique pietate me repleat, quæ me consoletur & inflammet, ne me vel desperatio, vel torpor aut amaritudo, siue peruersitas vlla superet ante finem vitæ meæ. Insuper oro te o summa pater potentia, vt per Iesum Christum dilectũ filium tuum (in cuius nomine oblatam tibi orationem nullam respuis) & per amorem sancti spiritus

tui, dones mihi memoriam, qua te semper cogitem, intellectū, quo bonitatē tuā & propriā vilitatē meā clare cognoscā, & volūtatem, qua tuæ incōmutabili & sempiternæ bonitati per ardentissimā charitatē semp absq; oī medio adhęreā.

Oratio deuota pro imploratione diuinæ gratiæ & auxilij. Cap. XXIX.

IN nomine patris & filij, & spiritus sancti, q̄ sunt tres personæ in vna sempiterna, indiuisa & simplici deitate. Credo in Deum. O benedicte Deus, ab æterno tā ego, q̄ omnes aliæ creaturæ tuæ in diuina mente tua idealiter fuimus. Et quando placuit maiestati tuæ, cœlum et terram, & quicquid in eis est, creasti. Et mihi cum omnibus angelicis spiritibus atq; hominibus similitudinem tuā, atq; Trinitatis imaginē impressisti, et in intimo spūs mei te mihi vniuisti. O benedicte Deus q̄s es tu, & q̄s sum ego? O dñe Deus meus, tu es summū bonū, & ego sum abyssalis vilitas. A peccatis enim omnibus, q̄ non commisi, tu me præseruasti. Idcirco rogo te Deus meus, fac vt sim homo secundū cor tuū: & da mihi vsque in finē vitæ meæ in fide sanctæ ecclesię tuæ p̄seuerare, pro qua multi amici tui mortui sunt. Hāc ego fidē profiteor, & in ea per charitatē formatā viuere ac mori desidero. ¶ O Deus meus, ex imo cordis mei gratias ago tibi, q̄ hucusque absq; meritis meis ex sola abyssali misericordia tua mihi perperciſti. Da mihi q̄so Deus meus, vt reliquū tēpus vitæ meæ taliter expendam, vt hic & in æternū tibi semper placere merear. O pie Deus, ex hoc iā tēpore solius intuitu amoris tui pro toto posse meo, tuo seruitio intendā, & quicquid tibi in me displicet, siue magnū sit, siue par

uum, abijcere conabor. Nec tñ hoc ego faciã, ſed tu Deus meus per me illud facies. Me ẽm totũ in te proijcio. Deduc me domine, vel vna vel altera via. Neq; ẽm terret me pœna q̃libet tolerãda. Scio ẽm qd meruerim, & qualiter me viuere oporteat. Et ideo qcquid volueris venire ſup me creaturã tuã, ſiue ex parte tua, ſiue creaturaꝝ omnium, ſiue etiã ſpirituũ malignorũ, totũ me bonitati tuæ reſigno & offero, ad ſuſtinendũ illud iuxta beneplacitũ tuũ auxilio gratiæ tuæ, ob amorẽ tuum vſq; in finẽ vitæ meæ, qcquid etiã illud fuerit, ſiue amaꝝ, ſiue dulce, ſiue proſpera, ſiue aduerſa, viuere, vel mori, abũdare, vel penuriã pati. In omnibus his æquanimiter me habere, & pro amore tuo proſpera huius mũdi deſpicere, & omnia eius aduerſa ad honorẽ tuũ patiẽtiſſime ferre deſidero. Noui ẽm q̃ ſis pijſſime pater meus, q̃ neminẽ derelinquis. Et ob hoc tibi ſecure cõmitto, qcquid habeo in tẽpore & ęternitate. ¶ O dñe Deus meus illumina me, præcipe, prohibe, cõpelle & verba me, vt effici mereat ſecundũ voluntatẽ tuã, ſuccenſus ardẽtiſſimo amore tui, vt oñe velle meũ fiat mihi contrariũ, & cunctis malis meis deſiderijs moriar, vt iã nõ ego viuã, ſed tu pijſſime Deus in me viuas. Nõ ceſſabo inuocare te Deus meus, donec mihi tribuas, vt ſim homo ſecundũ cor tuũ, et te puro amore poſſidere merear, licet hoc mihi mõ nõ ſapiat. Nã dulcis ſapor amoris donũ tuũ eſt dñe, q̃ ego prorſus indignus ſum, & illis tantummõ debẽt, q̃ mũdo ſunt corde. Quare etiã nõ recuſo dulcedine illa carere, rex meus & Deus meus, q̃ dum tuiſpe volueris: dummõ hoc mihi tribuas, vt ſim ſecundũ voluntatẽ tuam in tẽpore & æternitate.

Qua-

Qualiter interius alloqui debeamus dominum, vt ipsum agnoscere possimus. Cap. XXX.

VNum nobis omnino necessariū est, quod est abstractio a rebus creatis, & vnio cum Deo. Cor etenim nostrū abstrahere debemus ab omni illo, quod vel fecimus, vel adhuc facere debemus, & ab omnibus incidentijs, quæ amorosum accessum ad Deū impedire queāt: & omniū anxietatum, turbationum ac sollicitudinū nostrarū obliuisci, simplicique cogitatione in Deū fugere, & instar ceruorū ac hinnulorū veloci saltu transilire cuncta, q̄ nobis incidunt impedimēta, & sic alloqui dūm: Vbi nā es tu dñe Deus meus? Tu me ad hoc creasti, vt te cognoscā, & cognitū diligā. O benedicte Deus, quisnā es tu? Summum vtique bonum. Porro, q̄ bonus sis, hoc tibi soli notū est. Tu es qui es. Tu es vnica, sempiterna, increata, incōmutabilis, diuina, amabilis, dulcis, pacifica, amicabilis, delectabilis, virtuosa & gaudiosa essentia. Sed vñ procedit ista essentia? Hæc neque gignit neque gignitur. Quid facit ergo essentia ista? In ipsa est pater, & filius, et spiritus sanctus. Et pater gignit vnicum filium suum, & spiritus sanctus vtriusque cōplacentia est. Et hi tres sunt vna, vnica, sempiterna, increata, incommutabilis, diuina, amabilis, dulcis, pacifica, amicabilis, delectabilis, virtuosa et gaudiosa essentia. Porro, hæc simpliciter absque formis et imaginibus meditari debemus, et semper in Deū absque tristitia conuerti, totiesque ista recolere, donec omnium aliorum obliuiscamur. Et hæc est abstractio, quæ profecto ante omnia ne-

cessaria est, si in Deum venire debeamus. Et hæc vna nostra cogitatio semper in Deū vltr oēm multiplicitatē fugere debet: alioqui distra ctus quisq; remanebit, & deficere cogetur. De de iā vlterius cogitabimus hoc mō: Quid est go ista essentia? Est oīs essentię essentia, omnis v tæ vita, & lux omnis lucis. Hicq; cauendū est, cogitationē nostram ad creatas substantias cu currere finamus, sed semper in vna illa essenti permanebimus, donec simul cū ipso dño nos e ducēte egrediamur. Deinde cōsequenter cogit in Deo: O æterna, abyssalis, modine scia, increa ta & incōprehensibilis essentia, ab æterno tā go, q̄ oīa alia in te increata fuimus. Et certe tū mecū quicquid volebas facere, poteras. Nec ti resistebā tibi. Iam vero etiam teipsum mecū v nūsti, & es vita aīæ meæ. Quia ergo o essenti oīs essentiæ, te mecū vnūsti, & semper mecū permansura, oēm voluntatem meam totalite in diuinam essentiam tuam proīcio: rogans & obsecrans, vt me sic regere atq; vti dignet quomodo me vti poteras, quādo in diuina me te tua adhuc increatus eram.

Interna vnio cum Deo. Cap. XXXI.

OBsecro te o amabilissime dñe Deus me us, o summū & incōmutabile bonū, mihi secundū beneplacitū tuū acceptil mæ volūtatis tuæ adorare te in imagine anim meæ, in qua teip̄m vnūsti: vbi quoq; te semp p̄sentē inuenire possum intelligentē oēs intēp nes, cogitationes, volūtates ac desideria mea cundū q̄ etiā retribues mihi. O amabilissime D us, ecce intra me es vicinior mihi, q̄ sim ipse mihi. Attamē me liberē condidisti, & inter ten

pus

pus & æternitatem me posuisti. Si ergo ad tempus, id est, ad caduca & transitoria quęcunq; me conuertero, actū est de salute mea: si vero ad æternitatem conuersus fuero, saluus ero. Sed si vere & rite me ad æternitatem cōuertere debeam, scire me in primis oportet, quæ sit æternitatis origo. Illa sane est ex æterna illa diuina abyssо, quæ nunquam mutari potest, & est amabilis, dulcis ac diuina essentia, quæ per diuinam præsentiam suam intra me existens, sese mecum vnijt, & est vita animæ meæ. Nunc igitur o sempiternum & vnicum vnum, o Deus meus, o vita animæ meæ, quæso aufer memetipsum mihi, & me tuipse vtere. Suscipe me obsecro, qui non sum nisi vas iniquitatis. En totum me tibi offero ac resigno, ad faciendum mecum pro summo beneplacito tuo in tēpore & æternitate. ¶ Eleuare nunc o anima mea, & transi in Deum tuū. Considera quanta sit dignitas tua, cuius ipse Deus non potest obliuisci: qui etiā sic tecum vnitus est, vt a te nulla velit ratione separari. Nullos propter te labores exhorruit, nullas pœnalitates subterfugit, sed ex amore mortuus est, & nobis semetipsum dedit. Qui cum sis supra omnia & in omnibus essentialiter, nequaquam tamen aliquem a te o dulcissime Deus excludis aut separas ad te venire volentem. Omnes quidem eandā escam manducamus, sed soli boni saporis suauitate reficiūtur. ¶ O pater oīm q̄es superoīa, in te credo, & tuæ diuinæ bonitati, tuæ æternæ essentiæ, tuæ diuinitatis vlnis ac diuinæ virtuti me trado, atq; resigno. In te quoq; spero, quia super omnia te diligo, & me diuinæ præsentiæ tuæ recōmendo. O potētissima virtus. O lucidissima et

ſumma ſapientia. O immẽſa & infinita bonitas
O abyſſalis humilitas. O nobiliſſima dignitas
O perenne bonũ. O lux increata. O pater lumi
nũ. O verbũ patris. O æterna veritas, O ſplẽdo
paternę ſubſtantiæ. O trina vnitas. O eſſentia o
mnis eſſentiæ. O vita oĩs vitæ. O lumen luminũ
O pater, o fili, o ſpiritus ſancte. O trina vnitas,
perſonæ tres, & vnus inſeparabilis Deus. O ſim
plex diuinitas, q̃ per Trinitatis tuæ operatione
cœlum, & terrã, & omnia, quæ in eis ſunt, cõdi
diſti. O vita animæ meæ, gaudiũ meum & cõ
latio mea. Laudare te minime ſufficio, ſed te lau
det omnipotens potentia tua, incõprehenſibilis
ſapiẽtia tua et increata bonitas tua, ſempiterna
virtus & diuinitas tua, excellens gratia & mi
ricordia tua, potens ac ſumma fortitudo tua, be
nignitas & charitas tua, propter quã me creaſti
O vita animæ meæ. O ſancta dulcedo, dominus
meus & Deus meus. O trina vnitas, q̃ ſummæ ſi
taris in teipſa in maxima & altiſſima contẽpla
tione, tres in vno cũ incõprehenſibili ac ſumma
gaudio, viuens in æterna, beata & inacceſſibili
luce. Ad q̃d gaudium etiã me feciſti, ſed per pe
catum inde ſecluſus ſum, per humanitatis vere
tuæ merita & paſſionẽ mihi idipſum reſtituisti
¶ Rogo proinde bonitatẽ tuam dulcis Ieſu cũ
Deus meus, creator & redẽptor meus, per mer
ta ſacroſanctæ humanitatis tuæ, vt ſinas lucer
in me diuinitatẽ tuã, & expellas a me, q̃quid
me diſplicet tibi. O ſplendor æterni luminis, a
æterno in te increatus fui, in diuina memoria,
tellectu & volũtate tua. Iamq; me talẽ aliquem
feciſti, in tali tẽpore, ex talibus parẽtibus, ſub
li planeta, & ad talem me ſtatũ p̃ordinaſti, fic
pla

placuit tibi. Volo proinde, vt & mihi placeat vnica ordinatio tua, siue grata, siue cõtraria mihi sit. Etẽ tantã mihi arbitrñ libertatem cõtulisti, vt q̃d velim facere, possim. Volo ergo & desidero perpetuo seruire & subditus esse tibi. Cõfiteor aũt te per diuinã præsentiam tuã vbiq̃, et in me quoq̃ existere. Sed nunquid dignũ erat o factor oĩs creaturæ, vt sic vnires te facturæ tuæ? Nunquid hoc meruimus? O vita animæ meæ, si essem modo hoc totũ, quod tu es, libens creatura fieri vellem, vt tu dñe Deus creator meus, fieri posses hoc ipsum, quod nunc es: quatenus & ego & oẽs rationales creaturæ tibi perpetuo seruire possemus. Nthil iã vlterius facere possum, quippe qui sine tuo auxilio nihil oĩno possum. Ideoq̃ in tuã diuinam abyssum (in quã multos amantes spũs absorbuisti) me immergo, rogans te vt me per amarissimã passionem tuã mũdes, & ruinã peccatorũ meorũ suscipias, perq̃ abyssalẽ misericordiã tuã liquefacias & trãsformes me in te, vt pacem & gaudiũ in me habere possis.

Exercitium vnionis cordis nostri cum Deo. Cap. XXXII.

SEquitur iam interna quędam vnio cũ Deo, & simplex exercitiũ cordis, per quod in occultum spũs fundum introducimur, & totaliter in Deũ cum spũ, anima & corpore transformamur. Spũs q̃dẽ in vitã supereſſentialẽ in diuinæ veritatis agnitionẽ, in diuinæ bonitatis amorẽ, & in internũ quoddã silentium, in q̃ etiam arcana verba audiuntur: anima vero in debitam omnium virium suarum in locis suis ordinationem, & omnium virtutũ perfectionẽ: corpus de

nich in castitatē, & oīs boni operationē transfor
matur. Et istud est fundamentū & origo oīm spi
ritualiū exercitioū, per q̄d etiā conseruantur, &
in q̄ oēs spiritales ac mystici sensus latēt. Est quo
que ars oīs perfectionis, de qua per totum hūcli
brum tractatur, ne (q̄d absit) extra viā veritatis
deuiemus. Porro, si forte cōtinue quis istud exer-
cere non poterit, curet saltem vt vel tribus vici-
busistud in die exerceat, mane videlicet, meri-
die & vesperi: quatenus omnipotēs Deus prima
eius cogitatio mane, & vltima vesperi sit: & ti
am in meridie cor suum in Deum conuertat, sic-
que Deo suo adhærere, & vnus cū ipso spūs, &
cum Christo vnū corpus effici valebit. ¶ Dein-
que pro huius exercitij euidētiore intellectu, qua
liter videlicet nos per hoc in Deum transfere
debeamus, notanda sunt ea, quæ sequuntur. Pri
mo, quando cū interna aspiratione dicitur: Cre-
do in Deum, tunc spiritus noster extra tempus
in æternitatem, id est, extra creatam naturam su
am & extra seipsum, in increatum illud bonū,
Deū videlicet optimū maximum sese inclinare,
& in nudo animæ fundo in indepicta nuditate
simplicem illam veritatem adorare debet. Secū
do, in hoc exercitio beatissimam Trinitatem, ad
cuius imaginem facti sumus, adoramus, a qua
etiam agimur, vt vnus cum Deo spiritus effici
mur. Tertio, per merita sanctissimæ humanita-
tis suæ, per quā redempti sumus, obsecramus vt
per eadē Deo rursus vniri possimus, per cuius
gaudiosum spiritum noster spiritus libertati re-
stituitur, & in diuinam originem suam reduce-
tur: per cuius sacrosanctam animā nostra aia cū
omnibus viribus suis reformatur. Per cuius etiā
mu-

mundissimum ac patientissimum corpus, nostrū denuo corpus cum omnibus membris eius emū datur, vt cum ipso vnum corpus esse queamus. Quarto, petimus vt venerabile sacramentum spiritualiter nobis detur, idque per dignissimam præparationem suam, quam in vltima cœna exhibuit, quando seipsum ad seipsum dignissime accepit, Deus videlicet seipsum Deum sumendo. Rogamus autem eum, vt per virtutem intra nos habitantis diuinitatis suæ seipsum ad seipm in nobis & per nos secundum humanitatem suam in eodem venerabili sacramento recipere dignetur. Quinto, oramus Deum, vt per sanctissima merita sua in nobis & per nos operari velit, sicut per sanctissimam humanitatem suam operarus est, nosque conformes omni laudi & exercitio virtutum, quæ a sancta ecclesia quocunque tempore peraguntur, efficiat, & eadem in nobis & per nos ad gloriam suam perficiat.

Deuotissimum cordis exercitium, de quo præfati sumus, per quod mediante fide, continue in Dei præsentia permanemus, & ipsum in spiritu adoramus, atque in Christum Iesum transformamur.

CRedo in Deum. O benedicte Deus, ab æterno in te increatus fui. Quando vero placuit tibi, ad imaginem tuam me fecisti, teque mecum vnisti, & es vita animæ meæ, nec vnquam a me recedes: me quoq; vel in gaudijs Ad diuinitatem.

vel in tormentis perenniter viuere facies. Cum ergo o benedicte Deus vita sis animæ meæ, ex ipsa te repellere non possum. Gratiam quidem & amicitiam, non autem præsentiam tuam, amittere queo. Et cum sis summum ac immobile bonum, immotus in te permanens, irritare te non valeo. Iustus tamē es & misericors, qui nullum malum impunitum, nullum bonum inremuneratum abire permittes. Quare autem o benedicte Deus sic te mecū vnire dignatus es? Quia videlicet sine te nullum bonum perficere, & sine gratia tua nullum malū valeo deuitare. Quia ergo o benedicte Deus mecum manere vis, & ideo te mecum vnisti, quod me libenter adiuuare velis, rogo propterea bonitatem tuam domine Deus meus, adiuua me, vt quæcunq; placita sunt tibi, perficere, quæ vero displicent, diligentius valeam præcauere; quatenus te intra me habitare, meq; pro tuo gratissimo beneplacito vti delectet.

Hic adoratur sancta Trinitas. Pater.

O benedicte pater cœlestis, qui es & manere vis in memoria mea, rogo paternam fidelitatem tuam, vt per sapientiam filij tui, et amorem spiritus sancti tui, adiuues me, vt nihil aliud, quā quod tu vis, cogitare, desiderare ac in memoria retinere possim.

Filius.

O fili Dei altissimi, qui es & manere vis in intellectu meo, adiuua me per potentiam patris tui & amorem spiritus sancti tui, vt nihil aliud, nisi quod tu vis, discere, intelligere & cognoscere possim.

Spiritus sanctus.

O benignissime spiritus sancte Deus, qui es & manere vis in libera voluntate mea, adiuua me per potentiam patris, sapientiamque &

merita filij, vt nil aliud, nisi quod tu vis, loqui, facere, dimittere & pati valeam. Tu enim vtriusque, patris videlicet & filij es spiritus. O pater, o fili, o spiritus sancte, qui es trinus in personis, & vnus inseparabilis, æternus ac verus Deus, rogo ineffabilem bonitatem tuam, vt sic me vnire, & in gratia ac dilectione tua conseruare velis, vt nihil me vnquam a gratia & dilectione tua retrahere queat, sed vt in eis viuere simul ac mori possim.

Hic oramus per merita humanitatis Christi, vt vnum cū ipso efficiamur,

O pater in manus tuas commendo spiritum meum: rogans te per merita humani gaudioſi spiritus tui bone Iesu, vt lucere sinas diuinitatem tuam per spiritum meum, ipsumq; totaliter tranquillum, hilarem & liberum efficias: quatenus diuinitatem tuam in ipso quiescere delectet ad gloriam tuam. Rogans item per merita sanctæ ac doloroſæ animæ tuæ, vt eandem diuinitatem tuam deorsum radiare sinas in animam meam, ipsamq; totaliter sanctam, pacificam & hilarem reddas: quatenus diuinitas tua in ipsa sedere delectetur ad honorem tuum. Rogans denique o benedicte Deus per merita vulnerati puriſſimique corporis tui, vt transradiare facias eandem diuinitatem tuam per corpus meum, illudque totaliter mundum, pacatum & lætum efficias, vt diuinitatis tuæ deliciæ sint habitare in ipso, instar regis alicuius in tabernaculo suo. Quod ex intimo cordis mei tibi dulciſſime domine Deus præ omnibus quam optime faueo: quatenus videlicet in me recreari, & pacem simul ac gaudium in me habere queas. Vtque hoc liberius possis, taber-

tabernaculum istud corporis mei cum omni cœlesti exercitu circumuallare digneris, qui illud custodiat, ne quid forte committam, quod omni potenti maiestati tuæ displiceat, lumenque tuum in me obfuscet, pacemque perturbet. ¶O benedicte Deus, cum sis in me, & manere velis; per sanctissima merita tua te rogo, vt diuinitatem tuam in me & per me radiare sinas, omnesque procul hostes tuos visibiles ac inuisibiles, q̃ me seducere, & a gratia tua auertere possent, a me repellas. Equidem non inimicus, sed plane amicus tuus esse desidero: petens humiliter, vt omnium eorum, quibus gratiam & amicitiam tuam vnquam perdidi, veram cognitionem & dolorem, puram confessionem, & synceram emendationem mihi largiri digneris: quatenus in gratia tua viuere simul ac mori possim, quæ summum ac optimum bonum, solatium atq; refugium meum.

Hic oramus pro spirituali communione.

¶Enimuero cum intra me sis per diuinitatem tuam o benedicte domine Deus meus, supplicter oro bonitatem tuam, vt teipsum ad teipsum in venerabili sacramento intra me iuxta desiderium tuum in tam sublimi ac dignissimo amore, quali teipsum in cœna illa vltima sumpsisti, suscipere digneris, vt sic totus valeam mutari in te. Idque per merita gaudiosi spiritus tui, dolorosæ animę tuæ, & sacri vulnerati corporis tui. Per quæ etiam indulgeri mihi deposco, quicquid in te peccando deliqui, & pœnam omnem, quam pro peccatis meis hic vel in futuro sustinere merui, penitus exolue. Sed & sacris virtutibus tuis me exornes, tamque mundum & acceptum facias, vt te in me habitare delectet pro omni tristitia,

tia, quam propter me ex amore sustinuisti. Idq; pro qualicunque gratitudine, quod me creare, redimere & cibare dignatus es. ¶Cæterum cum meipso charius aliquid dare non possim, meipsum do totum immensæ bonitati tuæ, vt mecum seruare possis cœnam tuam: quæ adeo bona est, quod cuicunque eam præstiteris, bonis dapibus reficitur, a peccatis omnibus præseruatur & a te summo bono agitur ac possidetur. O benedicte Deus, cum sis in me, mecumque manere velis, humiliter oro vt voto tuo satisfaciēs mecum maneas cum amore ac gratia, quatenus in me pacem semper & gaudium habere possis: vt sic esse valeam homo secundū cor tuum: in quo benedicta diuinitas tua, velut in aureo throno commoretur ad gloriam tuam. Quod mihi præstare digneris p̄ merita gaudiosi spiritus tui, sanctæ ac dolorosæ animæ tuæ, & sacri vulnerati corporis tui.

¶Cum ergo o benedicte Deus, te sic mecum vnieris, attentius oro vt cuncta quæ mihi facienda incumbunt, in me videlicet & per me loqui & operari digneris, ac perficere intus & exterius omnia opera illa, sicut per sanctissimam humanitatem tuam locutus es & operatus: in tam perfecto scilicet amore, in tam profunda humilitate, simplici obedientia, longanimi patientia, ad tantam quoque laudem & gloriam infinitæ diuinitatis tuæ, quibus cuncta opera tua perficiebas. Ita quęso operare & renoua nunc in me omnia opera tua secundum acceptissimam voluntatem ac beneplacitum tuum, & dirige oīes cogitationes, verba & opera mea in viam sanctissimæ vitæ & passionis tuæ: imprimens me in crucifi-

Vt Deus opera nostra in nobis & p̄ nos operari dignetur.

crucifixam imaginem tuam, & includens acab
scondens me in intimis tuis, in quæ tam profun
de immergas me & absorbeas, vt meipsius &
omnium rerum obliuiscar, liber ab omnibus in
fimis rebus permanẽa, in amorosis amplexibus
tuis suauiter requiescam, internam & externam
operationem tuam sustineam. Et dona mihi vt
nunquam inde me, vel in prosperis, vel in aduer
sis extrouertam. Quod vt melius possim, me ti-
bi alliges, quæso fortissimo vinculo amoris illi
us, qui tres personas in vnitate diuinæ essentiæ
colligauit, tecq; in humanitate assumpta fortiter
vinxit ad patiendum pro salute nostra. Præfatæ
itaque orationes memoriæ sunt commẽdandæ,
& sæpius exercendæ, vt sic iugiter in nobis per-
maneant, & nos cum Christi diuinitate simul
ac humanitate, perpetua adhæsione vniti simus:
sicque in intimis domini nostri Iesu Christi com
moremur, in quibus nimirum omis vita & pas
sio illius nobis clarius relucet: per quæ liber ille
melius intelligitur, & ad quæ omnis libri huius
doctrina tendit atq; finitur.

Vnio cordis breuior pro his, qui aliqs oc cupati diu vacare non possunt. Cap. XXXIIII.

VNVM omnino necessarium est, quod est abstractio. Verbi gratia: Quando diligen tiam suam in exterioribus negocijs aliqs impendit, tunc inde corsuum auertere, omnia in Deum proijcere, & paternæ eius prouidentiæ si-ne sollicitudine vel perturbatiõe cõmittere, nec quicquam amplius inde cogitare debet: sed cum dulci

dulci corde adorare dominum Deum ſuum in ſpiritu ſuo præſentem. Nunquam enim pacē ve ram obtinere quis poterit, donec eo perueniat, vbi ab æterno increatus extitit: hoc eſt, in Deum ſuum. Quamobrem nec ipſe Deus altiſſimus vo luit, vt nos chariſſimi filij eius ipſum fideliſſimū patrem noſtrum longius quęreremus, ſed nos ad imaginem ſuam fecit, ſecumq; vniuit, vt ipſum in ſpiritu noſtro præſentem ſemper inuenire & adorare, omnes ei neceſſitates noſtras in omi lo co aperire, & quicquid ad gloriam eius & ſalu tem noſtram facere tenemur, adimplere & perfi cere poſſimus. Ideoque frequenter, mane præſer tim & veſperi, modo ſequenti cum Deo nos v nire debemus: in Deo proinde ſicut & ipſe in no bis pacem habituri. ¶ O benedicte Deus, ſi quid benefeci, de hoc tibi ſoli ſit omnis laus & glo ria. Quæ vero male egi, cuncta mihi clementer ignoſcas, & inde faciem tuam auertas, obſecro. Ecce enim dulciſſime Deus meus, amicus tuus & nō inimicus eſſe deſidero. Vbi ergo es ſuauiſ ſime dñe Deus meus? Nimiꝝ præſens ſemper in ſpiritu meo, & es vita animę meę, mecumq; per enniter vis ꝓmanere. O benedicte Deus ab æter no in te increatus extiti, iam vero teipſum mecū vniſti. Rogo proinde bonitatē tuā, trahe me to tum in te cū ſpiritu, anima & corpore: idq; ꝓ te, id eſt, ꝓ merita humani gaudioſi ſpiritus tui, ſan ctæ ac doloroſæ animæ tuæ, & ſacri vulnerati corporis tui: et propter te, ad tuam videlicet glo riā in meo ſpiritu, tuum honorē in mea anima, & tuas delitias in meo corpore. Sicq; teipſum ad teipſum in me quoties tibi placuerit, in venera bili ſacramēto ſuſcipias, mutās meipm totaliter

in te,

in te, faciensque me hominem secundum cor tu
um, prout hoc, licet indignissimus sim, ex intimo
cordis mei desidero & concupisco. Denique per
meritum humani gaudiosi spiritus tui, sanctæ
ac doloroſæ animæ tuæ, & sacri vulnerati cor-
poris tui dimitte mihi omnia delicta mea, & re
olue quicque proinde sustinere merui & hic &
in futuro. Sacris quoque virtutibus tuis me or-
orna, tamque me purum ac idoneum effice, vt
benedictam diuinitatem tuam iugiter in me ma-
nere, teque ipsum in venerabili sacramento in-
tra me suscipere delectet, faciasque me eius amo
re languere. Et hoc pro qualicunque gratitudi-
ne, quod me creare, redimere ac teipso reficere
dignatus es. Porro, cum meipso charius aliqu
dare non possim, meipsum totum offero ac red
gno immensæ bonitati tuæ, vt cœnam tuam m
cum seruare possis, quæ profecto adeo bona est,
vt quisquis eam perceperit, satis abunde proſpe
retur, a peccatis & scādalis præseruetur, & mir
na felicitate dotetur.

Qualiter sępius orare per diem debeamus, vt Deus in nobis pacem & gaudium ha bere possit. Cap. XXXIII.

CRedo in Deum. O benedicte Deus, credē-
re toto corde desidero, quicquid me crede-
re vis. Credo quod intra me & sis & ma-
nere velis. Ideoque & humiliter oro, vt per gra-
tiam tuam iugiter in me permaneas, quatenus
pacem & gaudium in me habere possis, & sa
ctissimam diuinitatem tuam in me velut in tha
no suo per merita sanctissimæ humanitatis tuæ
habitare delectet. Et quia intra me es, vira ex-
sten

stens animæ meæ, ideo te rogo, vt in me & per me lucere, ambulare, loqui & operari quæcunq; tibi sunt placita, digneris. Et per sanctissimã humanitatem tuam, quam ex beatissima virgine Maria assumpsisti, permitte diuinitatem in me & per me lucere, sicut Hierosolymis in templo ex te radiabat. Omnesque tam visibiles, quam inuisibiles hostes meos, qui me auertere vel abducere possent a gratia tua, fuga a me: quatenus in eadem gratia tua viuere & mori possim. O summum & optimum bonum meum, vnicum solatium & refugium meum, fac me quæso mitem & humilem corde. Fac me (inquam) præ mortificatione viuum, præ patientia hilarẽ, præ simplicitate prudẽtem, præ paupertate diuitem, & præ humilitate fortem: vt sic in te totaliter & omnino transformari valeam.

De tribus, quæ in exercitio nostro habere debemus. Cap. XXXV.

TRia in exercitio nostro habere debemus: Primum erit in nobis continuum, videlicet interna quędam vnio cum Deo, vt vnus cum ipso spiritus permaneamus, hoc quidem modo: ¶ O domine Deus meus, perfecte te laudare nõ sufficio, sed rogo vt teipsum in me laudare velis, sicut & ab æterno fecisti. Confiteor enim domine, quod sis vita animæ meæ, quã reficis sine cessatione ex diuina essentia tua, quoties aut emitto vel attraho anhelitum: quodque sis in me, viuificans animam meam. Desidero itaque momentis singulis exire meipm in te, cum omnimoda proprię volũtatis ac illius quod sum

& omnium rerum abnegatione. Meque tibi totaliter resigno cum anima & corpore, ad faciendum mecum amabilissimam volũtatem tuam, in tempore & æternitate. Sed quoniã tantus tãq; sublimis existis, vt sis omnia in omnibus, laudare te non sufficio propter paruitatem meam. Et quia nihil eorum es, quæ vel cogitari, vel intelligi, scribi vel dici possunt, quomodo te laudare debeam, ignoro. Veruntamen, cum a laudibus tuis, quamuis peccator, cessare non debeam, laudo & glorifico te o cœlestis pater, tibique gratias ago pro omnibus bonis, quæ per sapientiam & merita filij tui, & amorem sancti spiritus tui in cœlo & in terra dignatus es vnquam operari. Rogoque te per viscera misericordiæ tuæ, in quibus visitasti nos per dilectissimum filium tuum carne propter nos mortali indutum, transmuta me totum in te, nec sinas me viuere absq; te. Singulas quoque anhelitus mei intractiones, siue vigilem, siue dormiam, suscipias pro intimo orationis suspirio languentis post te animę meę: singulasque eiusdem emissiones, pro ignita ac lucida flamma laudis tuæ, cum lumine fidei, spei & charitatis ad te ascendentis: meque vnias oro tecum in clara cognitione, in perfecto amore, & in quieta fruitione ad gloriam tuam, vt in me pacem & gaudiũ semper & vbiq; habere possis.

De altero, quod habere debemus ad horas canonicas, & oratio ante horas dicenda. Cap. XXXVI.

ALterum statutis ac certis temporibus habere debemus, meditatiõem videlicet ad septem horas canonicas dominicæ passionis.

onis. Porro, ante horas sic orabimus: ¶O pater amantissime domine Iesu Christe, dignare per paternam bonitatem tuam cum diuina gratia tua præparare fundum animæ meæ, corq; & sensus meos ab oñi re inutili exoccupare, quatenus in diuina pariter ac humana pręsentia tua digne me habere possim. O dulcissime domine Deus meus, laus, honor, gloria ac perennis gratiarum actio sit tibi pro omni pœna ac dolore, quam in hac hora pro mei reconciliatione sustinuisti. Aperi domine labia mea, & lauda teipsum p me cum omnibus angelis atq; beatis. ¶Expleto diuino officio dic orationem sequentem, pro qua remissio omnium negligentiarum in diuini officij persolutione cõceditur. ¶Sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitati, crucifixi dñi nostri Iesu Christi humanitati, beatissimæ Mariæ virginis fœcunditati, & omnium sanctorum vniuersitati, sit sempiterna laus, honor, virtus & gloria ab oñi creatura: nobisq; remissio omnium peccatorum per infinita seculoꝝ secula, Amen. Et beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium. Et beata vbera, quę lactauerunt Christum dñm nostrum, Amen. Pater noster, & Aue Maria, pro felici statu summi pontificis, & totius ecclesiæ catholicæ.

Ad matutinas.

LAus, gloria et perennis gratiarum actio sit tibi o summa & indiuisa sanctissima Trinitas, domine Deus meus. Gratias ago tibi o æterne pater pro omnibus pœnis ac doloribus, quas hora matutina pro nostri reconciliatione per amorem sancti spiritus tui sustinuit

nuit dilectissimus filius tuus. O dulcis ac superdulcissime Deus, vtinam tibi condignas agere gratias possem pro diuina illa sublimi, incõprehensibili ac æterna generatione, in qua filius tuus tibi coæternus, a te Deo patre suo in illo (nũc) sempiterno fine cessatione generatur. Sed quid o dilectissime, quid (inquã) est hæc æterna generatio? Nonne hæc est, in qua Deus seipsum cognoscit, & essentiam suam funditus intelligit? Plane hæc est æterna ex Deo patre filij generatio. Etenim per omniscIam sapientiam suam pater plene cognoscit dignissimam & omnipotentem potentiam suam. Quicquid enim viuit, in filio viuit, qui est verbum patris. Et verbum Deus est, & spiritus sanctus Deus est & complacentia vtriusque. Non tamen tres dij, sed vnus est Deus. Et altissimum hoc verbum caro factum est ex beneplacito spiritus sancti. ¶ Hic itaque nunc gratias age Deo tuo, quod videlicet hæc tibi veraciter credere concessit. Inde iam procede ad eam, quæ ex purissima virgine est, temporalẽ domini natiuitatem: hicque attende, qualiter in nocte, in exteris regionibus, in magna paupertate, frigidissimo tempore & stabulo communi nasci voluerit. Attende etiam longa suspiria & desideria patriarcharũ & prophetarũ, orans ipsum, vt cor tuum aptum & idoneum facere dignetur, in quo omni tempore spiritualiter nasci possit. Considera hic etiam eius captiuitatem, rogans eum, vt te amoris sui vinculis constringere, capereque dignetur. Denique & eius a morte resurrectionem attende, feruentius orans, vt te & alios omnes a morte culpæ resuscitet, vt sicut ipse per virtutem & gloriam Dei patris resurrexit a mor-

mortuis, ita & nos resurgere, & in nouitate vitæ ambulare possimus.

Ad primam.

HOra prima, dominum Deum tuum sedulo cum pastoribus inquirere debes, orans vt det tibi ipsum semper in vera cordis simplicitate quærere. Attendere etiam, qualiter coram Pilato accusatus fuit, & quomodo sese tunc habuit. Rogans vt per iniustam sui accusationem donet tibi semper agnoscere culpam tuam. Quærere nihilo minus ipsum cum Magdalena in sepulchro, petēs ab ipso, vt cor tuum amoris sui iaculo trāsfigat, quo ipsum ad instar eiusdem beatissimæ Magdalenæ quærere & inuenire possis.

Ad tertiam.

TErtia hora, cum magis ipsum suppliciter adorabis, orans, vt det tibi ipsum semper adorare in spiritu tuo, offerreque ei myrrham veræ pœnitentiæ, thus deuotionis, & diuinæ charitatis aurum. Tunc etiam crudelem illā domini tui flagellationem, coronationemq; perpendes, orans vt per has præstet tibi cū vera cordis & corporis puritate illi deseruire. Attendas etiam, qualiter hac hora spiritus sanctus veniēs, corda discipulorum diuini amoris sui igne succendit, ipsosq; adeo confortauit ac confirmauit, vt omnes persequutiones, omnemq; aduersitatē sustinere possent, & omnem sui contemptum desiderarent. Et hic deuotius ora, vt te septem donis spiritus sancti exornare, & cor tuum amoris sui igne succēdere velit: quatenus omnem iram, furorē ac persecutionē æquanimiter ferre possis.

Ad sextam.

SExta hora dñs Iesus a matre sua in templo fuit oblatus, & beati Simeonis vlnis exceptus. Per quæ roges ipsum, vt te in vlnas diuinæ misericordiæ suæ recipere, & in diuina pace sua iugiter requiescere tibi prestare dignetur. Hac etiam hora dominus crucifixus, seipsum in altari crucis obtulit. Per quod ipsum depreceris vt tibi gratiam veræ patientiæ largiatur, teque velut hostiam viuam in cruce tribulationis suscipiat. Hac hora post resurrectionem suam dominus discipulis recumbentibus ac manducantibus apparuit, & exprobrauit eis incredulitatē ipsorum. Per quę roges eum, vt omnem a te infidelitatem auferens, diuinos instinctus suos sequi te faciat, quatenus ex his omnem infirmitatē tuam agnoscere, & diuinas eius increpationes obseruare queas.

Ad nonam.

HOra nona dominus Iesus spiritum suum pro sacrificio in altari crucis cū clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, & totius mūdi soluit delicta. Per q̄d ipsum depreceris, vt in diuina pace sua te custodiat. Hac hora dominus Matthæum & Magdalenam vocans, peccata eis omnia dimisit. Per quod ores ipsum, vt & tibi cuncta peccata tua dimittat, & veræ pœnitentiæ gratiam largiatur, & hic pro omnibus totius mundi peccatis & iniquitatibus diuinam misericordiam interpelles. Hac etiam hora Christus ad cœlos alta cōscendens, portas cœli reserauit. Per quod ipsum roges, vt humilitatem ouium suarum eo perdu-

perducat, quo terræ sublimitas ascendit.

Ad vesperas.

HOra vesperarum beatissima virgo Maria cum Ioseph sponso suo Bethleem veniens, hospitium inuenire non potuit. Roga propterea dominum tuum, vt ad hospitium animæ tuę venire dignetur. Hac hora dñs de cruce depositus, in matris suæ sinu collocatur. Hac etiam hora duobus illis discipulis in Emaus euntibus apparens, eisdem scripturas aperuit. Per quod ipsum depreceris, vt abdita scripturarum tibi pandere velit, quatenus diuinam voluntatē eius semper agnoscere, diuinas increpationes illius obseruare, & acceptissimum eius beneplacitum adimplere possis: vtque cor tuum amore suo succendat, sicut discipulorum illorum corda succendit.

Ad completorium.

HOra completorij domina mundi gloriosa virgo Maria ad domum communem & stabulum illud deducta, sublimi de æterna generatione contēplationi vacabat. Hac hora cœnam vltimā Christus faciens, dignissimū corporis sui sacramentum instituit, apostolos sacerdotes fecit, et sermonem illum mellifluum de diuina charitate eructauit. Hac quoque hora dominus sepulturę traditur, & post resurrectionem suam discipulis suis clausis ianuis apparens, pacem eis annunciauit, spiritum sanctum insufflauit, & peccata dimittendi potestatem eis tribuit.

Qualiter ad omnes horas nosipsos considerare debeamus. Cap. XXXVII.

Ad matutinas.

HOra matutina attendere & agnoscere debemus, vtrum virtus diuina extra carnis pigritiam in spiritus alacritatem, & extra cordis cæcitatem in diuinam claritatem nos subleuarit & attraxerit. Hicque duo puncta sequemur, studiosam videlicet diligentiam exterius in corpore, & spiritus exercitationem intus in diuino lumine.

Ad primam.

HOra prima aduertere debemus, vtrum diuina sapientia in animas nostras profluxerit, ita vt perfectum ac imperfectum nostrum agnoscere possimus. Et huc duo pertinent, scientia videlicet cordis, & innouatio spiritus.

Ad tertiam.

TErtia hora agnoscere debemus, vtrū ignis diuini amoris animam nostram omnesq; vires illius pfluxerit, ita vt ad instar ignis omnia peccata nostra diuinus amor cōflagrarit, quemadmodum ignis omnia tam magna, quam parua ligna consumit. Et huc duo spectant, ignita videlicet ad Deum desideria, & oratio deuota.

Ad sextam.

SExta hora attēdere debemus, vtrum diuina largitas in aīas nostras effluxerit, ita vt amicos atq; cognatos, animā & corpus, oēm delectationē & mundum vniuersum despiciamus,

ita

ita vt nihil sit, quod nos impediat. Ad quod nimirum duo requirũtur, solitudo videlicet, id est, abstractio & elongatio ab omni re creata, & stabilis immansio in summo illo bono, quod est ipse Deus.

Ad nonam.

HOra nona considerare debemus, quid diuinitas in cruce operabatur, quomodo videlicet exhibebat nobis diuinam fidelitatem, paternum amorem ac miserationem erga genus humanum. Huc requiruntur esuries ac sitis ad Deum continua.

Ad vesperas.

HOra vesperarum perpendere debemus, vtrum quies diuinitatis in animam efflu xerit, ita vt pacem seruemus cum Deo, cum nobisipsis, & cũ omnibus creaturis. Et huc duo spectant, filẽtium videlicet ac introuersio.

Ad completorium.

HOra completorij agnoscere debemus, vtrum mirabilia Dei animam nostrã perfuderint, ita vt eadẽ agnoscere possimus. Sunt autem quatuor stupenda & admiranda in Deo. Primum est, quod Deus homo, & homo quodam modo factus est Deus. Secundum, quod in cruce Deus Deum inuocabat. Tertium, quod mortuum corpus suum in sepulchro suscitauit, & denuo assumpsit. Quartum, quod sine alicuius adminiculo diuina virtute sua in cœlum ferebatur. Et huc quatuor spectant, quærere videlicet, inuenire, contemplari & frui. Et tunc anima, quod desiderat, habet.

De tertio, quod habere debemus in exer-

citio nostro ad singulas quasq; horas, vi delicet 24. diei ac noctis. Cap. XXXVIII.

DEniq; & ad singulas quasq; vigintiquatuor horas exercere nos debemus. Ideoq; & horarum signa, modo quo sequitur, numerabimus, quoties hora auditur, Deūq; admonebimus passionū illarū, quas illa hora in humanitate sua pro nobis ex amore sustinuit, eiq; pro his gratias referemus in spiritu nostro. Et si forte signa horarū minime audimus, quotidie nihilo minus semel eas deuote numerare debemus, ne vel vna saltem hora sine fructu pertranseat. Et tunc dīm rogabimus, vt horologium istud ita a nobis acceptare dignetur, sicut hoc a charissimis amicis suis acceptaret, ipsumq; prodesse faciat omnibus generaliter viuis atq; defunctis, & singulis singulariter, quasi hoc per seipsos exercitassent. ¶ Dignare o mi amantissime singulis quibusq; horis ita cor meū tangere ac cōmouere, vt amarissima passio tua & miserabilis dolor tuus inde nunq; recedant. O omniū charorum charissime, quidnā pro me ex vero amore hac hora sustinuisti? Prima hora cor tuū amorosum lancea perforauit. Vulnera quæso corda nostra iaculis amoris tui. Secunda hora amicos tuos in lymbo diuino lumine exhilarasti. Illumina quæso animas nostras. Hora tertia de cruce depositus, matris sinu excipiebaris. Aufer obsecro a nobis oēs iniquitates nostras, & tribue nobis diuinā gratiā tuā. Quarta hora vngebaris. Vnge nos vnctione sancti spiritus tui. Quinta hora cœnabas. Fac q̄sumus & nobiscū cœnam tuā, & absorbe nos in diuinā essentiam tuā. Hora sextā no-

ata nouū Teſtamentū inſtituiſti, dans teipſum nobis. Trāſmuta nos in te: & qa ſine te nil poſſumus, adiuua nos, vt præcepta tua exequi valeamus. Hora ſeptima ſepulturæ tradebaris. Sepeli nos in te, & te in nobis, & conclude ſepulchrum o mi amabiliſſime. Octaua hora ad paſſiōis certamina properabas. Da vt nūq̄ euacuetur in nobis fructus paſſionis tuæ. Hora nona præ angustia ſanguinem & aquam ſudabas. Laua nos in ſudore ſanguinis tui. Hora decima in mortem te vltro offerebas. Et ego cum omnibus creaturis tuis in acceptiſſimam voluntatem tuam me offero ac reſigno. Hora vndecima triſtabaris vſq̄ ad mortem, & ab angelo ſolatium qualecunque recipere dignabaris. Per hoc quæſo cōſolare omnes tribulatos, & afflictos viuos, & mortuos. Hora duodecima capi ac vinciri te patiebaris. Cape & cōſtringe nos oēs obſecro vinculis amoris tui. ¶ Hora prima in nocte a diſcipulis tuis derelinquebaris. Ne quæſo deſerat nos vnquā gratia tua. Hora ſecūda alapā in faciē excipiebas. Percute nos diuino timore tuo. Hora tertia oculis velatis conſpuebaris. Reſpice nos oculis infinitæ miſericordiæ tuæ. Hora quarta diuerſas occultas pœnas ac paſſiones ſuſtinuiſti, quarū etiam te nūc admoneo, rogans vt nos mūdes ab occultis noſtris tibi ſoli cognitis ac manifeſtis. Hora quinta falſo accuſabaris. Libera nos a calumnijs dæmonum. Hora ſexta miſerabiliter flagellabaris ac coronabaris. Libera nos a flagellis immundoꝝ ſpiritū. Hora ſeptima condēnabaris. Eſto nobis iudex propitiꝰ. Octaua hora portās crucē tuā ad mortē properabas. Auſer a nobis oia pōdera peccatoꝝ. Hora nona veſtibus exu eba-

exuebaris,& clauis ad crucem affigebaris. N
da nos ab omnibus impedimentis gratiæ tuæ, &
cõfirma nos in charitate tua. Hora decima cum
cruce eleuabaris atq; dicebas : Pater ignosce il-
lis,quia nesciunt quid faciunt: & mœstissimam
matrem tuam consolabaris , & latroni paradi-
sum promittebas.Erige in me quicquid contra-
ctum est.Dimitte quicquid male egi. Recipe a
gratiam omnes, qui desiderant gratiam,& om
nia mœrentia corda consolare. Hora vndecima
præ nimio cruciatu sitiebas:a diuinitate tua, &
ab omni creatura relinquebaris , cunctaq; qua
de te scripta erant, consummabas.Da nobis a
giter te sitire,nec vnquam nos deseras, sed per-
fice in nobis quæcunque placita sunt tibi. Ho
ra duodecima spiritum tuum emittebas, com-
mendans eum diuinitati tuæ . Rogo te dul-
cissime domine Deus meus , per maximũ illum
terrorem ac desolationem,quam in hora morti
tuæ pro me,& pro nobis omnibus sustinuisti,ad
iuua nos in hora mortis nostræ , & fac diuinita-
tem tuam in nos & per nos lucere,vt territi fugi
ant a nobis omnes aduersarij nostri,Amen.

Qualiter Deum in spiritu adorare & pas
onem dominicam interius exercere de
beamus. Cap. XXXIX.

PAssionem dominicam cum gratitudine &
amore per modum orationis in spiritu &
in nudo animæ fundo sine imaginibus, ita
videlicet vt in diuinitate & in agnitione supe-
sanctissimæ Trinitatis permaneamus, exercere
debemus. Vnitas nanq; Trinitatis per suam po
tentiam , sapientiam & amorem operata est in
sanctissi-

sanctissimam Christi humanitatem, per cuius passionem nos redempti sumus a domino, per cuius etiam merita nihil eorum, quę petierimus, dummodo salutaria sint, nobis denegare potest. Ideoq; sub missa vel alias tempore nobis placito introuertere nos debemus in spiritum nostrū, in quo beata Trinitas præsens adest, pater videlicet in memoria, filius in intellectu, & spiritus sanctus in voluntate. Quod nimirum credendo, in contemplationem supereſſentialem transferimur. Nusquam enim Deum tam nude inuenire poterimus, sicut in ipsa nuda animæ essentia, in qua sanctus ille Esaias propheta ipsum inuenit, cum diceret: Domine omnia opera nostra operatus es nobis. Et Hieremias, cum diceret: Tu in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos. Moyses quoq; cum facie ad faciē, spiritu videlicet ad spiritum secum loqueretur, & tabulas decalogi acciperet. Dauid etiam quum cantaret: Nisi quia dominus erat in nobis, forte viuos deglutissent nos. Denique omnes sancti prophetæ hic ipsum inuenerunt, & in seipsis esse cognouerunt. Ideoq; omnia verba sua & prophetias ipsi domino ascripserunt, dicentes semper, quoties aliqua bona proferebant: Hæc dicit dominus, abnegātes in hoc seipsos, & honorem domino tribuentes, quod & omnes homines facere oportet, si domino placere velint. Omnes demum amici Dei hic ipsum inuenerunt, quotquot videlicet ad vnionem Dei pertingere, & cœlestem patriam absq; purgatorio ingredi potuerunt. ¶ Reuertendo proinde ad hoc, quod dicere cœperam, quoties domino pro amarissima passione sua gratias agere volumus, in spiritū nostrum

nostrum nos conuertere, & ipsum illic præsentē esse credere debemus. Qui si tunc veri adoratores esse volumus, ipsum in spiritu & cum spiritu, cum memoria videlicet, intellectu, voluntate et amore adorabimus. Et tunc in tali oratione nonnunquam ipsa gloriosa Trinitas in animæ viribus, quibus anima Deo simillima existit, se ipse manifestat: pater videlicet in memoria cum simplici cogitatu: filius in intellectu cum clara cognitione: & spiritus sanctus in voluntate cum amore, vnum faciens animam cum Deo. Et hic memoriam & intellectum cedere oportet, eo q̄ cogitare vel intelligere nequeunt ea, quæ ibi sentiuntur. Purus vero amor cum ingenti desiderio solus intrare meretur. Et tūc anima ab omni peccato libera efficitur, & Deo in quodam occulto silentio vnitur: ab omni quoque peruersa intentione, & impura affectione exuitur, & charitate denuo vestitur, ita vt iam in omnibus puræ Dei honorem & proximorum salutē ac profectum desideret & intendat. Qua nimirū charitatis veste sacer Augustinus indutus erat, cum diceret: Amo, amo, nec vnquam amare desinam, donec ipsemet amor efficiar. Sciebat enim quod Deus charitas est, ideoq̄ et ipse charitas siue amor esse volebat. Sanctus quoq̄ Bernardus hoc charitatis indumento vestitus erat, quando dicebat: Ab eo tempore, quo Deum primo agnoscere & videre cœpi, non mihi sufficiebat virtutes habere, sed minime cessaui, donec ipse virtꝰ efficerer. Equidem et ipse agnoscebat Deum esse virtutem, ideo ipse quoq̄ virtus esse volebat. Denicq̄ hac veste S. Paulus indutus erat, cū diceret: Quis me separabit a charitate Christi, q̄ in me est? Siquidem

dem & ipse nouerat, quod Deus omnipotẽs, qui est ipsa vera charitas, intra se erat, quodque anima sua ex hac charitate & amore viuebat. Ideoque impossibile fore dicebat, vt quisq; eũ a charitate Dei separaret, quippe qui eiusdem charitatis vinculis constrictus & captus erat. Taliter ergo in nobis ipsis Deum adorare debemus, si a cœlesti patre diligi & amari desideramus.

Internæ de dominica vita & passione orationes. Cap. XL.

GRatias ago tibi, o pater cœlestis, q̃ cœlũ & terram, & omnia, quæ in eis sunt, creasti atq; fecisti. Rogo te per omnia ea, quæ tibi placent in cœlo et in terra, reforma & restaura in me quicquid confractum est, idq; per sapientiam filij, & amorẽ spiritus sancti. ¶Gratias ago tibi, o cœlestis pater, q̃ per amorẽ spũs sancti purissimã virginem Mariã idoneã & aptam fecisti, de qua filius tuus humanam naturã assumeret. Ita quæso capacem me fac gratiæ tuæ. ¶Gratias ago tibi cœlestis pater, q̃ coæternum tibi verbũ tuũ, per amorẽ spiritus sancti tui in castissimo virginis Mariæ vtero carnẽ assumere fecisti. Et nunc admoneo te, o beata Trinitas, admirabilis operis illius, quod hic in gloriosa virgine es operatus, dulcissimæ videlicet cõmotionis purissimi amoris in ipsa, cõgregatiõis purissimi sanguinis, perfectionis omniũ membrorum, creationis animæ rationalis cũ clarissimo intellectu, lucidissima ratiõe, & perfecto amore, in q̃d etiã corpus & animã abyssum diuinitatis tuę infudisti, manẽs nihilo minus in teipo immobilis et incõmutabilis diuinitas. Et propter nos in filio

filio tuo teneram humanitatem assumpsisti, ad operandum in ea salutē nostram, opus redemptionis nostræ. Rogo itaque te suauissime domine Deus meus per virtutem huius immutationis, transmuta me in te. Et omnes nos, pro quibus homo fieri dignatum est verbum tuum, efficere cundum cor tuum: quatenus gaudium & pacem in me, & in omnibus habere possis. ¶Gratias ago tibi, pater cœlestis, quod vnigenitus filius tuus per amorē spūs sancti tui verus Deus & verus homo natus est ex incontaminata virgine Maria matre sua, idq; in obscura nocte, in exteris regionibus, in loco incongruo, in frigidissimo tempore, in maxima paupertate. Per quæ omnia te rogo, vt impleas & perficias in me, & in omnibus nobis intentionem & desiderii tuum, faciasq; vt æternum verbum tuum in nobis nascatur & operetur, ad quod cōditi sumus. ¶Gratias ago tibi cœlestis pater, quod per amorem spiritus sancti tui filium tuum circuncidi voluisti. Circuncide quæso in me, quicquid displicet tibi. ¶Gratias ago tibi, pater cœlestis, quod vnigenitum filium tuum per amorem spiritus sancti tui gentibus stella duce reuelasti. Illumina quæso cor meum lumine gratiæ tuæ. ¶Gratias ago tibi cœlestis pater, quod per amorem spiritus sancti tui vnigenitum filium tuum a dilectissima matre sua pro gratissima oblatione suscepisti. En totum me trado & offero in manus tuas. ¶Gratias ago tibi pater cœlestis, quod vnicum filium tuum per amorem spiritus sancti tui trigintatribus annis propter me in hoc mundo viuere voluisti. Da mihi obsecro, per ipsum introire in gaudium vitæ æternæ: idq; per infinitā misē-

misericordiam tuam. ¶Gratias ago tibi pater cœlestis, quod vnigenitum filium tuum propter me capi et ligari permisisti, quodq; ipse me redemit per amorem sancti spiritus tui. Libera me quæso ab æterna captiuitate, solue vincula peccatorum meorum, & erue me de laqueis dæmonum. ¶Gratias ago tibi pater cœlestis, quod vnicum filium tuum per amorem sancti spiritus tui propter me flagellari voluisti. Libera me obsecro ab æterna flagellatione, & de manibus inimicorum meorum, & laua me ab omnibus peccatis meis in effuso sanguine eius. ¶Gratias ago tibi pater cœlestis, quod dilectissimū filium tuum per amorem spiritus sancti tui spinis coronari permisisti. Dignare quæso per hanc diram coronationem ipsius, denuo coronare me gloria sempiterna. ¶Gratias ago tibi cœlestis pater, q; propter me per amorem spiritus sancti tui vnicum filium tuū crucifigi permisisti. Libera me obsecro per hoc ab æterna dæmonum crucifixione. ¶Gratias ago tibi pater cœlestis, quod propter me per amorem spiritus sancti tui vnicum & dilectissimum filium tuū felle & aceto in mortis angustia potari voluisti. Rogo bonitatē tuam domine Deus meus, vt per hoc reficere me digneris ex infinita misericordia tua cibo salutis æternæ. ¶Gratias ago tibi cœlestis pater, quod per amorem sancti spiritus tui propter me dilectum vnigenitum filium tuum acerbissimam mortem subire feciſti. Libera me quæso a morte æterna. Rogo autem bonitatem tuam domine Deus meus per maximas ac multiplices pœnas & passiones eiusdem filij tui, effusionem quoq; precioſi sanguinis sui, & amarissimam mortem

eius, assiste mihi in extrema & vltima necessitate mea, Amen.

Hic adorabis beatissimam Trinitatem, teque resignabis & vnies cum diuinitate. Cap. XLI.

GRatias ago tibi pater cœlestis, q̃ me per sapientiã filij tui, & amorem sancti spiritus tui de nihilo creasti. Sed vbinã quęso, o cœlestis pater, adorare te debeo in spũ meo? Ecce adoro & obsecro te existentem & manere volentem in memoria mea. Adiuua me, vt libẽter nihil aliud cogitem, desiderem & in memoria retineam, q̃ quod tu me cogitare, desiderare & in memoria vis retinere. Idq̃ per sapientiam & merita filij tui, & amorem sancti spiritus tui. ¶ Gratias ago tibi, o æterna Dei sapiẽtia, quod propter me homo fieri, & me perditum precioso sanguine tuo, & amara morte tua redimere dignatus es. Vbi quæso vis vt te adorem? Ecce adoro & rogo te existentem & manere volentẽ in intellectu meo. Adiuua me per potentiã patris tui, & amorẽ spiritus sancti, qbus me redemisti, vt libẽter nihil aliud discã, intelligã siue cognoscam, q̃ quod tu me vis scire, intelligere siue cognoscere. ¶ Gratias ago tibi, o æterna bonitas Dei mei, quod me per sapientiam, & merita filij Dei, & patris potentiam cõfortare & consolari dignatus es. Vbi quæso o sancte spiritus, adorare te debeo? Ecce suppliciter adoro & rogo te existentem & manere volentem in libera voluntate mea. Adiuua me, vt libenter nihil aliud loquar, faciam, dimittam, patiar, velim atq̃ consentiam, quam quod tu me vis loqui, facere, dimitte-

mittere, pati, velle & consentire, idque per merita & sapientiam filij Dei, & patris sui potentiam. ¶O pater, o fili, o spiritus sancte Deus. Ecce tu es trinus in personis, et in essentia vnus verus inseparabilis Deus: & ego sum pauper creatura tua. Rogo proinde bonitatem tuam, vniasme sic tecum in gratia & charitate tua, vt me nihil ab eis auellere possit, sed vt in eis viuere simul ac mori valeã. O pater in manus tuas, hoc est, in sapientiã & bonitatẽ tuã, q̃ sunt secundũ diuinitatẽ tuam manus tuæ, cõmendo spiritum meũ imaginẽ supersanctissimæ Trinitatis tuæ. ¶O Deus vnice, æterne & increate. Rogo te per merita creati humani spũs tui, fac per eũ lucere diuinitatẽ tuã in spũm meum, ipsumq; vere sanctũ, tranquillũ, hilarem, iucundũ ac liberꝝ effice, quo benedicta diuinitas tua in ipso quiescere delectetur. Et hoc ad gloriã tuam, vtq; te cũ omnibus beatis spiritibus ex omni memoria mea diligere possim. Rogo quoq; per merita sanctæ ac doloroſæ animę tuæ, fac per eã radiare diuinitatẽ tuam in animã meam, eamq; totaliter pacatam ac hilarẽ redde, vt te ex cũctis animæ meæ viribus cũ oĩbus beatis animabus diligere valeam, ficq; benedicta diuinitas tua possidere delectetur animã meam. Et hoc ad honorẽ tuũ. Rogo insuper per merita sancti, vulnerati puriſſimiq; corporis tui, fac p illud lucere diuinitatẽ tuam in corpus meũ, ip̃mq; vere sc̃tm, mundũ, sobriũ & castũ effice, q̃ te cũ oĩbus bonis hoĩbus ex toto corde meo cũ oĩbus mẽbris corporis mei diligere queam, ficq; benedicta diuinitas tua in me velut Imperator in tabernaculo suo commorari delectatur. Idq; ad delectationem tuam,

vt esse valeam homo secundum cor tuum,& tu Deus meus pacem & gaudiū in me habere pos sis. ¶Digneriscp tabernaculum istud circumual lare cum omni cœlesti exercitu tuo, qui sic illud custodiat,ne quicq̄ in ipsum admittam, quod dis pliceat oculis tuæ diuinæ maiestatis,vel æternæ sapientiælumen obfuscet,aut pacem sancti spūs perturbet. Quatenus te delectet habitare in cor pore meo ad delectationē tuā: sedere in aia mea ad honorē tuū, & requiescere in spiritu meo ad gloriam tuam. Custodi obsecro sanctum sanctu ariū tuū, in q̄ temetipsum intra me vnxisti. Cu stodi ac protege regnū tuum, nec sinas vlla alie na simulachra occupare templū sanctum tuum. Magis autem exorna illud omni virtute morali, septem donis spūs sancti, octo beatitudinibus aiæ,& septē operibus misericordiæ: & da mihi perficere,quæ iussisti,vitare quæ prohibuisti, ac tota mentis intentione sequi consilia tua. Tribue quoq; mihi septem ecclesię tuæ sanctæ sacramē ta cum digna præparatione suscipere, quatenus tu o vita animæ meæ pacem,& gaudium in me habere possis. Quod nulli magis faueo,quam ti bi o domine Deus meus ex intimo corde meo.

Exercitium fidei pro spirituali communi one. Cap. XLII.

CRedo in Deum. Quod videlicet o benedi cte Deus in mente tua ab æterno fuerim increatus, quodq; modo in me sis per diui nam potentiam atq; præsentiam tuam,& in me libēter velis operari. Credo me prorsus indigni ad hoc, vt in me operari debeas cum diuinitate tua, nisi per sanctissimā humanitatē tuā, per me rita

rita videlicet humani spūs tui in meo spiritu: per merita sanctæ ac dolorosæ aīæ tuæ in mea aīa, & per merita sancti ac purissimi corporis tui in meo corpore me dignū facias. Credo in Deum. Quod videlicet tu, o benedicte Deus, præsens sis in venerabili sacramento cū glorificato corpore, sanctissima anima, gaudioso spū, totaq; diuinitate tua, idq; tam in cœlo, q̄ in hostia corporis tui, tā veraciter sicut sacratissimam carnē tuam sanctissimæ aīæ tuæ in die resurrectionis tuę copulasti, tamq; vere præsens ibidē cum tota diuinitate tua existis, sicut in cœlos ascendens. Per hoc itaq; te suppliciter oro, clementissime Deus vt in me existēs benedicta diuinitas tua seipsam ad seipsam intra me in hoc venerabili sacramēto pro desiderio tuo in tanto amore suscipere dignetur, quanto teipsum in vltima cœna tua suscepisti, quatenus p̄ hoc benedicta diuinitas tua me totaliter immutet, spiritū videlicet, animam & corpus meum per præsentiam gaudiosi spūs tui, sanctissimæ animæ tuæ & glorioſi corporis tui in ipso sacramento latentiū. Etem̄ sacra testatur scriptura: Cū sancto sanctus eris. Cum ergo nullū sanctius corpus, nulla sanctior anima sit sanctissimo corpore & anima tua, nullusq; pacatior & hilarior spūs humano spiritu tuo, qui cū diuinitate tua semper vnitus erat (vñ & dicebas: Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū, tam plenū gaudio tunc in cruce, q̄ nunc in venerabili sacramento existentē) rogo proinde te o amabilissime dñe Deus per sanctissimā humanitatē tuam, vt me benedicta diuinitas tua immutare, & secundū cor tuum efficere dignetur, quatenus in me quiescere te delectet pro omni tristi-

tia, cordis anguſtia, pœnis atq; doloribus tuis, q̃ pro me ex amore in hac valle lachrymarũ ſuſtinuiſti. Et hoc pro qualicunq; gratitudine hic & in æternitate. Dixiſti ſiquidẽ, o amantiſſime, in illa nouiſſima cœna tua, quãdo teipſum ſuſcipiẽs, nobis quoq; teipſum dediſti. Deſiderio deſiderauí hoc paſcha manducare vobiſcum. Sane impletum eſt domine deſiderium tuum. Ecce enim & teipſum ſuſcepiſti, & nobis quoq; teipſum dediſti. Rogo itaq; te, o æterne Deus, imple & nũc deſiderium meum, & trãſmuta me in te, & cum gratia tua mane in me, vt ego in te & tu in me gaudium habere poſſimus, Amen.

Oratio interna de ſummo bono in nudo animæ fundo exercendo pro perfecto Dei amore obtinendo. Cap. XLIII.

IN nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Credo in Deũ. O benedicte Deus, quis es tu? Summũ vtiq; bonum, eſſentia omnis eſſentiæ, lumen omnis luminis, & vita omnis vitę. O increata eſſentia omnis eſſentiæ dñe Deus meus. Ecce teipſum mecum vnijſti, volens vt perpetuo viuere & eſſe debeam, & es vita animæ meæ. Quia ergo teipſum mecum vnijſti, voluntatem meã totaliter proijcio in diuinã eſſentiam tuam, rogans te, vt me ſic vti velis, ſicut vti tũc poteras, qñ adhuc minime creatus erã. (Quærit ſpũs creatus) Quis es tu, o dñe Deus meus? (Reſpõdet ſummũ bonũ) Hoc ſoli mihi cognitũ eſt, (Spũs) Nõne ad hoc me feciſti dñe, vt teipſum per teipſum cognoſcã, cognoſcendo diligã, & diligẽdo fruar? Quis igitur es tu? Iuſſiſti & vis vt te diligam. Sed quomodo diligere poſſum incogni-

gnitū? Quis es obsecro dñe Deus meus? manifesta teip̄m mihi. (Summū bonū) Equidē æterna, vnica, diuina, amabilis, dulcis, delectabilis, tranqlla, virtuosa, incōmutabilis, immobilis, & gaudiosa sum essentia. Et talis essentialiter sum in te & in omnibus hominibus, quippe qui vos oēs exæquo redemi. (Spiritus) Quare o dulcissime sic intra me esse voluisti? (Summū bonū) Quia licet ex te malum facere possis, bonum omnino sine me non potes. (Spiritus) O domine Deus meus, creator et redemptor meus, per sanctissimam amarissimamq; passionē tuam te obsecro, dimitte mihi omnia mala mea, in quibus me misericorditer hucusq; toleraſti, nec eor; iam velis memor esse amplius, sed fac me idoneum ad adorandum te in spiritu meo. ¶ O domine Deus meus iussisti mihi, vt te diligam ex tota anima mea, ex toto corde meo, & ex oīibus cogitationibus meis, & proximum meum sicut meipsum. Sed istud sine auxilio tuo non possum. Ideoque & petere me voluisti, & exaudire te promisisti. Denique sic ais: Si duo ex vobis consenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint, fiet illis. Nunc ergo, o dñe Deus meus, ecce hic coram adsum cum anima, corpore & spiritu meo in diuina p̄sentia tua in simplicitate spūs mei, in qua tu existis, rogās te per merita sacri vulnerati corporis tui, fac lucere per illud diuinitatem tuam in corpus meum, & da mihi sic te diligere, sicut te diligunt charissimi in hoc mundo amici tui, hoc est, ex toto corde meo: Rogo etiam per merita sanctæ dolorosæ animæ tuæ, fac lucere per eam diuinitatem tuam in animam meam, & da mihi tāto te amore proseq, quāto te sanctissimæ

ſin cœleſtibus aīæ proſequūtur. i. diligere te ex to ta anima mea. Rogo denicp per merita deificati humani ſpiritus tui, fac radiare per eum diuinita tem tuam in ſpiritum meum, & fac me tam ardenter te amare, ſicut ſupremi ſpiritus angelici te amant, id eſt, ex tota mente mea. Sicp te diligam cum ſpiritu, anima & corpore meo. In ſpiritu quidem ad gloriam tuam, in anima ad honorem tuum, & in corpore ad delicias tuas. Oro inſuper dulciſſime domine Deus meus, cōuerte omnes peccatores, & conſolare omnes deſolatas animas in purgatorio detentas. Et lux æterna, quæ in eis eſt, & ipſis, & nobis omnibus luceat. Quodque pro me, petīj largire vniuerſis, quatenus omnes tecum vnum in vinculo dilectionis & pacis, & in vnitate ſpiritus effici mereamur, o vnice, æterne ac ſuperdulciſſime Deus, quies benedictus in ſecula, Amen.

Oratio interna pro venia peccatorum, pro ſuſceptione venerabilis ſacramēti, & pro puritate cordis. Cap. XLIIII.

CRedo in Deum. Quod videlicet tu dñe in me exiſtas, & vita ſis animæ meæ, mecūp ſemper permanebis. Quālibet enim multa mala faciam vel feci, ſemper mecū ſecūdum ei ſentiam tuam permanſiſti, quippe cum ſis vita animæ meæ. Sed nec in teipſo turbatus mihi ira ſceris. Quia Deus immotus in teipſo permanes. Attamē amicitiā tuā ſubtrahis animæ peccanti, & lumen ei gratiæ tuæ infundere recuſas, ipmp lucere in ea non ſinis, q̄ diu peccatis ſponte inhæret. Ideocp q̄ties me peccaſſe deprehēdo, intus alloq te Deū meū debeo, dicēdo: O dñe Deꝰ meus ecce

ecce nunc sentio in me quod displicet tibi. Rogo proinde per amarissimam passionem tuam, da vt vere doleam de omnibus illis, quibus perdidi gratiam tuam, eaq; pure confitear, & nulla post hac ratione committam. Equidem libenter ea cõfiteri volo, sperocq; me per gratiam tuam emendatius victurum, confido nihilo minus & in te Deo meo, quod illa mihi libenter ignoscere velis. Nam & amicus tuus esse, & tecum in perpetuum manere desidero. Sed quia sine te nihil possum, nec tamen sine libero consensu voluntatis meæ me saluare vis, ideo te deprecor suauissime Deus meus, qui teipsum mecum vnxisti, mane in me cum gratia tua, vt te in me quiescere delectet. ¶ O benedicte Deus, credo quod quemadmodum in me es per diuinitatem tuam, ita & in cũctis rationalibus sis creaturis, factis ad imaginẽ tuam. Turcis quoque & infidelibus, quippe qui non es acceptor personarum. Sed et ipsi liberum habent arbitrium suum, & tu eos in esse conseruas, nec discedis aliquando ab eis. Porro vita eorum displicet tibi: ideoque & amicitiam tuã subtrahis ab eis. Nobis vero teipsum reliquisti in sacratissimo sacramẽto tuo. Proinde quia nec sine gratia tua, nec sine eiusdem perceptione sacramenti (in quo est sanctissimum corpus tuum & anima tua cũ tota diuinitate tua) viuere possum, dignare reficere esuriẽtem animam meam, & refocillare sitibũdum cor meum glorioso corpore tuo, & anima tua, & benedicta diuinitate tua in hoc ipso sacramento latentibus, quatenus in te mutari, & in gratia ac dilectione tua valeam permanere. Sed & hoc da mihi domine Deus meus, vt ipsum in tui memoriam suscipiam,

tuę videlicet crucifixionis ac mortis. ¶Denique per ineffabilem dolorem illum, quem in cruce ſuſtinuiſti, aufer a me omnes malas delectatiões carnis meæ, & adiuua me, vt nullam ſiue in cœlo ſiue in terra delectationem requiram, & omnem pœnam ac dolorem æquanimiter feram, vt ſic te in me quieſcere delectet. Sed & per magnam paupertatem illam, quã ex amore pro me in cruce & toto ſpacio vitæ tuæ ſuſtinuiſti, omnẽ in me rẽp temporaliũ ſitim & cõcupiſcentiã extingue, et da mihi, q̃ placita ſunt tibi in aĩa et corpore. Quia tu ſolus, quibus indigeam, optime noſti. Ideoque & fiducialiter in te proiẽcio oẽm curam & ſollicitudinem meam, libenter facturus omnem voluntatem tuam. Poſtremo per maximam ignominiam illam, quam ex amore pro me in cruce ſuſtinuiſti, ita vt latrone te ſceleratiorem iudicarent, omnem a me ambitionem & animoſitatem repelle, quatenus in me honoretur benedictum nomen tuum. Extrahe quoq; ex me quicquid diſplicet tibi, & reſtitue mihi quæcunque placita ſunt tibi, facque me hominẽ ſecundum cor tuum, vt ſic tibi placere valeam, & teipſum in me, quoties placuerit tibi, ſpiritaliter ac etiam ſacramentaliter accipere poſſis. Quod tibi dulciſſime domine Deus meus ex intimo fa ueo affectu cordis mei, nec vlli libentius quam tibi, quatenus in me iuxta voluntatem tuam per merita tua impleatur deſiderium tuum, Amen.

Oratio pro humilitate ac patientia. Cap. XLV.

Da

DA mihi, o amabilissime domine Deus, vt nō sim superbus, sed magnanimus, innitens auxilio gratiæ tuæ: non pusillanimis sed humilis, de meipso semp̄ humiliter sentiēdo: Quicquid enim boni facio, non ego hoc operor, sed tu in me et per me illud facis. Da igitur mihi domine, vt de meipso semper humiliter sentiā, sicque incessanter cogitem. O domine Deus, sine te nil possum. Quicquid ergo bene feci, hoc tu ipse fecisti, & de illo laus tibi sit & honor, quod videlicet hoc bonum in me & per me es operari dignatus, quod ego nequaquam merui. Et si forte hoc alij̄ in peius interpretentur eisq̄ displiceat, da quæso vt hoc me minime perturbet. Ego enim illud non feci, sed omnia opera nostra tu operatus es nobis. Obsecro te o mi dilectissime, adiuua me, vt propter neminem bonum ali quod omittam, & quoties præter iustitiam aut æquitatem aliquid sustineo, in vera patientia perseuerē, considerans quod tecum & cū omnibus sanctis tuis eundem passionis calicem bibā. Da quoq̄ mihi, vt semper longanimis & humilis existam, quatenus me tecum exhilarare possim. Hoc etenim ex corde faueo tibi o amantissime. Tu nāq̄ solus me p̄fecte cōsolari potes. Breuis aūt & modica est oīs humana consolatio, prout q̄tidiana experientia addisco. Maledictus ergo q̄ confidit in hoīe. Non em̄ hoies adiuuare nos possunt. Sed Deus p̄ ipsos nos adiuuat p̄ gratiā suā, quam p̄ vnum hoīem alij̄s ministrat. Nemo proinde in hoīe q̄cunq̄ cōfidere debet. Soli nāq̄ Deo oīs laus & honor pro oīi beneficio debet, qui et cor nostrū sine felle habere appetit. Vnde & ip̄m sæpius hoc pacto orare debemus:

O do-

O domine Deus meus, custodi obsecro cor meum, & aufer a me omnem in me obicem gratiæ tuæ, & restitue mihi, quicquid auget & nutrit in me gratiam tuam, vt in me pacem & gaudium habere possis. Quod tibi quam optime fauco, nec alicui libentius quam tibi, suauissime & superdulcissime domine Deus meus.

De tribus capitalibus vitijs mundi, & quid aduersum ea dominus pertulerit. Cap. XLVI.

IN epistola sua sanctus Ioannes: Omne quod est in mundo (ait) concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum & superbia vitæ. Contra hæc filius Dei tria valde grauia, pœnalia & ignominiosa sustinuit tormenta in omni vita, maxime autem in cruce sua. Et primo contra delectationem carnis omnem pœnalitatem a planta pedis vsque ad verticem capitis sui, sicut & per prophetam suum conqueritur, dicens: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Secundo contra concupiscentiam oculorum, omnem paupertatem præsertim in cruce sustinuit, in qua nimirum totus nudus ac nimium sitibundus pependit, prout ipsemet querulatur, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet, vbi caput suum reclinet. Tertio contra superbiam vitæ omnem contemptū, despectum, confusionem atque irrisionem sustinuit. De quibus ipse conqueritur, dicens: Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Hæc itaq; velut speculum ob oculos ponere

nere & in eis nosipsos considerare debemus et attendere, vtrum etiam auarum & insatiabile habendi desiderium ita in nobis mortuum sit & extinctum, vt pro amore ipsius libenter & nos aliquam inopiam patiamur. Et vtrum etiam voluptuosa carnis delectatio ita in nobis mortua sit, vt propter amorem ipsius libenter omni delectatione & sensualitate careamus. Et vtrum denique etiam crudelis ambitio adhuc in nobis viuat, ita vt alijs præferri & ab alijs honorari & reputari velimus, nec pro amore ipsius nos contemni patiamur. Quę vbi intra nos deprehenderimus, continuum inde in anima dolorem habere debemus. Si enim Christū veraciter sequi volumus, contemptum magis quam honorem sectari & amare debemus, id est, potius humiliorem ac infimum statum, vt Christum sequamur, quam altum aliquem, in quo ad superbiam erigi, & animas nostras commaculare possemus, eligere. Et potius infirmitatem, quam sanitatem, id est, potius corpus infirmum ac debile, in quo non delectet nos alicui voluptati, vel sensuali delectationi vacare, quam pingue & forte corpus, quod nos ad illicitas trahat voluptates. Denique & paupertatem magis quam diuitias, id est, potius esse velle pauperes, vt intus ad dominum irę cōpellamur, quam per diuitias superbiæ & ambitionis sordibus inquinari, & per hoc a domino elongari. Et vt ista obtinere & de oīibus in contrarium admissis veniam cōsequi possimus, orationes subsequentes cum tribus dominicis orationibus frequēter legere debemus. Idq; potissimum vespertino tempore, quo valde oportunū erit in his nosipsos examinare ac rephendere.

Oratio

Oratio contra tres radices omnium peccatorum.

O Abyssalis bonitas effluentissimæ charitatis Dei, per quã charitatem tui pia tibi, o abyssus diuinitatis, summe complacens teipsam cernẽdo in teipsa, & in oibus creaturis tuis. Oro te Deus meus p̃ maximas pœnalitates illas, quas nobilissima humanitas tua trigintatribus annis, potissimũ in cruce sustinuit, quãdo videlicet oĩa sancta mẽbra tua plena erãt acerbissimo dolore, extrahe ex me oẽm tibi contrariã delectationẽ. Et adiuua me, vt nullũ siue in cœlo siue in terra delectationẽ requiram, omnem dolorem ac pœnam libens sustineã, & ad hoc solũ aspiciam, vt tu in me delectationẽ habere possis, hic incipiendo & in perpetuum durando: Idq̃ pro qualicunq̃ gratitudine pro omnibus quæ pro me tulisti facere ac pati dignatus es, & adhuc libenter ex amore sustinere velles. Pater noster.

¶ O modinescia diuinitatis essentia, q̃ tibi soli per diuinam, æternam & increatam sapientiam tuam es cognita. Rogo te per maximam paupertatem illã, quam nobilissima humanitas tua in terris trigintatribus annis, potissimum in cruce pro me ex amore sustinuit, aufer a me oẽm habẽdi superfluitatem. Et da mihi, vt nihil siue in cœlo siue in terra habeam possidamve, quã quod tu me habere vis pro auxilio ad seruiendũ, placendumq̃ tibi ad delectationem tuam hic & in æternitate, Amen. Pater noster. Aue Maria.

¶ O abyssalis diuinæ potẽtiæ, quę p̃ oĩpotẽtem potentiã, sapientiam & bonitatem tuã, cœlum terramq̃ & oĩa quæ in eis sunt, cõdidisti.

Rogo

Rogo te, o abyssus amoris, per maximam despectionem & confusionem tuam, quam in nobilissima humanitate tua trigintatribus annis, potissimum in cruce, sustinuisti, quando videlicet Iudæi tibi exprobrando dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: & quando te Deum ac dominum meum inter duos latrones medium suspenderunt, etiam altius præ illis, quippe qui te viliorem illis ac sceleratiorem reputabant, quæ profecto confusio & ignominia, præcelsam ac nobilissimam naturam tuam plurimum affligebat, cum esses verus Deus & homo, Deus ex substantia patris, & homo ex substãtia castissimæ matris tuæ, & ideo omni honore dignus. Rogo (inquam) bonitatem tuam, o superchariſſime Deus meus, extingue in me oẽm superbiã & peruersam amaritudinẽ, quã fortassis erga proximos & persecutores meos habeo, vt me gratis odio habeãt. Et da mihi nulla ratione a bono ope pro tuo amore cessare, cũctisq; persecutoribus meis verã peccatorũ suorũ agnitionẽ & dolorẽ tribue, quatenus illis sese corrigẽtibus ego cor meũ suauius tibi valeã applicare, & sic in me pacẽ & gaudiũ habere possis, Amẽ.

Pulchræ quædam internę oratiões ad Deum Cap. XLVII.

O Domine Deus meus, tu es creator meus & ego sum pauper creatura tua. Et quia nihil odisti eorum quæ fecisti, ne despicias quæso pauperem animam meã, sed perduc eam ad vitam æternam.

O domine Deus meus, tu me tam chare emisti, & tam chare pro me satisfeciſti, precioso vi-

oso videlicet sanguine tuo & amara morte tua. Rogo te domine Deus meus, ne in me pereat amarissima passio tua.

¶O dulcissime domine, tu es Deus meus. Ideoque te suppliciter oro, per diuinum ac sanctum nomen tuum, non mihi retribuas iuxta opera mea, sed secundum infinitam misericordiam tuam.

¶O dulcis domine, tu es pater meus, & ego, (licet indignus) sum filius tuus. Rogo proinde bonitatem tuam, o amantissime pater, da mihi per paternam fidelitatem tuam, sic me erga te habere, sicut decet bonum filium erga patrem suū, & fac me consortem hereditatis tuæ, quam hea peccatis meis perdidi.

¶O dulcis domine, tu es Iesus, id est, saluator, qui non solum curare viuos, sed & mortuos suscitare venisti. Rogo te vt omnes peccatores conuertere, & omnes in purgatorio detentas animas a pœnis omnibus absoluere digneris, Amen.

De frequenti communione spiritali & innouatione spiritus. Cap. XLVIII.

QVoniamquidem anima nostra sine spiritali & sacramentali communione, diu in vita gratiæ viuere non potest, ideo saepius per diem ac noctem dignissimum dominici corporis sacramētum desiderare debemus. Quatenus per illud in vitam gratiæ transformari valeamus, & spiritus noster per præsentiam gratiosi spiritus sui in diuina præsentia sua iugiter permanere, & anima nostra per prēsentiā sanctæ animæ suæ ipsi obedire, ac denique per sacrum

glo-

gloriosumq; corpus suum, in vera puritate corpus nostrum conseruari possit. Sæpius (inquam) per diem ac noctem ipsum spiritaliter suscipere desiderabimus. Et quidem in nocte cum conuersis peccatoribus voluntatem ac propositum habebimus vitam nostram corrigendi, & nobisipsis moriẽdi. Quoties enim domino Deo nostro, & hominibus pro amore ipsius seruire proponimus, toties Deum spiritaliter sumimus. Mane sub missa cum sacerdote ac deuotis hominibus ipsum spiritaliter accipere desiderabimus, quatenus omnium bonorum operum, passionisque Christi participes efficiamur. In meridie cum amante anima, præ amore languente ac dicente: Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post voluptates seculi, sed a te solo refici & pasci merear. Quicquid enim initium aliquod habet essentiæ suæ, me satiare non potest. Post meridiem cum infirmis ac debilibus, quo infirma inde anima nostra refici ac refocillari queat. Ipse nanq; dominus ait: Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et rursus: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. In cœna, quando nimirum ipse seipsum nobis ex nimia charitate dedit, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; & hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur, teipsum ei viciſſim offeras in vnione amoris illius, quo seipsum propter nos in manus inimicorum suorum tradidit, capi, ligari, flagellari, coronari, condemnari & crucifigi permisit, ac demum mortem amariſſimam sustinuit: in

quo videlicet amore, & ego ipſe viuere ac mo
ri deſidero, meque ipſum tradere in manus o-
bedientiæ ad omnem pœnalitatem, inopiam at
que contemptum. ¶Denique cum tam præcla-
riſſimum intra nos bonum habeamus, animam
noſtram tam nobiliter reficiens, amoroſe ample
ctens, & in ſeſe tranſmutans, ac die noctuque
diuinis inſpirationibus ſuis nos paſcere non ceſ
ſans, ideo noſipſos ſæpius ei viciſſim in vnione
amoris cum ignitis ac amoroſis aſpirationibus
in hoſtiam laudis offerre debemus, ſpecialiter
quando extrouerſionem aliquam ſentimus. Ipſe
nanq; dominus ait: Conuertimini ad me, & con
uertar ad vos. Et: Qui non eſt mecũ, contra me
eſt: & qui non congregat mecum, diſpergit. Ideo
que o anima mea, ſemper vnum oculum tuum
in Deum tuum, alterum vero in fundum defectu
um tuorum dirige, obſeruans iugiter, quantum
humana finit fragilitas, inclinationẽ cordis tui.
Siquidem & magnus quidam magiſter aſſerit,
quod quoties homo cum voluntate ſua reuerti-
tur, & ſpiritum ſuum ſupra tempus in Dei ſpiri
tum eleuat, quicquid vnquam deperditum fuit,
totum in momento recuperatur, adeo vt ſi hoc
vel millies per diem facere poſſet, ſemper inno-
uationem quãdam perciperet. Etenim in his in-
ternis operibus eſt verior ac intimior vnio, quæ
eſſe poſſit. Quando nanq; ſpiritus totaliter cum
intimis ſuis ſeſe immergit, & liqueſcit in intimũ
Dei, tunc ibidem reformatur innouaturque, tan-
toque magis a ſpiritu diuino attrahitur ac tranſ-
formatur, quanto magis interne ac ordinate pro
ceſſit, & Deum ſuum in his ſemitis intime dile-
xit. Siquidem & ipſe Deus hic ita ſeſe animæ lan
gitur,

Citur, quomodo sol splendorem suum aeri communicat, ipsum quasi totaliter in splendorem transformando, ita vt differentiam lucis & aeris nulla oculorum acies comprehendere, nulla discernere possit. Quis ergo discernere queat diuinam, sublimem & supernaturalem hanc vnionem, vbi spiritus assumptus & in abyssum sui principij est intractus? Plane si possibile foret spiritum in hac vniõe cernere, dubitaremus vtique, vtrum Deus esset. In his intimis spiritus noster semper ascendit & eleuat se supra se, adeo vt nulla vnquam aquila tam alte contra solem corporalem sese erexerit ac euolarit, nec ignis in cœlum conscenderit, quomodo hic spiritus contra diuinam caliginem ascendit, prout sanctus Iob innuit, dicens: Viro, cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris, incomprehensibilitatis videlicet Dei. Ibi nanq; transcendit omnia, quæ ascribi ei possunt, & omnino nominis, formæ & imaginis sit expers, omnem (vt ita dicam) modum & essentiam transcẽdẽs. Deniq; hęc est essentialis introuersio, cui mirum, in modum intempestæ noctis silentium suffragatur.

Qualiter nomen Dei cum reuerentia proferre debeamus. Cap. XLIX.

QVum præceptum sit, ne nomen Dei in vanũ assumamus, ita, dominũ alloquuturi, dicere debemus: O benedicte Deus. Quod nimirum altissimum ac reuerendissimum est nomen, quo ipsum exprimere possimus. O nanque dicitur ex diuinitatis admiratione. Siquidẽ, o, sphericæ figurę existens, principio, fine fun

doque caret, per quod profecto diuinitas ipsa de
signatur, quæ lux est inaccessibilis & indeficien
summa altitudo, incomprehensibilis latitudo, in
finita bonitas, abyssalis ac supereffluentissima
opulentia, in qua est omnis gratiæ & benedictio
onis plenitudo, in qua etiam sunt omnes thesau
ri scientiæ, sapientiæ & bonitatis absconditi, in
qua omnis potestas & victoria continetur, per
quam omnes creaturæ tam in cœlo quam in ter
ra benedicuntur. Quæ cum ita sint, sæpius eam,
quæ sequitur, orationem cum reuerentia & intí
ma gratitudine ad ipsum fundere debemus, vt
nos sua paterna benedictione replere digne
tur.

Oratio deuota pro cœlesti benedictione obtinenda, & de præsentia diuina.

O Benedicte Deus, tu es origo omnis boni,
fons viuus in quo omne bonum consistit,
& vnde bona omnia tam in cœlo quam
in terra profluxerunt. Tu es gratiæ plenitudo, in
animæ vnitatem infusa. Tu denique es ille, a quo
bona cuncta et omnis benedictio procedit. Qua
propter, o benedictionis pater, en ego modica
portio creaturæ tuæ te humiliter oro, benedic a-
nimę meæ superexcellenti gratia effluentissime
bonitatis tuæ, & custodi eam in manibus tuis,
quæ est facta ad imaginem & similitudinem tu
am, quam & inhabitas, & es vita ipsius, eamq
in te conseruas. O vita viuentium, lumen lumi
num, essentia essentiæ, amor amoris, vnde ex i
timis medullis & ex abyssali bonitate patern
cordis tui effluxi, teque ipsum mihi inspirasti v
ta existens animę meę, quam & in te conseruas
& p

& per diuinam essentiam tuam in vnitate essentiæ eiusdem animæ meæ commoraris, potentia & virtus existens spiritus mei, sapientia & lumen mētis meæ, bonitas implens & amplexãs, regens & in amore virere faciens animam meam. Vnde etiam ex te profluxi, sicut dilectus ex dilecto. Ideoq; & oīmium charorum tu mihi merito charissimus es, qui per diuinam prę sentiam tuam iugiter perseueras in anima mea, nec vnquam inde recedes, quia sine te nec ad momentum viuere posset, eamque tibi singulariter sociastiac conseruasti. Quod certe (si ad terrenam amicitiam spectes) nec regibus, nec principibus, nec vllis omnino concessum est creaturis, quippe quos saltem interdum, velint nolint, ab amicis suis oportet separari. Tu vero, o amantissime ac desiderabilissime domine Deus meus, sem per mecum prę sentialiter permanes, quod oīmia dona diuitiasque longe transcendit, cum sis ipse multo donis omnibus præstantior, in quo quicquid amabile, pulchrum, diues & nobile, quicquid precioſum ac delectabile, quicquid etiam diligibile ac desiderabile esse potest, copiosissime totum inuenio possideoque. ¶ O benedicte Deus; totius boni origo, adiuua me, vt maneam in te, & viuam semper in amore tuo. Te siquidē nocte ac die suspirat anima mea, quam nec implere nec satiare aliquid potest nisi tu domine, qui voluptates omnes excedis. Custodi, o domine, animam meam, & da mihi, vt extra te solatia nulla requiram neque desiderem, vt sic anima mea munda & libera ab infimis quibusque permaneat, & tibi, o charorum charissime, soli viuat. O domine Deus meus, quantum bonum,

quamq; magnificum est hoc beneficium tuum, quod in summa animæ meæ vnitate commorari dignaris, tam celsus, nobilis, pulcher, sapiens, & diues existens, & in ea permanere, nec vnquam inde recedere statuisti. O si semper istud sciuissem, semper perfecte rediissem, quod videlicet intimum animæ meæ inhabitans, in eodem continue perseueras, quam honeste ac reuerenter in tua me præsentia iugiter habuissem. Credebam nanque habitare te in cœlestibus, & esse quidem vbiq;, habitare autem te etiam in anima mea, ipsamq; esse regnum & templum tuū, in quo sanctum sanctorum absconditum est, penitus ignorabam. Nec intelligebam miser, quod nos in oratiõe tua docuisti, nos videlicet esse cœlos, in quibus existis, & regnum, quod possidere ac regere desideras. ¶ Quærebã igitur te in cœlis, & ecce in meipso eras, qui ipse es cœlum, omnium sanctorum & angelorum agminibus cõstipatum. Festa quoq; exterius vtcunq; celebrabam, sed interius vbi excellẽtissimo modo peraguntur, ea minime obseruabã. Magna etiã foris agere & pati volebam, sed meipsum tibi minime resignabam, nec patiebar intus nobilissimam inactionem tuam, cunctis externis operibus nostris millecuplo sublimiorem nobiliorẽque. Quippe qui præcipuam felicitatem nostram in te patiendo constituisti, vt videlicet nosipsos tibi funditus resignemus, & ad extremum vsq; sustineamus opus tuus intus exteriusq;. Quod vtique facilius est, quam operari, cum plus pati, q; agere valeat anima nostra. Si ergo credo veraciter esse te in me, libenter me totum tibi debeo resignare, & sustinere (vt ita dicam) inactionem

& extu-

& extra actionem tuam. O quam beatissimę virtutes sunt fides, spes & charitas, quæ me extra me ducunt in te Deum meum. ¶O reuerendissime Deus, credebam aliquando in cæcitate mea, quod quando male egeram, te extra me repulissem. Quod tamen cum sis vita animæ meæ, nec ad momentum fieri possit. O nobilissime inhabitator & præcipua celsitudo, tu semper in me permanes, nec vnquam discedis a me, nec quãlibet impie viuam, per tui turbationem irasceris mihi. Vbi nam quæso inuenire aliquem poterimus, qui non saltem interdum repellat & offendat amicum suum, aliquam ei infidelitatem exhibendo? Sed non sic tu Deus noster. Tu nanque es immobile & imperturbabile bonũ. Qui nihilo minus quum sis iustus & misericors, male agenti mihi gratiam, & amicitiam tuam subtrahis, & per iustitiam tuam punis mala mea. Si vero conuersus misericordiam postulauero, libenter mihi totum indulget misericordia tua, per amarissimam passionem tuam, & affectuose me suscipis in gratiam & charitatem tuam. O quanta, quam fidelissima & stabilis erit amicitia ista, vbi dilectus a dilecto non valet separari, nisi quod absit, ab ipso nos sponte separauerimus.

Breue exercitium super oratione dominica. Cap. L.

PAter noster] Qui nos creasti ad imaginem & similitudinem tuam, quique es vita animarum nostrarum. [Qui es] trinus nimirum & vnus, nobilis, amorosa, dulcis ac diuina essentia. [In cœlis] In me videlicet & in oĩbus

rationalibus creaturis, in quibus cœlum tuum constituisti. Hæc est orationis dominicæ præfatio, siue modus, quo Deum primo alloqui debeamus. Iam septem petitiones eiusdem a domino postulandæ sequuntur. [Sanctificetur nomen tuum] Tunc nomẽ Dei nostri sanctificatur in nobis, cum diuinitas eius sic nos intus illustrat, vt exterius in nobis appareat, vt omnes qui viderint nos, glorificare valeant patrem nostrum qui in cœlis est. [Adueniat regnum tuum,] Regnum quippe Dei est anima nostra, in qua libenter existit. Ideoque in hanc ipsum sæpius inuitare debemus, orantes vt pro acceptissimo suo beneplacito eam regere dignetur. [Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra] Hoc est, quod orare debemus, vt videlicet quemadmodum voluntas eius superius in cœlis in omnibus tam angelis, quam sanctis impletur, ita & hic inferius in terra in nobisipsis fiat & impleatur. Etenim sancti omnes potius corpora sua denuo assumere, & in eisdem omnia quæ passi sunt, iterum pati: & angeli potius in nihilum redire, quam creatoris sui voluntatem vel semel præterire vellẽt. [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie] Panem videlicet gratiæ, pœnitentiæ, venerabilis sacramenti, doctrinæ & corporalis refectiõis. [Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris] Qui peccant in nos, præceptum Dei trãsgrediuntur, sicut & nos peccando in alios, idipsum violamus. Sed non dimittet nobis pater noster cœlestis peccata nostra, nisi & nos prius remittamus vnusquisque fratri suo de cordibus nostris. Et quia peccata dimittere non possumus, vltionẽ expetere vel ap-

pete

petere prohibemur. Domino autem vindictam tribuere debemus,& ipse sicut promisit,retribuet. Attamen quantum in nobis est, nihil eis propterea mali fieri optemus,sed Deum potius pro eis rogemus,vt cum illo vniri, & sine medio ad gaudia cœlestis patriæ peruenire queant.Sicque orando pro eis,sine dubio & nobis idipsum impetramus. [Et ne nos inducas in tentationem] Id est,nō sinas,pie domine,vt nos vel caro, vel mundus,vel diabolus in cuiusuis peccati tentationem sic inducat,vt ei vel desiderio,vel delectatione, vel consensu acquiescamus. [Sed libera nos a malo] quod flammis tartareis exuri oportet.Dicamus omnes,dicamus singuli cum vniuersa sancta ecclesia [Amen.] id est,fiat ita nobis,purissima virgine Maria intercedente apud benedictum fructum sanctissimi ventris sui,Iesum Christum dominum nostrum.

Deuotum exercitium & diffusior explanatio super oratione dominica cum septē solitudinibus Cap. LI.

PAter noster] Qui es principium & creator omnium rerum.O pater amantissime,tu omnia potes,omnia cōseruas, omnia cognoscis,omnia pascis & nullius indiges. O pater omnium,tu intentionem intelligis,respondes cogitationibus,desideria cognoscis.O pater per te cōfortamur,admonemur,instruimur. [Qui es] O pater amantissime,quis enim es tu? Qui est. Et quis est ille qui est? Altissima Trinitatis vnitas,quæ profecto nil aliud est,quam libera,nobilis,amabilis,dulcis, immobilis,diuina essentia, continens in seipsa diuinam & altissimam Tri-

 nitatem.

nitatem. O essentia omnis essentiæ, o vita omnis vitæ, o lumen omnis luminis. Satis te laudare non sufficio, cum sis incomprehensibilis, ineffabilis, nec vllis literis explicabilis. Tibi vero soli duntaxat cognita. A, a, a. A pater, A fili, A spiritus sancte. Ecce nescio loqui, qa puer ego sum & pollutus labijs. Minor sum, quam laudare te sufficiam. Væ, vę, væ. Væ mihi Deus pater, peto præteritorum peccatorum meorum veniam. Væ mihi Deus fili, peto aduersus quotidianas culpas meas adiutorium. Væ mihi Deus spiritus sanctæ, peto æternæ pœnæ meæ relaxationẽ. [In cœlis] Quid obsecro, & qui sunt hi cœli, in quibus es Deus meus? Sane, o pater amantissime, hi cœli sunt oẽs rationales creaturæ tuę, angeli videlicet & homines. Rogo proinde te, o æterna veritas, o æterna sapientia, & o amabilis vnitas, sine qua nil possum, trahe me in te, et vni mecum, nec sinas me viuere sine te, qui es anima & vita animæ meæ.

Prima petitio, & prima solitudo diuinitatis.

SAnctificetur nomen tuum] Rogo te dulcissime domine Iesu Christe, per merita sacro sanctæ humanitatis tuæ, permitte diuinitatem tuam lucere in me, vt per virtutem eiusdem diuinitatis tuæ sequi valeam vestigia sanctissimæ humanitatis tuæ, quatenus inde sanctificetur benedictum nomen tuum. Et deduc me in solitudinem diuinitatis tuæ, eo, videlicet, vbi nulla te præter te intelligit creatura: & da, vt in hac solitudine sic aberrem, vt nunquam inde exire possim, sed meipsum cum omnibus ama-

amantibus ſpiritibus in abyſſo tuæ diuinitatis amittam.

Secunda petitio, & ſolitudo eſſentialis pœnitentiæ.

ADueniat regnum tuum] Expulſis inde cunctis hoſtibus tuis. O nobiliſſime amator animarum, obſecro te per omnia miracula tua, quæ vnquam in terris feciſti, præſertim Hieroſolymis in templo, quando omnes inde ementes & vendentes eieciſti, permitte lucere in me diuinitatem tuam, & per teipſum poſſide animam meam, quæ eſt regnum tuum, eamque pro tuo gratiſſimo beneplacito guberna: Et per duc me in ſolitudinem veræ eſſentialis pœnitentiæ, vt omne malum deſeram, & omne peccatū & iniquitatem odio habeam.

Tertia petitio, & ſolitudo vitæ ſpiritualis.

FIAT voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra] Da mihi pijſſime Deus, vt voluntas tua in me & in omnibus creaturis tuis ita fiat in terris, quomodo in omnibus fit ſuperius in cœlis, vbi omnes ſancti in tua ſic voluntate concordant, vt in nihilum mallent redigi, quam vel ſemel tuæ diuinæ per inobedientiam reſiſtere voluntati. Nunc ergo o cœleſtis pater, impleas oro in me diuinam voluntatem tuam, (Ego enim, prout ipſemet dixiſti, ſine te nil poſſum facere) Et deduc me in ſolitudinem veræ ſpiritualis vitæ: vt ſecundum ſpiritus nobilitatē viuere poſſim: Desq; mihi mundiciam ſpiritus, animæ & corporis, obedientiam & eſſentialem

pauper-

paupertatem. Et per meritum humani gaudioſi ſpiritus tui, permitte diuinitatem tuam lucere in ſpiritum meum, eumque vere pacatum & tranquillum effice (In delicijs enim habitare vis) & liberum (non enim vis arctari) quatenus benedicta diuinitas tua quieſcere delectetur in ſpiritu meo, ipſumque regere ad gloriam tuam.

Quarta petitio & ſolitudo cordis.

PAnem noſtrum quotidianum da nobis hodie] Sine te nanque diu ſubſiſtere non poſſumus. Da itaque ſemper nobis amantiſſime pater, panem reuerendiſſimi ſacramenti tui, vt inde reficiãtur animæ noſtræ, & panem naturæ, quo ſuſtẽtentur corpora noſtra. Et deduc me in ſolitudinem cordis mei, vt ibi tecum ſim ſolus. Ecce enim domine Deus meus intime ac deuote te obſecro per amoroſum cor tuum, perque merita ſanctæ ac doloroſæ animæ tuæ, permitte in me & per me radiare diuinitatem tuam, quo eadem benedicta diuinitas tua delectetur poſſidere animam meam, & hoc ad honorem tuum. Et omnes vires animæ meæ reſtitue locis ſuis, vt inde tibi honor accedat, & cum eis gratiſſimum beneplacitum tuum valeas operari.

Quinta petitio & ſolitudo cœli.

ET dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris] Da pater amantiſſime, vt hic vere cognoſcam, quod omnino me oporteat alijs ignoſcere, ſi mihi debeat ignoſci. Ideoque dulciſſime pater, pro omnibus qui mihi quouis modo vnquam male fecerunt,

runt, bonitatem tuam humiliter oro, vt eis hoc ignoscas: & mihi quoque quicquid aduersum te & proximos meos deliqui, indulgeas: veramq; mihi patientiam largiaris, vt me in nullo vlciscar, nec vltionem appetam. Et perduc me in cœli solitudinem, ad quam nos cõdidisti, in qua omnes soli sunt in te summo bono, vbi nemo peccat in alium: vbi perpetua quadam tui esurie tenentur, adeo vt cum mille annis tui iucunda fruitione potiti sunt, non nisi vna die, imo non nisi vno momento sibi potiti videantur. Vbi etiam omnes vere pauperes sunt. Quia seipsos in te Deo suo amiserunt, & lætitia sempiterna est super capita eorum. Vbi denique seipsos in speculo supersanctissimę Trinitatis tuę in æterno semperque mansuro gaudio cum continua quadam renouatione contemplantur. Rogo itaque te domine Deus meus, amantissime pater, per merita puriſſimi sauciſque corporis tui, vt diuinitas tua habitare delectetur in corpore meo ad gloriam tuam, quo in me pacem & gaudium habere possis.

Sexta petitio & solitudo mundi.

ET ne nos inducas in tentationem] O domine Deus pater omnipotens, ne quæso permittas, vt me vel caro, vel mundus, vel diabolus in vllam tentationem cum mea delectatione vel cõsensu inducat. Sed perduc me in mundi solitudinem, qui omnis veræ pacis & æternæ securitatis est expers, in quo intricata & peruersa sunt omnia. Ideoque o fallaciſſime munde fugere te volo, ne tuis periculis inuoluar tecumq; peruertar.

peruertar. Atq; vtinam mihi cunctisq; inhabitā
toribus tuis amarescas.

Septima petitio & solitudo inferni.

SED libera nos a malo] O Deus pijssime,
da vt veraciter doleam de omnibus con-
tra tuam voluntatem a me perpetratis atq;
commissis, vtque ea pure confiteri & perfecte
emendare studeam. Et deduc me in inferni soli-
tudinem, qui ab omni bono desertus est, vt il-
lic cernere valeam, quam seuere mala punian-
tur, ne me quandoque male agere delectet, sed
vt magis sanctissimæ vitæ tuæ exempla sequi
contendam, & extra me fugiens, in te habitem
summo & optimo bono meo. Denique iam
cum omni sancta ecclesia dico [Amen] id est,
fiat.

Deuota meditatio super angelica salutatio
one. Cap. LII.

AVE Maria] Salutent te, o benedicta in
uentrix gratiæ, castissima virgo Ma-
ria, abyssales & immobiles diuitiæ essen
tiæ diuinæ. Salutet te omnipotentia patris, qui
te elegit, vt omnipotens verbum suum in ca-
stis visceribus tuis carnem & sanguinem pro
nostra salute assumeret. Salutet te Iesus Chri-
stus verus Deus & homo. Salutet te spiritus
sanctus, per potentiam patris & sapientiam fi-
lij viuificans & illustrans omnes id ex animo de-
siderantes. [O Maria] tu aptissimum sempe
venerandę Trinitatis instrumentum fuisti, quod
ipsa prior nominis tui litera M designat. A ve-
ro spiritus tui paupertatem, R animæ & corpo-
ris

ris tui puritatem. I te fuisse internam in spiritu significat. Dulces nanque & deuotissimæ aspirationes tuæ sublimem & immobilem diuinitatis montem commouebant, vt in te flueret. Et quia Deo semper vnita eras, ideo & ipse se tecum vniuit, qui est Alpha & O, principium & finis. Et hoc vltima signat litera nominis tui, A. Vtinam nunc, o beatissima Maria, te ex me sanctus Gabriel archangelus cum omnibus cœli ciuibus salutet, renouans tibi vel centies millies angelicam suam salutationem eo modo, quo a charissimis tui amatoribus vnquam profertur. [Gratia plena] O dulcissima virgo Maria, mater pulchræ dilectionis, quæ est ipse Deus, vere gratia plena es, illa videlicet gratia, quæ est Deus ipse, qui propter nos ex te fieri dignatus est homo. O Maria mater sanctæ spei, Christi videlicet humanitatis, in qua tota spes nostra consistit, per quam & redempti sumus. Obsecro te per vnionem illam, quæ erat, & est, & erit semper inter diuinitatem ac humanitatem, purissimumque corpus & animam tuam, ora pro me dilectum filium tuum, vt me secum vnire dignetur, quo gaudium eius in me sit, & gaudium meum in ipso impleatur. [Dominus tecum] O Maria dulcissima, dominus tecum est. Dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus. Non tamen tres domini, sed vnus dominus. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Non tamen tres dij, sed vnus Deus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus. Attamen nō tres increati, nec tres æterni, sed vnitas in Trinitate, et

Trini-

Trinitas in vnitate, tres in vna potentia, sapien
tia & bonitate. O Maria pñssima, tecum erat,
est & semper erit beata Trinitas. Tecū est Chri
stus Iesus Deus & homo in vna persona, sicu
men, vt nec humanitas in diuinitatem, nec diui
nitas in humanitatem trāseat. Qui cum esset D
us ante secula, ex te o virgo castissima factus est
homo in fine seculorum. Quapropter oro te, o
dignissimum summæ Trinitatis instrumentum,
vt eiusdem supersanctissimæ Trinitatis vnita
tem pro me depreceris, vt Deus omnipotens pe
sanctissimæ Trinitatis suæ virtutē, meritaq; i
cratissimæ humanitatis suę me idoneum facia
cum quo esse possit & ego secum, & in quo gra
tissimam suam voluntatem perficere queat.
[Benedicta tu in mulieribus] O mater domin
mei, vere benedicta tu inter oēs mulieres. Qui
de tui benedictione cœli & terra cunctaque
eis existentia lætantur. Benedicta quoque tu
ter omnes creaturas. Quia in tuis castis visce
bus Deus homo factus est, te nihilo minus vi
gine inuiolata permanente, qui etiā nouē me
sibus in te quieuit, virgineaque suxit vbera
O igitur virgo castissima, ostende mihi nunc
ternam pietatem tuam, & exhibe dilecto fil
tuo glorioſa sanctaq; vbera tua, ex quibus pr
pter nos refici dignatus est, eumq; deprecer
patri suo quinque sacratissima vulnera sua,
pro nobis ex amore sustinuit, obtendat, quate
per ea ab omnibus peccatis meis emunder,
pse pacem & gaudium in me habere possit.
benebictus fructus ventris tui] O virgo p
ma in hoc fructu sanctissimi corporis tui om
est gratia vitæ & virtutis. Omnes qui praeter

siue pessundāt cūcta quæ cor maculare possent, hoc sanctissimo fructu tuo replebuntur. Quia quem cœli, angeli videlicet & sancti capere nō porerant, tuo gremio contulisti. Et eum, qui te creauit prouide, lactasti sacro vbere. Trinam re gentem machinam clausum Mariæ baiulat. Et hic est fructus ventris tui Iesus Christus, Amē. Nūc itaq; rogo te, o mater pijssima dómini mei, per gratiam illam, quam præstitit tibi Deus, qñ ex te homo fieri dignatus est, tibi subditus fuit, in matrem suam te elegit, & sanctum spiritū su um tibi cum septem donis ipsius, quibus te exor nabat & aptam efficiebat, dedit, vt pro me do- minū depreceris, quo diuinitas ipsius per dignis simam humanitatē suam septiformi gratia san- cti spiritus exornare me dignetur, quatenus in me pacē & gaudiū habere queat. Istud obsecro impetrare mihi digneris a bñdicto fructu vētris tui, vt ipsi sine separatiōe vniri possim, Amen.

Credo, siue Symbolum apostolorum. Cap. LIII.

SAnctus Petrus] Credo in Deum patrē om nipotentem creatorē cœli & terræ. [S. An- dreas] Et in Iesum Christum filium eius v- nicum dominum nostrum. [S. Ioannes] Qui cō ceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria vir- gine. [S. Iacobus maior] Passus sub Pontio Pi- lato, crucifixus, mortuus & sepultus. [S. Tho- mas] Descēdit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. [S. Iacobus minor] Ascēdit ad cœlos, sedet ad dexterā Dei patris omnipotētis. [S. Phi lippus] Inde vēturus est iudicare viuos & mor tuos. [S Bartholomæus] Credo in spiritū san

ctū. [S. Matthæus] Sanctam ecclesiam catholicam. [S. Simon] Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. [S. Iudas] Carnis resurrectionem. [S. Matthias] Vitam æternā, Amē.

Exercitium super Symbolo apostolorum.

CRedo in Deum patrem omnipotentē, creatorem cœli & terræ.] qui est Deus super omnia benedictus, solus amandus, metuēdus & adorandus. [Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominū nostrū,] qui per paternam virtutem, & sapientissimam præordinationem [conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine.] O igitur dulcissime dñe Iesu Christe, qui dixisti: Nemo venit ad patrem nisi per me. Et: Qui videt me, videt & patrem. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est. Et: Verba, quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. O (inquā) diuinitatis abyssus, quam es ineffabilis. O creator meus, tibi seruire & peccata vitare desidero, etiam si nulla mihi vnquam merces indeate restituenda sit. Credo nanq; dominum meum Iesum Christum verum Deum & hominem, & meritum esse omnium sanctorum, quodque sine ipso saluari nō possim. [Natus ex Maria virgine] ex qua nostrā naturam assumēs, verbum æternū caro factum est, & habitauit in nobis. O anima mea, attende nunc ineffabilem potētiam eius, qui nostram assumpsit naturā, & quantum potes: obstupesce & admirare. Attende etiā quomodo homo factus est & vixit, ipsumque imitare. Denique & causam inspice, propter quid factus

factus est homo, & lætare ipsumque super omnia tota virtute dilige. [Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.] O domine Deus meus, quia sanctissimum corpus tuum in passione tua nimis deformatum fuit, da mihi vt per illud omnem peccatorum meorum deformitatem sanare possim. O domine Deus meus, pone obsecro crucem tuam, & pœnas tuas inter me & districtum iudicium tuum. Cum enim ex puro amore pro me sis mortuus, charitati tuæ peccata mea præpõderare non possunt. [Descẽdit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.] O amantissime dñe Iesu, anima tua nobilissima diuinitate illustrata, cum tanta claritate ad inferna descendit, vt omnes inde amici tui & beati & læti efficerentur. Interim vero sacratissimum corpus tuum in sepulchro iacebat cũ sanguinolẽtis vulneribus suis, animæ quidẽ presentia destitutum, sed diuinitati vnitum, a qua & custodiebatur. In resurrectione autem tua ex mortuis, ipsa vnio & claritas per diuinitatis irradiationem adeo vigorosa in anima & corpore est effecta, vt splendentes ac flammantes radios ex te emitteres, cunctosq; qui id a te postulabant, in tuo amore fortiter inflãmares. Rogo itaq; te Deus meus per merita sanctissimæ humanitatis tuæ, permitte diuinitatem tuam lucere in me, vt per illius opem & auxilium sequi valeã sanctissimam humanitatẽ tuam. [Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterã Dei patris omnipotẽtis.] O mi dñe Iesu ad dexterã sedes patris tui, quia æqualis es ei, dataq; est tibi omnis potestas in cœlo & in terra. Etenim cum nostra natura ascendisti, & ad dextram sedens patris tui, nobis locum

præparasti. Et licet in cœlum cõscenderis, nobiſ cum tamẽ in tuo venerabili ſacramẽto perman ſiſti, nos omnes libentiſſime ſemper transforma re in te, tecumq; vnire volens, quatenus accipe re nos ad teipſum poſſis, gaudiumq; tuum in no bis ſit, & gaudium noſtrum impleatur. [Inde vẽ turus eſt iudicare viuos & mortuos.] Id eſt, bo nos & malos. O domine Deus meus in hoc tre mendo iudicio tuo candidus & rubicundus cum ſanguinolẽtis vulneribus tuis apparebis. Et per ineffabilem dilectionẽ tuam ſpiritus ſiue aer ex te ſuauiſſimus exibit, quo quemcunq; a vitijs li berum & charitate plenum inueneris, tibi attra hes. Tales nanq; ſoli tibi congruunt cõueniunt que. Rogo itaq; te per cruenta vulnera tua, qua pro me ex amore ſuſcepiſti, dimitte mihi peccata mea, & imple me feruentiſſima charitate tua, ne, quod abſit, in me pereat amariſſima paſſio tua. [Credo in ſpiritum ſanctũ] id eſt, firmam ſpem & fiduciam habeo in ſpiritum ſanctum, qui eſt amor patris, & filij, & eſt ipſe Deus. O dulciſſimum amoris vinculum patris & filij, ob ſecro te illumina & imple me, vt per te ſciã pa trem & filium, teq; credam vtriuſque ſpiritum, ſemperq; ſperem & credam in te, & perfectiſſi me te diligam. [Sanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem pecca torum.] Id eſt: Credo quod omnes paſſiones & merita domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium ſanctorum omniumq; bonorum hominum ſin merita ſingulorum, quippe quum ſint oẽs mem bra ſanctæ eccleſię, & caput ipſorum Chriſtus. Ideoq; meritum vnius etiam alterius eſt mer tum, ſi tamen fideles ſint, & ſanctæ eccleſiæ fi

cõ

cramenta credant atq; ad ea cum deuotione congrua se præparent. Sanctorum enim communio, ipsorum est in inuicem amor & cohabitatio. Christus nanque per charitatem suam cum vniuersis meritis suis in sanctos & electos suos profluxit, & ipsi vicissim in eum. O igitur domine Deus meus, obsecro te per ardentissimam illam charitatem tuam, ex qua factus es homo & acerbissimam pro me mortem sustinuisti, dimitte mihi per eandem mortem tuam omnia peccata mea, & exorna me sanctissimis meritis tuis. Credo nanque cum omni sancta ecclesia tua, quod teipsum mihi dederis, vt tibi cum teipso satisfaciam, quodque sine te boni aliquid facere non possim, & omnia merita mea ex te sint. [Carnis resurrectionem] Id est, corporis & animæ cõiunctionem. Scio enim quod redemptor meus viuit, sederque ad dexteram patris sui cum sancto ac glorificato corpore suo, & in nouissimo die de terra surrecturus sim, & in carne videbo Deum saluatorem meum, ipsumque conspecturi sunt oculi. Da igitur mihi pijssime Deus amare te cum omnibus, quæ accepi abs te, cum anima videlicet & corpore, vt tu me vti, & ego te æternaliter frui possim. [Vitam æternam.] Quod videlicet post hanc vitam temporalem vita sequetur æterna, quodque in istam iusti, reprobi vero in supplicium ibunt æternũ, Amen.

Simplex super eodem Symbolo exercitium. Cap. LIIII.

CRedo in Deum patrem omnipotentē] Et inclino ac immergo me in essentialem & abyssalem vnitatē tuam, o principiū, origo & conseruator animæ meę. [creatorē cœli et terræ.] O domine reforma cœlum spiritus mei, & exorna thronum animæ meæ, vt cum omnibus delicijs tuis in eo quiescas, sicut in excelsis angelorum thronis exultas: & perlustra ac munda terram cordis mei, restituens me pristinæ puritati ac innocentiæ, vt tu in ipso commorans & ambules pro tua delectatione, sicut & cum primo homine in paradiso feciſti, quem diuinitate tua sic vestieras, vt esset ipsemet cœlum tuum & paradisus tuus. Ad hoc siquidem fecisti me, vt habitem in te, & tu in me domine Deus meus. [Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum,] O verbum æternum, & superclarissime splendor paterni cordis, tu es in anima mea fons abyssalis & vitalis, omnia interiora mea implens atque fœcundans. [Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine] O spiritus sancte Deus, mūda & exorna domum animæ meæ, transmuta omnem sanguinem cordis mei, omnem consume medullam ossium meorum, omnia interiora mea, & verbo æterno medullisque ple paterni cordis fœcunda, æternamque in me necessatione renoua natiuitatem. O dulcissime domine Iesu Christe, circunda & conserua me in amore tuo, vt speculum summæ Trinitatis in me illustretur, tuque in omnibus verbis, cogitationibus & operibus meis nascaris, & omnis sanctissima vita & conuersatio tua ex me luceat, nomenque sanctum tuum per me hon-

re-

retur glorificeturque. [Passus sub Pontio Pilato,] O botre expresse, imprime in me infinitam profunditatem, & abyssalem dolorem internarum externarumque passionum tuarum. Transforma & include omnes sensus & membra mea in crucifixa imagine tua, vt inde nec ad dextrã, nec ad sinistram exeam, sed supremũ solatium, & maximum gaudium meum atq; thesaurum desiderabilem animæ meæ in ipsa constituam, qui es mons aureus & fons omnis boni. [Crucifixus, mortuus & sepultus.] O fidelissime thesaure animæ meæ, crucifige & trucida in me omnem sensualem ac mũdanam oblectationem, & fac amarescere mihi omnem creaturarum amorem, etiam meipsius, qui creatura tua sum. Vnge me oleo lætitiæ, sanctifica animam meam omnibus sacramentis tuis, quæ profluxerũt e benedicto latere tuo. Da mihi absolutionẽ plenariam in morte, & fac me dignũ transire in vitam, quæ tuipse es. Et sepeli ac include me in amoroso apertoq; corde tuo, in quod omnes beatas animas absorbere desideras. [Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis.] O pellicane liberalissime, qui reficis & viuificas pullos tuos sanguine cordis tui, da mihi cum hoc nobilissimo cibo ac potu ad animas in purgatorium descendere ad reficiendum eas ac redimendum, & ad vitæ æternæ gaudia perducendum. Me quoque tertia die fac resurgere. O fortissime & inuictissime leo, da mihi fortiter omnibus vitijs meis resistere, & fac me in nouam vitam gratiæ resurgere tertia die, in diuinorum videlicet cognitione, in cognitionis claritate, & in amoris feruore. Quoniamquidem ista sunt

eres lucidissimi dies æternitatis, quos fecit dominus, in quibus omnes beati spiritus sublimiter exultant. [Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.] O dulcissime sponse animæ meæ, trahe spiritum meum supra omnia caduca & transitoria, & da mihi ambulare in spiritu, delicijsque cœli eum omnibus beatis spiritibus, ac requiescere & deliteare in brachijs verbi æterni. Cœli namque deliciæ hæ sunt, esse tecum vnum spiritum, & in tua diuina præsentia iugiter permanere cum angelis, qui semper parati sunt seruire tibi & omnibus hominibus propter amorem tuum. Rogo itaque te, o vita & inhabitator animæ meæ, fac me ita profunde immergi in essentialē fundum spiritus mei, in quo teipsum cælasti, vt me nunquam extrouertam extra diuidam præsentiam tuam, ne (quod absit) cum Lucifero propciar extra occulta mysteria spūs, & ab introitu gloriæ: sed vt semper tibi obediam hominibusque propter amorem tuum, vtq; diuidam cū singulis, quod abs te accepi, quatenus omnes tecū vnus spiritus effici valeamus ad gloriam tuam. Custodi etiam me domine, ne transgrediar prohibitiones tuas, ne extra paradisum pacis eiciar, eaq; puritate despolier, in qua animam meā posuisti, vt sic tu eadem anima mea pro tuo beneplacito vti possis, ipsaq; gaudio spiritus perfundi mereatur. [Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.] O iudex & rector animæ meæ, da mihi semper humilem descensum in fundum vitiorum ac defectuum meorū, vtq; iugiter meipsum corā te accusem & reprehendā. Da quoq; mihi diligentē meijpsius custodiam & obseruā-

tionem

tionem, iudicijque tui quo iudicas animam meam. Et quæcunque a me per internas inspirationes tuas requiris vt faciam, da vt vere faciam. Quia sine te nil possum, qui vas sum plenum iniquitatis, ita quod nisi me incessanter custodires, sine cessatione in peccati profunda ruerem. Porro ista iam dicta, de nostri videlicet custodia & reprehensione, in inferiori semper animæ portione perseuerabunt. Superior autem animæ pars liberum quendam accessum in Deum semper habebit, cum simplici oculo gratitudinis, qui a diuina claritate circundatur. [Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen.] O fidelis medice & amator animarum, da mihi quæso vt omnem fiduciam meam in te constituam, opera spiritus cognoscam atque discernere sciam, cūctorum bonorum te auctorem & operatorem existere fideliter credam: quodq; ecclesia tua sancta catholica omnium sit apotheca aromatum, in qua medicina et sanitas animę, sacramenta omnia, multaque preciosa dona existunt. Per quæ nimirum sacràmenta anima purgatur, exornatur & sponso cœlesti vnitur, vnūque cum sanctorum communione efficitur: quippe quæ & cum Christo Iesu vnum existit, qui caput est sanctorum omnium, pro quo omnes passi sunt ac viriliter decertarunt, qui item est gloria omnium, per quem animæ vita gloriæ sempiterna præstatur, Amen.

Oratio ignita & gratiarum actio deuota

pro nobisipsis & hominibus vniuersis. Cap. LV.

O Fons & origo omnium rerum, qui tuum in animæ meæ fundo cœlum constituisti, quique es pabulum spiritus mei, rector animæ meæ, & protector ac custos corporis mei, oro & obsecro te, vt teipsum exhilarare ac laudare de abyssali illa charitate digneris, qua me ab æterno dilexisti, humanam naturam pro me suscepisti, trigintatribus & amplius annis in omni pœnalitate, paupertate & despectu me miserabiliter quæsisti, nec satisfieri potuit amore languenti animæ tuæ, nisi me in pręmium haberes laboris tui. O quam incomprehensibilis est amor atque fidelitas tua, quam mihi indigno exhibuisti. Et quomodo vnquam potero hanc satis laudare? O si vel solus omnia quæ vnquam facta & adhuc in finem vsque seculi fienda sunt, bona perficere possem, certe nec sic aliqua fieret relatio digna pro tam innumeris bonis ac beneficijs tuis, quæ mihi pauperculo contulisti, & adhuc sine cessatione confers. O superdignissime Deus meus, si omnes linguas omnium præteritorum, præsentium & futurorum solus haberem, effari nullatenus possem, quomodo me ex profundo limi puteo extraxisti, de mortis carcere redemisti, & iam denuo suscepisti, postquam cum innumeris amatoribus fornicata est anima mea. Nam & sæpius me in precioso sanguine tuo lauisti, teipso me vestisti, cibasti, & exornasti, in sponsam tibi animam meam desponsasti, viam per

per quam ambulare debeo, ipse me præcessisti, ostium per quod inconfusus ad te valeam ingredi, reseraſti, & locum in quo tibi vniri debeam, in ipsa videlicet vita vitali, mihi præparaſti, in qua omnes sancti exultant. Etenim locus iste fundus occultus est animæ, qui est cœlum & habitatio tua. Animæ nanque omnes sedes sunt de domo Dauid, in quibus tu Deus æterne residens, bona & mala iudicas. Fundus autem animæ, ipse est cœlum, de quo per prophetam tuum in persona tua dicere dignatus es: Cœlum mihi sedes est, & terra, cordis videlicet humani, scabellum pedum meorum. Quam ergo sollicite ac timorate viuere nos oportet in præsentia tantæ maiestatis tuæ? ¶O nobilissime inhabitator ac redemptor animæ meæ, obsecro vt per amarissimam passionem tuam omnem cœlestem exercitum, & cuncta quæ sunt in terris, lætifices. Per gaudiosum spiritum tuum omnes angelos, sanctosque vniuersos in cœlis exhilares. Per sanctissimam animam tuam redimas & lætifices omnes animas in purgatorio detentas. Per sanctissimum, mundissimum, glorioſumque corpus tuum omnia corda mundare ac purificare digneris, vt omnes secundum cor tuum esse possimus, quatenus intra nos habitare te delectet, nobiscumque ambulare, sicut in paradiso nobiscum ambulare desiderabas. Eam nanque ob causam a te conditi sumus. Etenim omnia propter hominem, ipsum vero propter te feciſti, non quod nostri indigeres, sed vt nos bonitate, delicijsque tuis perenniter frueremur, domine Deus noster,

De

De triplici vita, quam ducere debetis qui Deo perfecte placere, ipsumq; sequi desiderat.

O Omnium charorum charissime, ex omnibus quæ de te percipere vel inuestigare possum, nihil quod tibi sit acceptius, quo ve tibi magis placere possim noui, quam sit triplex illa via in Maria Magdalena, quæ partem optimam elegit, in Lazaro quem a mortuis suscitasti, & in Martha quæ hospitiū tibi præparabat, seduloque ministrabat, designata. Siquidem & hanc me triplicem vitam tuipse docuisti, & modo excellentissimo præcessisti. Nam in suprema portione spiritus tui semper in diuinitatis tuæ fruitionem eras subleuatus. Memoria tua in indepictam quandam nuditatem eleuata, & lætitia sempiterna repleta erat. Mundissimus aspectus intellectus tui, diuinæ essentiæ tuæ abyssum intuebatur. Voluntas tua immersa & circundata erat amoris tui abysso & essentiali quadam ac immobili quiete, vbi semper sanctissimæ trinæ vnitati tuę respondebas, omniaque in teipso & cognoscebas & diligebas. Porro in anima tua proficientem virtuosamque vitam ducebas, quæ semper in essentialem humilitatem demersa, seipsam cum omni reuerentia ac honoris exhibitione sub altissima & omnipotente diuinitate tua, a qua in omnium virtutum perfectione exercebatur, sese inclinabat. Denique in mundissimo corpore tuo moriętem siue actiuam vitam agebas. Quippe in quo mundus & sensualis oblectatio locum vel vitam non habebat, cum esset purissimum & ab omni peccati concupis-

cupiscentia alienum, habitaculumque diuinitatis tuæ & instrumentum, cum quo redemptionē atque salútem nostram es operatus. Quod in omnibus tibi obediētissimum atque subiectum, quicquid spiritus exigebat, efficere et operari paratum erat. Quicquid enim ab anima per internas admonitiones requirebatur, per ipsum modo perfectissimo pro nostra redemptione ad beatissimæ Trinitatis gloriam exequebaris. ¶ Oro itaque bonitatem tuam o superdignissime Deus, amator nobiliter creatę animæ meæ per gaudio sum spiritum tuum, vt meum spiritum in diuinitatis tuæ vnitatem introducere, meque in vita superessentiali stabilire digneris, in qua semper in optima parte constitutus eique applicatus esse, & iuxta spiritus exigentiam ac nobilitatem viuere possim. Oro quoque per sanctissimam animā tuam, vt in anima mea defectuositatem omnem mortifices, eam in gratia et amore tuo viuifices, in omni virtute dirigas, & in vita proficiente cō fortes. Oro insuper & per sanctissimum, purissimum ac glorificatum corpus tuum, vt corpus meum mundum efficias, cor ab omnibus quæ in ipso mundus inseuit, purifices, tuamq; in ipso habitationem constituas, omnemque vitam meam, iuxta sanctissimam vitam & conuersationē tuam dirigas, & vniuersa opera mea per sanctissima opera tua iuxta perfectissimum exemplar tuum perficias, quatenus hoc modo & tibi placere & proximum ædificare, tuaq; sanctissimęque matris tuæ exempla valeam imitari. Desq; mihi vitam actiuam cum Martha in corpore, vitam morientem ac virtuosam, semperque in virtutibus proficientem cum Lazaro in anima,

& per

& perennem, ahstractam ac supereſſentialē cum Magdalena in ſpiritu ducere, Amen.

Quod hæ tres vitæ in glorioſa virgine perfectiſſimæ fuerunt. Cap. LVI.

O Suauiſſima conſolatio & amabiliſſime amator animæ meæ, quis explicare ſufficiat, quam perfecte, quam clare hæ tres vitæ in dulciſſima matre tua Maria reluxerunt? Adeo nanque in ſuo ſpiritu ſupereſſentialis erat, vt nunquam vel ad momentum extra diuinam præſentiam ſeſe auerteret. Ipſa thronus erat & ſanctuarium Dei, in quo ipſe Deus cum omni ſua eſſentia quieſcebat. Porro in vita proficiente fortiſſima fuit in anima ſua, & in omni virtute perfecta. In actiua denique vita adeo pura & apta erat in corpore ſuo, vt per ipſum beatiſſima Trinitas mirabili quodam & ineffabili modo noſtræ redemptionis opus operaretur. Ipſa decora fuit habitatio Dei, in qua non minus domino habitare complacebat, delectabatque, quam in ipſo olim protoplaſto in paradiſo. Ipſa continue introuerſa erat habitabatque in eſſentiali fundo ſpiritus ſui, in quo diuina latet imago, & cum pura cogitatione, ſimplicique intuitu ac indepicto amore diuitias eſſentiæ diuinæ, (in quam iugiter erat transformata) contemplebatur, Deumque omnipotentem in ſui ſpiritus cubiculum ſuſcipiebat, in animæ ſuæ regnum introducebat, in cordis ſui domicilium hoſpitio recipiebat, corporisque ſui tabernaculum ipſi decenter exornabat, tota ſollicita eſt ad omne illius obſequium parata exiſtēs. Vniuerſam quo-

que

que familiã suã. i. vires & sensus internos & externos ad dñi Iesu Christi obsequia destinabat. Et quis vel cogitare possit, quam profunda humilitate, abyssali amore, ignitisque desiderijs hæc eadem gloriosa virgo Maria domino Deo suo intus exteriusque famulabatur. O si quis ista rite perpenderet, quantũ in corde suo gaudium deuotionemque perciperet? ¶ Demum & ipsa sancta ecclesia dici non potest quantum in hac triplici vita fœcunda sit & ornata, quamq; intime ex hoc gaudeat atque lætetur. Quicquid enim ipsa obseruat, & omnia tã in veteri quam in nouo testamento contenta, cuncta ad hunc triplicem gradum conferunt ac referuntur, ad supersessentialem videlicet contemplatiuam, ad proficientem virtuosam & ad morientem actiuam vitam. Et hic est sensus omnium scripturarum, potestq; qui voluerit, cuncta hæc in seipso reperire.

Oratio super hac triplici vita. Cap. LVII.

O Fons & origo omnis boni, domine Deus meus, qui es liber vitæ, quare huc illucq; discurro, teque in multiplicitate requiro, qui non nisi in vnitate inueniris? Rogo itaque te cœlestis magister, ydoctorque superne, doce me in isto libro studere ac discere, quo omnem scripturarum multiplicitatem euitem: aperi spiritum & scientiam libri huius, libri vitæ: quatenus in proficiente & actiua vita perfici queam. Da mihi essentialiter esse introuersum, habitareque in occulto animæ fundo, in

quo

quo tu Deus vitæ meæ veraciter inhabitas, vn
de nec vnquam recedis, vt ibi semper interiori-
bus auribus meis haurire valeã dulcissima ver
ba tua, vbi iugiter tota die in ipso interiori ani-
mæ meæ templo doces, diuersosque sensus my-
sticos & occultos scripturarum reseras, vbi spiri
tus in te supersubstantiali bono exultat, anima in
virtutibus proficere commonetur, & corpus ad
iustitiæ actus & opera dirigitur. ¶ Vita ergo
proficiens & actiua ex vita supersubstantiali ori-
untur. Non enim perfici possunt nisi ab ipso per
fectissimo bono, Deo videlicet omnipotente, si-
ne q̃ nihil habemus, nihil possumus. Et hęc cau-
sa est, quare sese nobiscum vnierit Deus, quod vi
delicet nos libenter iuuare, cunctaque opera no-
stra nobiscum operari, & onera nostra simul no
biscum portare velit, si ipsum petierimus. Quod
quando facit, homo laborem non sentit, sed qua
si ab omni sibi videtur onere liberatus: in omni
passione & aduersitate æquanimis, & in omni-
bus donis nudus ac liber existit, in omnibus quę
sibi accidunt, semper in Deum refugiens, illum
pro se respondere permittit: in donis oĩnibus hu
militer sese demittens, indignum se qui cum eis-
dem operetur, agnoscit: sicque cum omnibus ta-
lis donis in Deum sese refundens & offerens, ip-
sum vt secum operari velit, deprecatur. Et tũ
omnia dona fructuose ad opus ponuntur, & cũ
cta hominis opera diuina efficiuntur. ¶ Ait ma-
gister quidam: Si homo seipsum in seipsum cõ-
uertens, diuinam inactionem obseruaret, mi-
quædam opera Dei in seipso deprehenderet, qu
etiã omnes sensus naturales trãscendunt. Quo
si per vnius integri anni spacium nil aliud face-

ret

ret,q̄ quod opera duntaxat diuina in seipso obseruaret, nunquā melius annū aliquē transegisset,nec vnquā tam bonum aliquod opus patrasset,qn istud multo præcelleret. Quod si vel in fine anni occultū aliquid operis illius, quod in animæ fundo patratur,ipsi referaretur,imo si nec referaretur,sane annum illum melius ipse peregisset quam omnes illi,qui cum seipsis magna quædam interim opera perpetrassent. Quia nimirum cum Deo negligi aliquid non potest. Dubium enim non est omnipotentem Deum creaturis omnibus esse nobiliorem. Et homo istius modi cuncta exteriora deserēs opera, satis quod agat interius,habet. Atque hic vera pax inuenitur. Quod tamē pauciſſimi credere volunt,tam videlicet diuinum opus in hoc fundo perfici. Et hac de causa tantus error seculares pariter ac religiosos occupat & inuoluit,quod scilicet aboculto hoc fundo spiritus, in quo Deus ipse inhabitat,exciderunt & aberrarunt. Dum enim Deum intra sese existere credere nolūt, profecto venam viuam peccatoribus vniuersis incognitam derelinquunt. ¶Denique multi sunt,qui in sua propria natura & captu proprio perſistentes,secundum rationem suam operantur, priusque in actiua vita, & deinde in alijs duabus perfici volunt. Sed in hoc proh dolor deficiunt, eo quod in infimo ac sensuali homine permanentes, nunquam spiritales ac diuini efficiuntur. Cuius ratio est,quia in illum essentialem fundum sese minime introuertunt,in quo seipsos Deo funditus resignare debuissent,vt ipse simul cum eis operaretur:per quod omnia eorum opera spiritalia ac diuina redderētur:in quo vita actiua perficitur.

Quando nanque seipsum homo cum omni intel lectu viribusque suis intus & exterius Deo suo applicat, sicut discipulus suo magistro, omnemque captum suum viresque suas in Deo fundatus relinquit, tunc Deus ipsum hominem sibi assumens, omnia eius opera operatur, cuncta eius onera portat, & ab omnibus eum periculis vbique tuetur. Vnde quidam sic ait: O homo, aut serua teipsum, & virtutes cū magno labore exequere, nec tamen vnquam ad statum optimum pertinges: aut resignans teipm virtutes omnes sine labore perfice, & altissimū statū apprehēdes.

Recollectio, humiliatio, resignatio & praeparatio deuota ad sacram communionem. Cap. LVIII.

FOrtissime Deus spirituum vniuersę carnis, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundum opera sua, & secundum fructum adinuentionum eius: Ego ingratissimus peccator, omnium hominum vilissimus, toto quo possum conatu, desideriisque feruore ab omnibus vitiis & concupiscentiis meis, paruis & magis, stabili vque ad mortem proposito, te iuuante, me auerto, creaturisq; vanis vniuersis abrenuncio, mque per fidem, spem & charitatem, ad te dulcissimum creatorem meum toto corde conuerto, desidero. Sicque coram altissima maiestate tua me & omnia intuente, humiliter in terram prodens, confiteor me bonitatem tuam tot & tantis peccatis sup numerū arenæ maris multiplicatis, grauissime offendisse, vt meipm nusquā, [illegible] in [illegible]

in inferno inferiori valeã iuste collocare. In quẽ simul & in propriã nihileitatem me demergens, opto veræ pœnitentiæ,& amoris lachrymis totum sanguinem meũ efflere & consumere omnibus diebus vitæ meæ,& vniuersa totius creaturæ bona opera facere,pœnasque sustinere,te adiuuante,ad rehonorandũ te,quem tã enormiter offendi & contempsi. ¶Sed quia nihil habeo ex me præter peccata,ideo humiliter te offero ex affectu oĩm electorum tuorũ & totius creaturę tuæ in vnione amoris,q̃ teip̃m obtulisti in cruce pro nobis, diuinissimũ eucharistiæ sacramentũ, q̃d per omnes sacerdotes mundi tibi hodie offertur in ecclesia catholica,cũ oĩbus meritis tuis,& orationibus oĩm amicorũ tuorũ,in hostiã pro peccatis meis,& totius mundi in sacrificiũ laudis pro vniuersis beneficijs tuis,in holocaustũ p̃fectæ resignatiõis,& in incẽsum tui amoris.Et cũ eadem sacra oblatiõe pariter offero,& resigno tibi in tuum æternũ beneplacitũ, pure pro gloria tua, & ecclesiæ tuæ salute, meipsum totũ ex toto corde meo,& q̃cquid sum,possum, & habeo, cũ vniuersa creatura,ad relinquendũ,ad agendũ,ad dimittendũ,et ad patiendũ per auxiliũ gratiæ tuæ, oĩa quæcunq̃ spũs tuus sanctus a me exigere, aut sup̃ me p̃mittere voluerit in tẽpore & æternitate,omnibus q̃bus tibi placuerit modis.Maxime aũt resigno me ad verã abnegationẽ sensu aliũ oblectationũ,ad mortificationẽ oĩm vitiorũ cõcupiscentiarũ & passionũ,propriæ q̃q̃ voluntatis & q̃sitionis,ad summã corporis & spiritus paupertatẽ,ad infirmitates,iniurias, derisiones, persecutiones,pericula, mortẽ pœnasq̃ præsentis vitæ pariter ac futuræ,& ad accipiendũ oĩa

cuncta de manu tua, & ad perpetuam custodiam mei interioris & exterioris hominis, & ad implendum in omnibus tuum beneplacitum, & inspirationes bonas, iuxta crucifixæ vitę tuę exemplū, absq; vlla dissimulatione vel mora. ¶ Verum quia hæc ardua opera non sunt volentis neque currentis, sed tui miserentis: idcirco abyssus miseriæ meæ, inuocat abyssum misericordiæ tuæ, obsecrans te dulcissime Iesu per amorem, quo pro me homo fieri, pati ac mori, & teipm nobis in cibum relinquere dignatus es, vt respicias me miserum peccatorem oculis misericordiæ tuæ, quibus respexisti Mariā Magdalenā in conuiuio, Petrū in atrio, & Latronē in crucis patibulo: & da mihi plenā peccatorum meorū in hoc seculo remissionē: & recipe me in paradisum gratię tuę, & laua me in tuo calido sanguine: & fac me redi-

iuū in tua preciosa morte, & exorna me suprà dicta meipsius totali abnegatiōe, necnō ꝓfecta humi tate, obediētia, patiētia, pietate, puritate, charitate, & vniuersis tuis virtutibus & meritis: & præpara ipse tibi fundum animę meę, in quo teipsum suscipere & habitare digneris, in tanta charitate, quanta teipsum in vltima cœna susceperisti, pro supplenda omni indigna susceptione nostra. ¶ Veni dulcissime mi sponse in animam meam, et tuis vulneribus cor meum saucia, tuo sanguine mentem meam inebria, tuo corpore meum corpus castifica, tua anima meā animam sanctifica, tuo spiritu meū spiritum viuifica, tua diuinitate me totū in te trāsforma & adglutina, vt quocunq; me vertero, semper te videā crucifixum, & quicqd aspexero, tuo mihi appareat sanguine rubricatū: vt sic totus in te transiens, nihil

præ-

præter te valeam inuenire, nihil nisi tua vulnera intueri. Hęc mihi sit cõsolatio, tecũ mi dñe vulnerari, tecũ despici, tecũ pati. Hæc intima sit mihi afflictio, sub te aliqd meditari, aut extra te consolari. Nõ quiescat cor meũ bone Iesu, donec inueniat te centrũ suũ, vbi cubet, vbi reqescat, vbi suũ terminet appetitũ. ¶ Da mihi dulcissime Iesu, sic mãducare te panẽ viuũ, qui de cœlo descẽdisti, vt totus manducer a te, & nõ tu in me, sed ego transmuter in te, & viuam totus propter te: dicęs tu maneas in me, et ego in te per mei corporis, animæ, & spiritus transformationem: vt totus exeam ex me in te, & nunquã redeam in me: sed amittam me totum absorptum in te, vnde in æternum mihi nunquam pateat exitus a te.

Alia deuota oratio ad sacram communionem. Cap. LIX.

O Dulcissime atque amabilissime dñe Iesu Christe, quem nunc deuote desidero suscipere, tu scis infirmitatem & necessitatem meam quam patior, in quantis malis & vitijs iaceo, quam sæpe sum grauatus, tentatus & inquinatus. Pro remedio ad te venio, pro consolatiõe & subleuamine te deprecor: ad omnia scientem loquor, & cui manifesta sunt oĩa interiora mea, & qui solus me potes perfecte consolari & adiuuare. Tu scis quibus bonis indigeo præ omnibus, & quam pauper sum in virtutibus. Ecce sto ante te pauper & nudus, gratiam postulans & misericordiam implorans. Refice esurientẽ mendicum tuum. Illumina cæcitatem meam claritate præsentiæ tuæ. Accende frigiditatẽ meã igne amoris tui. Verte mihi omnia terrena in amari-

tudinem, omnia grauia et contraria in patientiã, omnia infima & creata in contemptum & obliuionẽ. Erige cor meũ ad te in cœlũ, & ne dimittas me vagari supꝫ terram. Tu solus mihi ex hoc dulceseas vsqꝫ in seculum, quia tu solus cibus et potus meus, amor, gaudiũ & dulcedo mea. Vtinam me totaliter ex tua præsentia accendas & comburas, & in te transmutes, vt vnus tecum efficiar spiritus per gratiam internæ vnionis, et liquefactionẽ ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunum & aridum a te recedere, sed operare mecum misericorditer, sicut sæpe operatus es cum sanctis tuis mirabiliter. Vtinã totus ex te ignescerẽ, & a meipso deficerẽ, cũ tu sis ignis semper ardens & nunquam deficiens, amor corda purgans, & intellectum illuminans, Amen.

Oratio ante susceptionem venerabilis sacramenti. Cap. LX.

CRedo o benedicte Deus, q̃d tu ab æterno fuisti vna increata, amabilis, dulcis, immobilis ac diuina essentia: quã nemo nouit, nisi cui tu per teipsum volueris reuelare. Credo quod per charitatem & amorem illum, qui in diuina essentia tua est & erat, cœlum & terram cunctaque in eis existentia condidisti, quodque ea omnia priusquam fierent, ab æterno ideata in memoria tua, præuisa in sapientia tua, & per diuinam voluntatem tuam præordinata fuere. Credo quicquid sancta credit ecclesia, & quicquid tu me credere vis domine Deus meus. Credo q tu sis dñs meus & Deus meus, q me de nihilo fecisti: & ego qꝫ sim creatura tua, opus manuũ tuarũ; ideoqꝫ te supꝫ oia amare sum astrictus. Et fe-

cundũ

cundū humanitatē tuā, per quā me redemisti, dñs meus es tu, ideoq; te sup omia debeo reuereri atque timere. Credo q; secundū diuinitatē tuam in me existas, vitaque sis animæ meæ, a qua etiam nunq; velis recedere, sed eam vel in gaudijs vel in pœnis æternaliter viuere facies. Credo diuinitatē tuam nihil in me, nisi per humanitatē tuam operari velle. Credo te hic in venerabili sacramēto cum glorificata anima, glorificato corpore & sanguine, totaq; diuinitate tua præsentem existere, meq; immutare & tecum vnire appetere ac desiderare. ¶ Vnde & obsecro te benedicte domine Deus meus, per merita gaudiosi spiritus tui, permitte diuinitatem tuam radiare in spiritum meum, in memoriam videlicet, intellectum & voluntatem, eundemq; spiritum meum pacificum, gaudiosum & liberū effice. Et per merita doloroſæ animæ tuę pmitte diuinitatem tuā lucere in animā meā, & desideria ac intentionem meam accende in amore tuo, cunctisq; virtutibus illis, quibus decorata erat anima tua, exorna pauperem ac deformem animam meam. Denicq; o amabilissime domine Deus meus, per merita quæso sancti, puri ac vulnerati corporis tui permitte diuinitatē tuā lucis suæ radios diffundere ac dirigere in corpus meum, ipsumq; sanctū, mundū & aptū effice, cunctaq; mēbra mea per sanctissima glorioſaq; mēbra tua, quæ olim ex vero amore pro mei redemptione ad omnē pœnam et afflictionem obtulisti, benignus exorna. Et nunc domine Deus meus fiat mihi iuxta desideriū tuum, q̄d sane nō aliud est, quā vt inuenire possis aliquē, in q̄ teipsum sumere queas. Ideoq; rogo te benedicte Deus meus, quia secundum

diuinitatem tuam in me existis, teipsum ad teipsum talem, qualis in hoc dignissimo es sacramento (in quo vtique verus Deus & homo verus existis) accipias, quatenus per te in te totaliter immutari possim: idque per præsentiam humani amorosi spiritus tui ad spiritum meum, & sanctissimæ animæ tuæ ad animam meam, ac sacratissimi corporis tui ad corpus meum, vt sic gaudium & pacem in me habere possis.

Alia oratio ante sacram communionem. Cap. LXI.

SAlue o altissima, reuerendissima & supersanctissima Trinitas Deus meus. Salue o dulcissime domine Iesu Christe fili Dei viui. Adoro occultam veritatem tuam sub panis specie latentem. Omnes interiores animæ meæ vires te laudare, tibique gratias agere desiderant pro ineffabili illa charitate tua, qua propter nos homo fieri, & in te peccata nostra suscipere dignatus es. Pro illo quoque immenso amore tuo, qui te vitæ fontem pro nobis mori fecit. Et demum pro excessiua dilectione illa, qua altissimam diuinam maiestatem tuam sacratissimamque humanitatem tuam nobis in pignus amoris, & animarum refectionem ac nutrimentum reliquisti. Per triplicis huius stupendæ charitatis tuæ, amarissimæ passionis tuæ, & preciosi sanguinis tui virtutem dignare domine præparare fundum animæ meæ ad digne suscipiendum te pijssimum redemptorem meum. O virtus omnis virtutis. O vita oīnis vitæ. O pater immensæ misericordiæ. En desidero te tā veraciter suscipere in animā meā, sicut vere credo & scio

se vo-

te verum Deum ac verum hominem hic preſentem adeſſe. ¶O Deus æterne, ſcio et bene ſcio, & te penitus indignus ſum, ſed te nequaquam carere poſſum: quippe qui te vehementer indigeo. Cum ergo pater ſis miſericordiarum, obſecro te vt vires animæ meæ in precioſo ſanguine tuo mũdare, virtutibus tuis exornare tecumq; vnire, & per diuinam potentiam tuam, ſic meã confortare infirmitatem digneris, vt diuinam maieſtatem tuam nullo vnquam mortali peccato offendam, & quotidianas culpas pro viribus euitem. Conforta quoque memoriam meam, vt te iugiter in corde & cognitione mea circunferam, ſanctiſſimaq; veſtigia tua cum omni humilitate & manſuetudine ſequi contendam. Et per diuinam ſapientiam tuam illumina intellectũ meum, tantumq; luminis & cognitionis tam de diuina excellentia tua, quam de propria vilitate ac defectuoſitate mea mihi infunde, ſicut hoc tibi & honorificentiſſimum & acceptiſſimum eſſe noſti. Atq; per abyſſalem dulciſſimam benignitatem tuam, da mihi cordialẽ ac ardentiſſimam charitatẽ, per quam voluntatẽ meam tuæ ſemp placitiſſimæ volũtati vniam, te ex omnibus animæ meæ viribus diligam, tuamq; laudem & honorem in omnibus pure quæram. O domine Deus meus, ecce meſpſum nunc vnio tecũ. Da igitur vt omnes interiores venæ animæ meę tuo amore perfluantur, quatenus te Deum meũ perfecte, ſapienter, dulciter & perſeueranter diligere poſſim.

Gratiarum actio & ſponſi ſuſceptio. Cap. LXII.

OPtato aduenisti, o omnipotens altissima potentia patris. Optato aduenisti, o æterna sapientia verbi. Optato aduenisti, o superdulcissima, influens & effluens charitas spūs sancti. Optato aduenisti, o summū & excellentissimum bonū, o incōprehensibilis deitas, o supersanctissima Trinitas, o simplex vnitas, o æterna suauitas. Optato venisti, o dulcissime dñe Iesu Christe, fili Dei & virginis Mariæ. Optato aduenisti o iuuenis pulcherrime, & amabilis sponse aiæ meæ. Optato aduenisti, o nobilissimū, benedictum atq; sanctissimū sacramentū. Optato aduenisti, o pijssimū, effluentissimum, seruentissimum ac amorosissimū cor dñi mei Iesu Christi, ex quo mihi preciosissimus cibus iste profluxit. En centies millies laudo & benedico te & gratias ago tibi, o omnipotens deitas patris, tanta laude, quanta dignus es, q; ad tam vilissimū vermiculum venire dignata es, ad confortandum eum in infirmitate sua. Laudo & benedico te, & gratias ago tibi centies millies, o æterna filij sapientia, tanta laude, quanta dignus es, quod ad tam immundam cæcamq; animā venire dignata es, ad mundandum & illuminandum eā. Laudo & benedico te & gratias ago tibi cēties millies, o excellentissima bonitas spūs sancti, tanta laude, quanta dignus es, quod ad tam pauperem & torpentē animam venire dignata es, ad calefaciendum & inflammandā eam in amore tuo.

¶Et nunc rogo te domine Deus meus, q; in hoc dignissimo sacramento cū multis angelor; millibus & ineffabili dilectione præsens ades, dignare cor meū transfigere iaculo amoris tui, animāque meā tam fortiter & indissolubiliter constrin-

gas

gere vinculo charitatis tuæ, vt nunq̃ a te separari valeam in æternum, desq; eidem animæ meæ benedictionem diuinæ gratiæ tuæ.

Alia gratiarum actio post communionem. Cap. LXIII.

GAudens gaudebo in dño de mirabilibus operibus ac stupenda dignatione Dei patris. Ecce enim verbum cordis eius factũ est nutrimentum meum, & gloria cœli facta est cibus meus. Oqd vltra desiderare potero? Quid me posthac contristare, qaidve mihi nocere poterit? Iam enim induit me dominus vestimento salutis, & tanq̃ sponsam corona gloriæ & charitatis virtute, in quibus perenne gaudiũ latet, me exornare dignatus est. O vnica spes atq; solatiũ meum, in te sit æterna requies mea, quia tu es perfectum gaudiũ meum. Te super omnia deligat cor meũ, quia tu es desiderabilissimus thesaurus animæ meæ, nec est quisq̃ similis tui. Ideoq; te omni momento suscipere desidero in cor meum, o amantissime sponse animæ meæ, o suauissimum nutrimentum meum. Et nunc o domine Deus meus, possidere dignare cubiculum mentis meæ: quia cor meum apertum est tibi. Te desiderãt interiores vires meæ: teq; circumplector in corde meo, excludens inde creaturas vniuersas, quatenus omnia in me pereant te vno excepto, o omnium charorum charissime & suauissime hospes animæ meæ.

Exercitium deuotissimum post sacrã communionem. Cap. LXIIII.

SAlue, salue o dulcissime domine Deus meus, o gloriose spiritus, anima, corpus & sa-

sanguis domini mei. En ex toto corde meo tero go & obsecro per virtutem & præsentiam diui nitatis tuæ, immuta in te spiritum, animam, car nem & sanguinem meum, per sanctissimam a- nimam, carnem & sanguinem tuum, quæ nunc indignus sumere præsumpsi. O sancte Deus, san ctifica me nunc ad honorem & gloriam tuam. O fortis Deus, euince nunc infirmitatem meam. O immortalis æterne Deus, iam posthac viuere di gneris in me. O vita animæ meæ, permitte diui nitatem tuam in me & per me lucere, tuq; ipse in me & per me ambulare, in me & per me lo- qui, in me & per me secundum acceptissimam voluntatem tuam, quicquid tibi placet, operari digneris, ita vt nihil in me sit, quod tuum nõ sit. Oculi mei tui sint oculi, vt per eos videre. Aures meæ tuæ sint aures, vt per eas audire. Lingua mea tua sit lingua, quo per eam loqui: & omnia membra mea tua sint membra, vt cum eis, quic- quid tibi placuerit, operari possis. Et per merita purissimi glorioso; corporis tui te rogo, vt cor meum tuum cor sit, quo videlicet desideria ipsi us ad honorem tuum dirigere digneris, vtq; ca- put meum tuum sit caput: sanctissimamq; ac in uisibilem Trinitatem tuam, quę deitatem tuam in se habet inclusam (per quam eadem diuinitas tua operatur) patrem videlicet, filium & spiri- tum sanctum (quam nimirum diuinitatem tu- am secũdum humanitatem tuam in glorioso ca- pite tuo cognoscis, amas & frueris per memori- am, intellectum & voluntatem tuam) in capite meo operari permittas: ita vt memoria mea tua sit memoria, de te per te iugiter cogitando: & in tellectus meus tuus sit intellectus, teipsum per

teipsum

teipſum intelligendo: & volũtas mea tua ſit voluntas, nihil videlicet per gratiam tuam volendo, quam quod tu vis, vt ſic vnus ſpiritus cum diuinitate, vnumq; corpus cum humanitate tua eſſe poſſim. ¶ Atq; iſtud ipſum ſic omnibus tam viuis, quam defunctis prodeſſe facias, ac ſi hoc ipſimet per ſeipſos modo perfectiſſimo exercuiſſent: & ſpecialiter N, & N, pro quibus ſpecialius orare teneor ac deſidero, quos hic tibi repræſento. Rogo autem iſtud domine Deus meus, per merita humani gaudioſi ſpiritus tui, ſanctiſſimæ doloroſæ animæ tuæ, & ſacratiſſimi vulnerati puriq; corporis tui: & quidẽ ad delectationẽ tuam in eodem ſacratiſſimo corpore tuo, quo me per virtutem diuinitatis tuæ redemiſti: & ad honorem tuum in ſanctiſſima anima tua, qua me coemiſti, quatenus per eam in vita viuã gratiæ tuæ, atq; ad gloriã tuã in humano gaudioſo ſpiritu tuo, per quem o benedicte Deus, diuinitati tuæ pleniſſime ſum reconciliatus. Idq; ad hoc o dulcis & benedicte domine Deus meus, vt per ſanctiſſima merita tua benedicta diuinitas tua delectetur habitare in corpore meo, ſedere in anima mea, & requieſcere in ſpiritu meo: vt ſic & in me, & in cunctis hominibus, viuis ſimul atq; defunctis pacem & gaudium habere poſſis.

De fructu exercitij huius. Cap. LXV.

SAne poſſet quis hac fide, intentione ac deſiderio, ſic aliquando hoc digniſſimum percipere ſacramentum, vt eiuſdem ſacramenti fructum (qui eſt amor diuinus) cum tali charitatis vnione in ſeſe perciperet, vt deinceps nunquam mortale peccatum admittere poſſet. Et licet ve-

cet venialia quandocp incideret, ipsa tamē haud quaq; ei adhærere possent, quin ilico diuini amoris igne absumerentur, per quem omnia in interioribus suis est perlustrata, in totali suiipsius abnegatione, per quam semper magis omnipotenti Deo, q̄ sibiipsi in suiipsius abnegatione innititur, credendo ipsum intra se existere, eumcp omnia posse, quodcp ex se nihil fit nihilque possit: sperando etiā cp libenter eum adiuuare velit, suumque in ipsum amorem proiiciendo, & honorē ac voluntatem illius omnibus anteponendo.

¶Et tunc benignissimus Deus pro sua pietate in anima operatur, q̄ tunc hic (vt ita dicā) absqp modo, absque opere, absque desiderio, absqp voluntate, absqp amore & absque cognitione efficitur. Et primo quidē absqp modo fit, non quod esse creatum amittat, sed in Deum transformatur, ipsiqp velut ferrum igni vnitur. Sicut em̄ ferrum quamdiu in igne perdurat, ignis est, sic & anima cum Deo per gratiam Deus est, donec se se extra hanc vnionem auertat. Secundo absqp opere fit. Quia videlicet nihil iā operatur, sed in Deo suo agitur, ipsumque operari permittit, qppe quæ satis nouit nihil se absqp illo posse, ideoque nec vlla sibi bona opera ascribit, sed semper cū Esaia fatetur, dicēs: Dñe omnia opera nostra operatus es nobis, de quibus sit laus, honor & gloria immēsæ bonitati tuę. Tertio fit absque desiderio. Quia quicquid desiderabat, iā obtinuit. Quarto absqp voluntate efficitur. Quia nihil iam vult, nisi quod Deus velit, quem nunc obtinuisse se gaudet. Quinto fit absque amore. Ipsa em̄ iam velut amor ipse, q̄ Deus est, efficitur: adeo tota diuina, & vnus cum Deo fit spiritus.

tus. Sexto & absq; cognitione efficitur. Quicqd enim hic cognouit, iam amplius non cognouit, quippe quæ latissimum ac increatū bonū illud, quod Deus ipse est, quem creatura nulla capere potest, in seipsa sentit ac deprehendit. ¶ Anima igitur, quæ summum bonum cognoscere, amare, fruique desiderat, illa sicut præfatum est, seipsam abneget, credatq; Deum per diuinitatem suam intra se existere, eumq; solum seipsum perfecte cognoscere, ideoq; & se solum perfecte amare ac frui posse. Sicq; anima in Deum trāsformabitur, & Deus in ea (vt sic dicam) nihil efficietur. Quia tantum eū fore cognoscet, vt in creaturis nihil omnino sit, cui vllo modo valeat cōparari: ipsaq; viribus omnibus exuetur, quippe quæ iam virtus ipsa effecta est, & ad virtutes omnes propensissima. Nunc igitur o nobilis anima gratias age semper domino Deo tuo, q; ipsum tantum dominum, quem cœli & terra capere non possunt, in cordis tui hospitio suscipere meruisti, Amen.

Oratio deuota post sacram communionē, simul insinuans qualiter te custodire oporteat, ne fructum tanti sacramēti impedias. Cap. LXVI.

ANima Christi sanctifica me. Corpus Christi salua me. Sanguis Christi inebria me. Aqua lateris Christi laua me. Passio Christi conforta me. Mors Christi viuifica me. Spiritus Christi accende me. Deitas Christi transmuta me. O bone Iesu exaudi me. In vulneribus tuis abscōde me. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meæ voca me,

me, protege me, & pone me iuxta te, vt cum omnibus sanctis & electis tuis in secula seculorū laudem te. ¶ O dulcissime Iesu, qui te exaltatum a terra omnia tibi attracturum dixisti, virtute diuinissimi sacramenti tui trahe me nunc ad te ex omni proprietate voluntatis meæ, in vnam voluntatem tuam. Trahe me ad te ex omni amore & adhæsione rerum creatarum, & ex omni cura necessitatum corporalium, in affectum extremæ paupertatis. Trahe me ad te ex corporeis imaginibus & formis, in nuditatē spiritus. Trahe me ad te ex omni propria quæsitione & rescentia in donis spiritalibus, in deipassiuā paupertatem & libertatem spiritus. Trahe me totū ad te ex meipso, & omni priuato amore, in sponsalem vnionem & indiuiduam amicitiam tecū. Trahe me ad te in scholā spiritus sancti, replens me omnibus donis eius, mihi pro tua gloria & animarum salute necessarijs. ¶ Obsecro etiam te dulcissime domine Iesu Christe, digneris nunc & vsq; in æternum mecum permanere in anima mea, quoniam aduesperascit vita mea, & inclinata est iam dies feruentis dilectionis. Quapropter cōforta me tua virtute, illumina me tua sapientia, & accende me tua ardentissima charitate, vt ea, quæ sequuntur (sine quibus in tua vniōe nemo diu pſistere potest) diligēter custodire valeā. Principio, da mihi meū interiorē & exteriorē hoiem perpetua vigilātia custodire & obseruare, vt tibi interius, & hominibus exterius simplici obedientia me semper subijciam: peccata omnia parua & magna summo odio persequar & fugiam: tuum beneplacitum absq; dissimulatione adimpleam. Voluntatem propriam, & omnem

mnem priuatum amorem ad meipsum, & ad creaturas, nec non concupiscentias & vitia vniuersa, præsertim inhæsiua, toto corde abnegẽ & mortificem. Imprime mihi tuam crucifixã imaginem, vt cum te nobilissimo cibo & hospite cõtentus, terrena omnia vt stercora fastidiam, & in interiori homine continue inclusus & introuersus cunctis animæ meæ viribus in te leuatis & defixis, tecumq; vnitis, habitem, tibiq; soli vacans & intendens maneam. Cor ab euagatione, linguam a verbis inutilibus, & cæteros sensus & membra mea ab omnibus inordinatis motibus, excursibus & excessibus refrenem, & in puritate custodiam. In tuis vulneribus nidificem, & te crucifixum, patientem & morientem induam. In sanctis meditationibus, oratiõibus et laudibus tuis, charitatisq; siue obedientię operibus, totum tempus & vires meas, pure pro tua gloria & ecclesiæ tuæ salute continue proficiens cõsumam: sicq; tuæ in me operationi nunquam resistam, sed perfecte locum dem, vt tu pacem & gaudium in me habere valeas.

EXERCITIA ET ORATIOnes pro morituris.

¶ Oratio deuota pro felici morte obtinẽda. Cap. LXVII.

O Misericordissime domine Deus meus, ego indigna creatura tua te laudo, tibiq; gratias ago, & vt omnes homines cum omnibus creaturis te laudent tibiq; gratias agant, desidero, pro omnibus beneficijs tuis, quæ mihi & hominibus vniuersis per sanctissimæ

humanitatis tuæ merita contulisti. Et nunc rogo bonitatem tuam dñe Deus meus per eadem lacrosanctæ humanitatis tuæ merita, permitte diuinitatem tuam lucere in me: atq; per omnem contemptum, paupertatem & dolorem, quæ in omnibus sanctissimis membris tuis, & in sanctissima anima tua, & quinque sensibus tuis sustinuisti, dimitte mihi, quicquid vnquam viribus animæ meæ, quinque sensibus meis, cunctisque membris corporis mei in te deliqui. Desque mihi pie domine, vt hanc infirmitatem & pœnam, imo & mortem ipsam tam libẽter pro tui amore sustineam, sicut tu pro me longe his maiora sustinuisti. ¶O pater dulcissime, per orationem illam, quam in cruce pro tuis inimicis fudisti, dimitte mihi omnia peccata mea. O domine Deus meus, intende nunc in adiutorium meum, propter cogitationem illam pacis, quam super latrone illo tecum crucifixo cogitabas, quum te rogaret, vt eius memor esse dignareris. O omnium mœrentium consolator, & via errantium, obsecro te per commendationem illam, qua dilectissimam matrẽ tuam prædilecto discipulo tuo commendasti, recommenda me nunc eidem dulcissimæ matri tuæ, & amantissimo illi discipulo tuo, omnique curiæ cœlesti. O refugium & salus animarum, ecce venio nunc ad te, quia creatura tua sum, vnus ex eis, pro quibus effundere voluisti preciosissimum sanguinem tuum. Tuus sum ego, ne derelinquas me, qui idcirco a diuinitate tua ad tẽpus relinqui voluisti, vt ego in perpetuum conseruarer. O fons vitæ, qui ex diuinitatis vena prodijsti, memento nunc qualiter nobilissima

huma-

humanitas tua inter mortis angustias siti amarissima cruciabatur, & animæ tuæ desiderium adhuc plura pro me pati sitiebat. Obsecro compleatur in me desiderium tuū, vniasq; teipsum mecū, ne pereat in me tam acerbissima passio tua. O totius boni consummator, omnia bona opera nostra tuipse operatus es nobis, vnde & tibi soli omnis honor & gloria exhibeatur. Ecce rogo te per perfectissimum illud opus amoris, q̄d triginta tribus annis pro nostri redemptione cōsummasti, implēdo quicquid de te prophetę tui prædixerant, da vt tantum inde fructum consequar, ac si ego ipse hoc pro tui amore fecissem, sicut & tu illud mei amore fecisti: & supple q̄cquid bonorum operū neglexi, quodq; toties obi cē posui diuinæ inactiōi tuę, mihi clemēter ignosce. ¶ O dñe Deus meus, vtinā in te nunq̄ peccassem. O Deus Deus meus, vtinā semper homo secundū cor tuū fuissem. O Deus Deus meus, vtinā vel reliquū oñe tēpus vitæ meæ pro gratissima voluntate tua expendā. O vtinā vel in hora mortis meæ secundū cor tuū inueniri merear. O vtinā dñe Deus meus hic in tēpore, & illic in æternitate semp̄ pacē & gaudiū in me habere possis. O dñe Iesu Christe, dñe Deus meus, en ego pauper & peccatrix creatura tua te humiliter oro, miserere mei per ineffabilē illam angustiā et terrorē, quē nobilissima aia tua sustinebat, q̄n corpus tuū sanctissimū exire debebat. Tunc em̄ diuinitas tua in maximis illis pœnis te derelinquerat, in quibus nihilo minus tam perfecte in patris tui beneplacitum te resignasti, vt libenter etiam mille annis, & vltra in eadem derelictione, paupertate, contēptu et doloribus propter me

 suspen-

ſuſpenſus manere velles, quo me diuinitati perfecte reconciliares. Atq; in hac mortis angustia cõſtitutus, dicebas: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Etenim o dulciſſime domine Ieſu Chriſte cum humili oratione nobiliſſimam creatamq; animam tuam in virtutem increatæ ſempiternæq; deitatis tuæ commẽdabas, quæ eandem benedictam animam tuam poſt ſuum a corpore diſceſſum perluſtrabat, exhilarabat glorificabatq;, adeo vt ex claritate illa diuinitatis tuæ, quæ ex ipſa radiabat, oẽs illi ſanctiſſimi patres in lymbo cõſtituti, gaudio magno et incomparabili perfunderentur. Per hæc (inquã) te rogo domine Deus meus, ſuſcipe reuertentem ad te animam meam in manus tuas, ipſiq; prodeſſe facias merita ſanctiſſimæ humanitatis tuæ, quatenus diuinitas tua in ea lucere, eique rectum ad æternam beatitudinem iter demonſtrare dignetur, Amen.

Qualiter ad mortem nos præparare debeamus. Cap. LXVIII.

CVM ergo morti nos propinquare ſenſerimus, animum noſtrum ad terrã promiſſionis (quæ Deus ipſe eſt) conuertere debemus, attendendo videlicet qualiter ille lacte & melle fluat. Etenim ſecundũ diuinitatem ſuã eſt velut fauus diſtillans dulcedine plenus. Porro, ſicut fauus in omnia, quibus propinquare valet, effluere non ceſſat: ita & Deus omnipotens in omnes, qui ſeſe ad ipſum cõuertunt, & gratiã ſuã affectuoſe deſiderãt, ſine ceſſatione promanat. Eſt & lac vitalis nutrimenti ſecundum humanitatem ſuam, omnium illorum, quibus bona ope-

na opera virtutesq; deficiunt. Taliter ergo cogitatione & desiderio ad terram viuentium, quæ, sicut dixi, est ipse Deus & homo, nos conuertere debemus, recogitando beneficia nobis ab ipso collata, in creando nos, quo videlicet ipsum cognosceremus, amaremus ac frueremur, et p amarissimã mortem suam nos redimendo ac lauando in precioso sanguine suo: volendo insuper & desiderãdo nos perpetua felicitate donare, si pro hoc ipsum deprecemur. Taliter ergo intra nosipsos dicemus:

Oratio & confessio pro felici morte.

GRatias ago tibi dñe Deus meus, q; Christianus sum, & fidem Christianam teneo. Credo enim, quicqd sancta credit ecclesia tua, atque in hac fide mori desidero. O dñe Deus meus, cognosco ex gratia tua non me vixisse, sicut debui & potui, de quo valde doleo: & nunc omnino prorsusq; volo secundum voluntatem tuam corrigere me omnibus diebus vitæ meæ. Credo etiam, q; dominus meus Iesus Christus mortem amarissimam in cruce pro me sustinuit, & confiteor me saluari nullatenus posse, nisi per sanctissimam mortem ipsius, in qua etiã ob hoc omnem spem meam constituo, eidemq; me immergo, inuoluo atq; commendo dicens: O pater amantissime, si me occidere decreuisti, occide prius in me omnem iniustitiam & iniquitatem, & omne remoue impedimẽtum: meque clementer adiuua, vt iusta, patienti sanctaque morte succumbam. O omnipotens & misericordissime pater, en sanctissimam mortem domini mei Iesu Christi vnigeniti filij tui pono inter me &

districtum iudicium tuum, eiusq; sanctissimam vitam, passionem, mortem & preciosissimum ac innoxium sanguinem tibi offero pro omni superflua & inutili vita mea, pro omnibus malis, quæ feci, & bonis, quæ omisi. O dulcissime domine Iesu Christe, en amarissimam mortem tuam statuo inter peccata mea, & iustitiam tuam pro amore, pace, scuto, protectione saluoq; conductu, vt nunquam ad iudicium tuum nisi modo præfato venire me sinas. Tunc enim comparebo libenter & libentissime.

Quid in hora mortis cogitare debeamus. Cap. LXIX.

DEniq;, in ipso mortis articulo cæreus accensus nobis in manus datur, per quem Deus & homo significatur. Cæra namq; sacratissimũ corpus eius designat, quod pro nobis ad omnem pœnam exposuit: Lychnus vero purissimam animam ipsius, quam propter nos morti tradidit: flamma demum altissimam diuinitatem ipsius, quæ inæstimabili ad nos, etiam antequam creati essemus, amore flagrabat. Porro, sicut flamma cæram cum lychno consumit, sic & Deus omnipotens ex ardentissimo amore, quo ad nos æstuabat, corpus & animam suam totaliter pro nobis in omni paupertate, ignominia pœnaque consumpsit. Atque vt hanc passionem & amorem ad nos domini Dei nostri in morte cogitemus, candela nobis cærea accensa porrigitur. Et sicut candela ardere non cessat, nisi aliunde extinguatur, sic nec horum memoria a nobis vnquam recedere debet. Sic autem orabimus:

Ora-

Oratio.

O Domine Deus meus, obsecro te per merita benedictæ humanitatis tuæ, per gaudiosum humanum spiritum tuum, per sanctissimam animam tuam sacratissimumq; corpus tuũ, permitte sanctissimã, benedictã & dulcissimam diuinitatem tuam lucere in animã, corpus & spiritũ meum, & oẽs hostes tuos expelle & eijce a me, meq; laua in preciosissimo sanguine tuo, & fac me viuere in te. O vita animæ meæ, da mihi nunc viuere in amore tuo ad gloriam tuam. O lumen animæ meæ, resplende nunc mihi, & illumina me. O essentia essentiæ meæ, quæ creasti me, suscipe nunc misericorditer essentiam animæ meæ in diuinam essentiam tuam, in qua ab æterno fui. O pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum, Amen.

Deuota animæ pro sui illuminatione gratiarum actio, & quõ in anima sua quisq; fontem diuinitatis inuenire & conseruare debeat. Cap. LXX.

INdicauit mihi, o dilectissime, quidam ex peregrinis nostris viam aptissimam, compendiosam & internam ad regnum nostrum deducentem, in cuius viæ extremitate porta Sion, id est, nobilissima animæ portio consistit: quę nimirum ex vna sui parte in regali æternitatis ciuitate iacet, ex altera vero in terra corruptibilis carnis. Si ergo per hanc viam ad æternum principium nostrum peruenire volumus ac desideramus, ab omnibus caducis rebus & transitorijs nos omnino denudare, propriamque na-

turam frangere, & per hanc viam introuertere nosipsos in intimum animæ fundū, atq; per portam Sion transire debemus. Equidē necesse non est, vt post hac in aridıtate sit anima nostra. Etēm in fundo eius vena aquaꝝ viuentium, & originalis fons diuinitatis, abyssalisq; diuinæ essentiæ puteus consistit. Quę tamen aquæ reꝝ tēporalium luto adeo sunt obrutæ, vt omne fere genus vitioꝝ desuper excreuerit, ita vt iam omnino incredibile nobis sit, & persuaderi a nemine possit, viuum hunc fontem in nobis existere: idq; ob vitiorum zizania, quæ per naturam foras eruperunt excreuerūtq;, vt sunt infidelitas, blasphemia, mendacium, detractio, murmuratio, inquietudo, desperatio, amaritudo, indignatio, irrisio, altercatio, rixæ, inuidia, amor & oblectatio creaturarum, ex quibus omnibus mala tristitia, & plures aliæ iniquitates, quas enumerare longum foret, oriuntur: quæ etiam proh dolor altę nimis radicatæ sunt in naturæ fundo, & in cordis intimo, vbi tres vires inferiores originalem locum suum obtinuerunt, sub quibus septem peccata mortalia radices suas miserunt. Vis enim concupiscibilis tria sub se mortalia peccata continet, gulam videlicet, luxuriam & accidiam. Irascibilis similiter tria, vtpote auaritiam, iram & inuidiam. Porro, sub ratione pudor consistit, cui etiā superbia adhæret, quæ omnia supradicta vitiorum zizania velare & excusare nititur, eaq; velut sub corno inextricabiliter involuit, ita vt homo naturali ratione sua vti non possit. ¶Sed vniuersa hæc vitia contrarijs virtutibus extirpanda sunt, vtpote charitate, sobrietate, castitate, strenuitate, paupertate, tranquillitate, pati-

patientia & humilitate virtutum omnium baſe atque cuſtode, & cõſequenter omnibus alijs moralibus virtutibus. Etenim ſi intra nos puteus aquarum viuentium denuo aperiri debeat, diligẽter ac ſerioſe terram cordis noſtri effodere nos oportet. Si enim non ſatis alte foderimus, aqua ſcaturire non poterit, ſed eam exterius infundere oportebit, quam tamen ſic infuſam aquam terra citius imbibet, & perit. Ideoque per hanc aquam omnes exteriores modi, & quicquid per quinque ſenſus intro recipitur, deſignantur, quæ quantumlibet pura ſint, ſi in natura terreſtri perſtiterint, putrefiunt ac fœtent. Neceſſe itaque eſt, vt vlterius fodiamus per terram cordis et animę arenam vſque ad arenam puram, quæ eſt in eſſentiali illo puriſſimo fundo, in q̃ vena aquarum viuentium, & fons originalis atque abyſſalis eſſentiæ diuinæ puteus conſiſtit, quatenus ſem per venæ aquarum viuentium fluant, ne exterius aquam haurire cogamur, magis autem noſipſi large iugiter manare proximisque noſtris aliquid impartiri queamus. ¶ Iſta enim omnibus inſunt hominibus, quę quicunque in ſeipſis deprehendunt, omne bonum & vitam ęternam, plusque ſecuritatis & veritatis in ipſis inueniunt, quam omnes mundi doctores eos docere poſſent. Qui biberit ex hac aqua, ſitim rerum temporalium non patietur. Hæc nanque eſt aqua illa, de qua dominus ait: Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternã. Et iterum: Qui credit in me, flumina de ventre eis fluent aquæ viuæ. Etenim aqua hæc tam dulcis & pura, tantæque virtutis exiſtit, vt omnem vitiorum, quam illa germinant, amaritudinem

depellat: tamq; fortis, vt cum potenter manat, omnem naturæ resistentiam euincat, superet, compescat: totumq; animę regnū & corporis terram perfluens, ipsa fœcunda reddat. Denique hæc est piscina illa, quæ cum a spiritu sancto mouetur, animam cum omnibus viribus eius sanitati restituit. ¶ Porro, si fontem hunc conseruare & ne obstruatur cauere volumus, solidum fidei fundamentum circa ipsum iacere debemus, & marmore interiorum cogitationum extruere atque munire, quo videlicet memoria tam fixe & fortiter ad ipsum fontem stabiliatur atque firmetur, vt Deus in eam cum diuinis cogitationibus manare possit: carbunculo quoque, quatenus scilicet intellectus ita ad eum firmetur, vt Deus in ipsum cum diuina cognitione fluere valeat. Et postremo, ossibus eburneis, quo videlicet & ipsa voluntas ita ad hunc fontem stabiliatur, vt Deus in eam cum diuina charitate profluere queat. Sicque per amorosam vnionem sibi mutuo applicentur, vt ipse fons in altum ductus, in animæ regnum manare possit, & rationem simplicem ac luminosam, concupiscibilem terrenis rebus mortuam, irascibilem, mansuetam & humilem, & omnes affectiones aptas ac ordinatas, conscientiam puram, cor mundum, & omnem corporis terram fœcundam reddere queat. Denique quia preciosissimus est fons iste, custodire, concludere & sauciati corporis domini nostri Iesu Christi tabernaculo tegere eum oportet. Ipse nanq; est firma petra, sine qua nulla virtutum structura consistere potest, et per quam omnes virtutes cunctaq; bona obtinentur ac conseruantur.

Con-

Confessio & gratiarum actio autoris pro sui illuminatione. Cap. LXXI.

O Stupenda & admirãda bonitas Dei mei, quam magna quanq; innumera sunt in me beneficia tua. Et quis ea corde vel ore cogitare vel eloqui posset, quæ mihi o æterna & immensa bonitas contulisti? Veruntamen confiteor tibi domine Deus meus hoc, quod me amplius mouet, et vehementius accendit, quod videlicet innotescere mihi fecisti, imo & misisti peregrinum istum electum amicum tuum. Scio enim domine, quod non displicet tibi, laudare seruum tuum, sed maxime placet tibi extollere amicum tuum. Et reuera dignus est omni laude peregrinus iste amicus tuus, per quem me ab errore reuocasti, & beneficia tua mihi innotescere fecisti. Oculos enim habebam, & non vidi lucem tuam: aures, & non audiui vocem tuam: manus, & non sensi nec operabar opera tua: pedes, et non sequebar vestigia tua, nec ambulabã per viam mandatorum tuorum. Credebam quidem esse te vnum Deũ, quod & Iudæi & infideles multi credunt, sed intra me te existere longe erat a credulitate mea. Credebam etiam in Christum Iesum filium tuum, sed Christi opera minime faciebam. Vana ergo erat fides ista. Credebam denique quicquid sancta credit ac celebrat ecclesia tua, sed intra me eadem nequaquã celebrabam, in quem tamen finem omnia foris obseruantur. Et hæc mihi per illuminatum hũc peregrinum, perque gratiam tuam reuelasti, & abstulisti squamas ab oculis meis, surditatem ab auribus, obstinationẽ oris, pigritiã manuum,

nuum, instabilitatem pedum meorum & incredulitatem cordis mei, ita vt iam cernere possim lumen tuum interioribus oculis spiritus mei, & audire vocem tuam interioribus auribus animæ meæ: qua nimirum voce tua Deus meus excitas me ad permanendum iugiter in te. ¶ Quid enim prodesset mihi, quod ab æterno fui increatus in memoria, intellectu & voluntate tua, quodque ad imaginem & similitudinem tuam me fecisti, mecumque te vnisti, quod me redemisti, quod teipsum mihi in cibum reliquisti, quod me sic electum ex milibus ad hunc locũ vocasti, & in corpore ac anima mihi prouidisti: quod denique toties me ad mensam tuam inuitasti, & similia alia multa, quæ numerari non possent, beneficia contulisti? Quid (inquam) prodesset mihi quod ab æterno in te extiti, si non per hũc amicũ tuum me edocuisses, qualiter in te per sanctissima merita tua totus refluere debeam, teque seruare in memoria, intellectu & voluntate mea? Et quia in me manere vis, docuisti me qualiter & ego per eadem sanctissima merita tua in te vniri possim ac manere in præsentia tua, ad seruiendum, obediendumque tibi iugiter cum supernis spiritibus, & obsequẽdum in oñi bono, licito & honesto cunctis hominibus propter teipsum, & non ob amicitiam siue fauorem alicuius: itemque ad opem ferendum vnicuique hilariter, simpliciterque pro tui duntaxat amore. Et licet hoc sæpe ingrato ac peruerso animo accipiatur, ne tamen propterea a bono opere cessarem, me docuisti, ad instar angelicorum spirituum, qui tam obsequiosi, simpliciterque obedientes existunt, vt folia de arboribus, si Deo placeret, libentissime

colligere

colligere vellent, taliq; promptitudine Deo omnipotenti, hominibus quoq; tam malis, quam bonis inseruiunt. Et quantumlibet ingrati sint homines, ipsi nihilo minus in suo ministerio perseuerant. ¶Insuper docuisti & instruxisti me lumen oculorum meorum domine Deus meus per hunc amicum tuum, quomodo vnus tecum effici spiritus, & in diuini amoris tui abyssum immergi debeam: vbi nimirum spiritus baptizatur, & in tuo spiritu libertate donatur. Quodque voluntas mea penitus in diuina voluntate tua mori debeat, ita vt nihil velle possim, nisi quod sit secundum diuinam voluntatem tuam, (quod videlicet est radix veræ charitatis) & sic ex spiritu tuo renasci, vt spiritus meus in diuino amore & libertate eleuetur supra omnes curas atque timores mortis, inferni, purgatorij & omnium quæ animæ vel corpori in tempore vel æternitate accidere possunt, prospera vel aduersa, mors siue vita, vt in omnibus in amorosa, pacifica ac iucunda libertate & spiritus paupertate permaneam, quatenus nihil in me præter amorē tuum viuat. Sicque sim pauper spiritu, mēte subleuatus, pacificus, mitis, humilis & obediens in anima: castus, dulcis, pacificus & amorose introuersus in corde: virtuosus ac honestus in corpore: quatenus omnia opera mea per tua opera nobilitentur. Sicque tuam sanctissimam humanitatem imitando, eidem conformis esse valeam, in eo videlicet quod mundus ac patiens corpore, obediens ac pacificus in anima, et liber ac pauper spiritu efficior permaneoque. ¶Docuisti me prēter ea suauissime domine Deus meus per hūc eundem amicum tuum, quomodo in vita spiri-

tuali

tuali naturam meam comprimere, ſenſualitatl ac vitioſis inclinationibus mori, carnem ſpiritui ſubdere, & ſecundum nobilitatem & exigentiã ſpiritus viuere debeam, ne, quod abſit, nomen ſpiritus inaniter geram, ſemperque introuerſus eſſe & in portis Sion commorari, ſæpiusque in diuinæ eſſentiæ originem inclinare, & ibidem cum ſummo bono, teipſo videlicet, dulciter confabulari. Vbi nimirum me continue doces, qualiter in corde meo iugiter velut in faſciculos collectum circumferre debeam, quicquid propter mefeciſti, dimiſiſti, ſuſtinuiſti & docuiſti: ſemperque transformatus eſſe, quantum humana ſinit fragilitas, in imaginem ſacroſanctæ humanitatis tuæ, portando iugiter in me ſubleuationem ſpiritus tui, ſanctitatem animæ tuæ, puritatemque corporis tui: ſicque ſequi perfectiſſimum exemplar, & ſanctitatem virtutum tuarum, & in meditatione amariſſimæ paſſionis tuæ tempus meum fructuoſe expendere. ¶ Qualiter demum, quoties anima mea grauata eſt, te ſupplex orare debeam, vt ipſam teipſo in venerabili ſacramento reficere ac ſalubare velis, quatenus in te totus immutari valeam, efficiarque per gratiam, quod minime ſum per naturam, ſimque homo ſecundum cor tuum. Quod denique agnoſcere debeam, quam occulte & latenter vitia in me iaceant, & quonam loco radices ſuas miſerint, in profundiſſimo ſcilicet naturæ meæ fundo. Quodque nihilo minus & tuipſe dominus Deus meus in altiſſimo, eſſentialiſſimo, puriſſimoque animæ meæ fundo exiſtas, me ſemper adiuuare paratus, vitia cuncta euellere, & virtutes pro eis inſerere.

¶ Hæc

¶Hæc itaque & plura alia mihi ſuauiſſime Deus beneficia contuliſti, & intus quidem per teipſum, exterius autem per ſæpe dictum amicum tuum me docuiſti. Vnde tamen heu exiguum nimis fructum facio, nimisque ingratus permaneo: quod quidem, o pijſſime Deus, per amariſſimam paſſionem tuam mihi vt indulgeas ac dimittas oro, faciasque vt cuncta beneficia tua in me fructuoſa exiſtant, ne, quod abſit, fruſtra me ea accepiſſe contingat. Seruus enim qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis: & cui multum datum eſt, multum requiretur ab eo. Et ne forte, o benedicte Deus, margaritæ ante porcos ſparſæ ſint, per ſanctiſſimæ humanitatis tuæ merita te rogo, vt cuncta quæ me per amicum tuum docuiſti & inſtruxiſti, in me & per me perficere digneris. Quia proh dolor meipſum hoc tempore, prout æquum erat, minime aptaui. Et quia in me exiſtis, ea omnia mecum ſimul & in me & per me opereris, faciasque vt hic amicus tuus & omnes alij amici tui in hoc ſtatu iugiter proficiant, diuque eos in gratia & dilectione tua conſerua ad honorem & gloriam tuam, vtilitatemque præſentium ac futurorum: quatenus per hanc interiorem nos ad principiũ noſtrum deducentem ſemitam ambulare, & venam aquarum viuentium intra nos ſentire mereamur. Ad quod nos adiuuare digneris pijſſime Deus noſter.

Quomodo

Quomodo hunc librum simpliciter intelligere & exercere debeamus. Cap. LXXII.

PRætacta materia & exercitia in quibus sæpius iterantur, eo nimirum vt clarius intelligi valeant, non aũt quod ea tam multipliciter exercere debeamus, quæ magis simpliciter exercitanda sunt. Verũtamen nemo ad simplicem hanc exercitationem peruenire poterit, nisi prius cum intellectu, cognitione ac amore oẽm mũdialium rerũ multiplicitatem interruperit ac penetrauerit, vt sic bonorum spiritualium vtili multiplicitate sensus suos occupare valeat: & cum anima amorosa per circulum circuiuerit, vt videlicet sciat & cognoscat præcepta & consilia Dei, statuta superiorum suorũ, exercitationes exteriores in ieiunando, vigilando & orando, & quicquid ipsum scire oportet, quæ supersanctissima Trinitas in veteri simul ac nouo testamento patrauit. Quorum omnium cognitionem postquam adeptus est, & in his se exercitauerit, & necdum essentialem quietem vnitatemque inuenerit, tunc in ipsum punctum, id est, simplicissimum illud bonum, quod Deus ipse est, cum simplici interna exercitatione se proijciat, deinceps in oẽi multiplicitate simplex & quietus in omni occupatione futurus. Dictum est præterea sæpius in præfatis exercitijs, quod propriis operibus ac exercitijs nequaquam inniti, sed Deum in nobis & per nos operari permittere debeamus. Quod profecto non sic intelligẽdum est, quasi ab omni opere ociosi esse debeamus

beamus, aut etiam negligere ea quæ ex regula ſiue ſtatu noſtro facere tenemur, aut quaſi nullis internis exercitijs intenti eſſe, ſed magis expectare, vt Deus ipſe per nos ea operetur, nosque ociosi conſiſtere, & Deo nequaquam cooperari debeamus. Hoc ſane Deum tẽtare foret, magnaq; prorſus infidelitas eſſet, & per hoc in magnam pigritiam ac cæcitatem peruenieremus. Vult nanque Deus omnipotens, vt gratiæ ipſius cooperatores ſimus, nosq; cum ipſo operemur, et ipſe nobiſcũ. Qui enim creauit nos ſine nobis, nõ ſaluabit nos ſine nobis. Omnia poteſt Deus, ſed eius qui propria volũtate ducit̃, potens nõ eſt. In quẽ enim ignis inferni deſæuiet, niſi in voluntatẽ propriam? Quiſquis ergo ſeipſum iuuare, Deoq; cooperari recuſat, illi nec Deus opem ferre, nec omniũ ſanctorũ orationes auxiliari poterunt. Iugiter itaq; intra noſipſos cum continua quadam ſedulitate ac diligentia Deum adorare, eiq; noſipſos totaliter reſignare debemus, ad operãdum nobiſcum quicquid ei placuerit. Sic etenim noſtri potens efficitur ad operandum nobiſcum diuinum opus ſuum, dum videlicet totum q̃d poſſumus, etiam nos apponere curamus. Porro, quãdo diuinam inactionem nõ ſentimus, cum gratia ipſius, boni aliq̃d ſemper agere debemus, quod ei acceptius eſſe nouerimus, ne quod Deus auertat, ocio deteſtabili marceſcamus. Ocium nanq; omnis peccati & omnium tentationum occaſio eſt. ¶ Nunq̃ igitur ſic ocio torpere debemus, qn ſemper omnipotentem Deum ac dominum noſtrum cum ardenti amore flammigerisq; deſiderijs in memoria ac ſenſibus noſtris, opusque in manibus, quando ita oportet & neceſſitas requirit,

rit, habeamus: sicque ab ociosítatis crudelissimo hoste tuti esse valebimus. Nemo siquidem absq; bono opere Deo placere vel sanctus effici poterit: nemo sine præceptorum Dei obseruatione, consiliorum executione, & diuina in amore ac desiderio vnione, liber esse valebit. Nec quisquam Deo vacuus esse, nec opere Dei vacare potest. Siquidem nec superni spiritus vnquam a Deo laudibus ac gratiarum actione vacant. Quanto magis ergo nos miseri vermiculi bonis actibus studiose semper intendere debemus, qui in hoc certaminis campo positi sumus, quem nemo feliciter exire poterit, nisi qui legitime certauerit? Viriliter ergo certare, & per rigorosam austeritatem, carnisq; mortificationem omnem voluptatem pessundare ac conculcare, per sobrietatem omnem superfluitatem, & per humilitatem omnem superbiam vincere, & in omnibus pure Dei gloriam quærere ac intendere nos oportet. Enimuero si sic certauerimus, corda nostra Dei virtute corroborabuntur, & ipse nos interim expectans, quandoque sua gloria coronabit. ¶ Quantum igitur possumus, in bonis actibus cum magna alacritate multaque diligentia iugiter intenti esse conemur, quatenus a Deo agi mereamur, & nequaquam in vinea dñi Sabaoth ociosi inueniamur. Ipse nanque Dei filius haudquaquam ociosus aliquando fuit, sed semper quærens gloriam cœlestis patris sui, eiusdem opera faciebat'. Siquidem mens eius in diuina essentia semper vnita existens, permanebat in continua sanctaque fruitione, plenaque gaudio manens, simpliciter, clara ac supersplendente diuinitate quiescebat. Anima eius contí-

nue

nue deitati subdita erat, & erecta cum ardentissimo amore ac desiderio in laudando ac gratias referendo. Corpus denique suum in orando, ieiunando, vigilando, prædicando, docendo, consolando, laborando, obsequendo & cuilibet opem ferendo ac obtemperando iugiter exercebat, ille videlicet, qui & filius erat altissimi, & omnis autor creaturæ. Si itaque tantum ipse pro nostra salute laborem ac diligentiam impendere voluit, quanto magis nos modici vermiculi Deo perpetuo adhærere, & cum interno animo spirituque subleuato in fructuosa fruitione ac simplici quiete orare, & animas nostras diuinæ maiestati inclinare, continueque erecti esse cum amore ac desiderio in laudando gratesque referendo, & corpus per orationes, vigilias, ieiunia ac labores, quantum libertas spiritus requirit, exercere, & omnibus in anima & corpore obsequiosos nos exhibere, atque sub Deo omnique creatura nos inclinare, ac iugiter pauperes esse spiritu debemus? Nimirum qui nihil ex nobisipsis habemus aut possumus, & nihilo minus omnia in eo, qui nos confortat, prævalemus. Bona enim quæ Deo nobis cooperante agimus, nostra nequaquam sunt, sacro Euangelio attestante, in quo ipse dominus ait: Pater in me manēs, ipse facit opera. Et: Sine me nihil potestis facere. Omne itaque bonū Deo omnipotenti asscribēdum est, qui simul nobiscū illud, nō tamen sine nostra cooperatione agit & operatur. Tota igitur viuacitate memoriæ, intellectus subtilitate, voluntatis promptitudine, tota diligentia ac sedulitate omnium virium animæ & corporis

nostri Deo nos applicare eiusq; cooperatores ei se debemus, vt sic idonei efficiamur, cum quibus ipse operetur. Nihil enim suo ipsius opere Deo acceptius est, nec quicquam ille nisi suum opus, quod per hominem operari dignatus est, remunerabit. Etenim sanctus propheta ait: Omnia opera nostra operatus es nobis. ¶ Denique ob hoc vt eo peruenire possimus, omnes religiosi ordines instituti sunt: & in hunc finem omnia dona gratiarumque charismata conferuntur, quatenus homo vi uum Dei sui instrumentum existat, sibiipsi anniletur, naturæ propriæ moriatur, & solus in ipso viuat omnipotens Deus. Etenim ex asperitate & mortificatione naturæ, vita & dulcedo spiritus oritur: atque ex freno & coertione regulę ac disciplinæ, amorosa spiritus libertas procedit. Ideoque iam non vt serui sub lege, sed tanquam liberi sub gratia constituti esse conemur. Vbi enim spiritus domini, ibi tanta est in anima libertas, vt præcepta superiorum suorum ordinisque statuta non solum non violet, sed etiam per virtutem spiritus transcendat, & impleat omnem legem & omne mãdatum ex vero amore, quod alius facit ex timore vel coactione. Hoc nanque vere est opus diuini spiritus, quod videlicet incessanter docet spiritum nostrum, quomodo vnus esse cum Deo spiritus, eique iugiter cum amorosa quadam libertate abuntus adhærere, exterius autem crucifixam domini nostri Iesu Christi imaginem sequi debeat & imitari: per quod nimirum omnes religiosæ constitutiones confirmantur, & in suo vigore persistunt. ¶ Sed quia proh dolor vsqueadeo nunc interiorum nostrorum obliuiscimur, atque ad externa foris commoda

moda anhelamus, exterioresque modos & consuetudines vtcunq; obseruasse contenti sumus, ac exteriori sanctitati nimis innitimur, ideo fit, vt tantum omnis fere religio deficiat atque tepescat. Quamobrem iuxta consilium domini saluatoris, quæramus primum regnum Dei & iustitiam eius, & omnia nobis adiiciẽtur. Proiiscia mus in Deum omnem cogitatum nostrum, & tunc intus illuminabimur perlustrabimurque, a diuina veritate amplexabimur & Dei virtute protegemur, ita vt nemo deinceps profectum nostrum impedire possit. Sic nanque in vnitate spiritus & vinculo pacis ac dilectionis religiosi cõgregati esse deberent: & tunc vita religiosa merito paradisus appellari posset. Deus enim in medio eorum consistit, & ipsi sunt tanquam fortis & armatus exercitus aduersus omnem potestatẽ inimici, intercessores pro mundo vniuerso effecti: qui nimirum oratione communi cœlos penetrant. ¶Et sane quilibet religiosus merito esse deberet ciuis cœli, angelorum socius, thronus altissimi, in quo eum sedere delectaret, regnum quod regere desideraret, tabernaculum in quo habitare concupiscceret, & instrumẽtum, in quo & per quod spiritaliter operari affectaret, quomodo per sanctissimam humanitatem suam operatus est. Certe si attenderemus ad q̃d conditi sumus, et q̃ facile peruenire ad hoc possemus, amor vtique nos temporalia cuncta despicere, & ad æterna faceret anhelare: & timor etiam nos horrere faceret, quoties ad terrena nos oblectamenta conuerteremus. Et tunc vtique vere beata pace & ineffabili mentis tranquillitate frueremur. Quod nobis præstare dignetur pater,

filius & spiritus sanctus per pacem illam quam in cruce fecit dominus noster Iesus Christus: per que intercessionem & merita benedictæ matris eius, et omnium amicorum eius in cœlo & in terra cum ipso in vno spiritu viuentium.

Conclusio libri huius. Cap. LXXIII.

OMniptens ac superglorioſissimus Deus, sine cuius gratia nil possumus, præstet omnibus hoc desiderantibus, vt ex his iam dictis meliores efficiantur, & vita curent exprimere, quod didicerunt sermone, nec propriæ voluntati & intellectui, vel etiã literæ nudæ ab extra inhæreant, sed magis ad spiritum qui literam viuificat, ac fluenta doctrinæ suæ in nos effundit, sese introuertant. Ad quem nimirum cum abintra nos conuerterimus, plurium librorum perscrutatione opus non erit nec indigebimus. Reuera enim multiplicitas distrahit, & in omnium spiritualium hominum scriptis iuste satis reprehenditur atque notatur. Raro nanque ad simplicem æternæ veritatis lucem pertingere queunt, qui semper proprijs adinuentionibus inhærẽt. Breuiter ergo, omnis exercitiorum multiplicitas, & quicquid de Deo ac internis exercitijs scribi potest, totum in vno obtinetur & in vno concluditur: in nuditate videlicet siue paupertate interna, in abstractione ab omnibus rebus, solius Dei in nudo animæ fundo amoroso amplexu, & in eo quod nosipsos totos cum spiritu, anima, corpore, corde ac sensibus inamabili humanitate ipsius abscondimus, eique per omnia conformamus. Quisquis enim istã facit, prædicta omnia exercitia complet, & a Deo confor-

confortatur. Qui vicerit, ait dominus, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Quod nobis cõcedat in secula Deus benedictus, Amen.

PRæfata exercitia atque materia ex spiritu sancto & propria experientia a quodam illuminato Dei amico, tradita sunt atque conscripta. Qui hæc eadem multis annis exercitauerat, & per Dei gratiam, opem, auxiliumque mirabiliter in omni virtute profecerat, prout quotidiana eius conuersatio, dum adhuc viueret, vixit autem adhuc breui, satis probabant, ex quibus liquido apparebat hominem eum secundum cor Dei fuisse, & spiritui diuino actum atque directum. Qui nihilo minus vt sermonem illum dominicum adimpleret, vbi ait: Luceat lux vestra corã hominibus, noluit exercitia ista sub modio ponere, sed super cãdelabrum: & ex amoris impulsu ad vtilitatem proximorum, quã vehemẽtissime sitiebat, ista manifestauit, illis nimirum consulere cupiens qui Deo adhærere, & vnus cum ipso spiritus in nudo animæ fundo, iuxta proximam veritatem, effici desiderant: quatenus hinc instrui & informari possint, qualiter recto ad Deum suum itinere ambulare debeant, quod potissimum consistit in amando, resignando & patiendo, prout liber iste manifestius docet. Et quia hæc non ex præsumptione vel proprio captu, sed, vt dictum est, ex amoris impulsu ab eo scripta sunt, studiosus lector ad apis imitationem non venenum, sed mel colligere studeat: qui nihilo minus, si qd forte quod sibi displiceat, occurrerit, simplicitati & inscitiæ eorum, qui hæc transscripsere imputet.

Enimuero prælatorum atque doctorum, quibus omnipotens Deus ecclesiam suam regendam commisit, ista omnia correctioni subiacebunt: sub quorum etiam obedientia viuere simul ac mori statuimus & desideramus.

Margaritæ Euangelicæ Libri tertij Finis.

MARGARITAE EVANGELICAE

Liber quartus.

IN suprapositio libro tertio lector pie multas ex D. Augustini meditationibus & soliloquijs, aspirationes feruentes, & iaculatorias (vt vocant) orationes, autor libri in suo archetypo apposuerat. Quas idcirco omisimus, qa memoratos D. Augustini libellos vbilibet inueniri posse minime dubitamus. Ad quos etiam te remittimus: hortantes nihilo minus, vt in illis aut similibus oratiõibus feruidis, & desiderijs amorosis ad Deũ emittendis, te nõ ignauiter exerceas, donec ad vnionem Dei amorosam pertingas, & vnus cum Deo spiritus fias. Ne tamen libri partem detruncasse videamur, curauimus hic nonnullas eiusdẽ spiritus, de triplici illa sanctorũ via (videlicet purgatiua, illuminatiua, & vnitiua) precandi formulas & directiones ex sanctorũ dictis adijcere, quibus velut per compendium valeas in Deum redire.

APPENDIX LIBRORVM PRAECEDENtium, qui & pro Methodo haud pœnitenda in viam illam triplicem amicorum Dei, scilicet purgatiuam, illuminatiuam & vnitiuam deducente, & etiam ad sacratissimæ Eucharistiæ accessum disponente merito censeri debet.

De XV. incitamentis diuini feruoris. Cap. I.

QVandoquidem in nulla trium harum viarum quis proficere potest absq; feruenti desiderio, & perseueranti vsu ac exercitatione, in eisdem vijs, ob oculos ponenda tibi vtile existimaui incitamenta quædam ac stimulos ex sanctorum & deuotorum patrum monumentis desumptos: qui & hisce tribus versiculis comprehensi sunt.

¶Dignus, fert, mãdauit, donat, multa spopõdit. Virtus, exempla, peccata, pericula, tempus. Hostes, iudicium, pœnæ, mirabile, spectant.

Quæ pauciſſimis hic verbis explicata, tu profundius ruminato. Dignus] id est, attende, quod cum Deus sit summum bonum, &c. quod quum Deus sit summum bonum, dignus sit diligi amore infinito, propter suam infinitam omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, pulchritudinem, et alias perfectiones. Et ideo quantumcunq; eũ dilexeris, modicum est ad id, quod debes. ¶Fert, id est, quot & quantos dolores, angustias, pœnas, vulnera,

vulnera, supplicia, & opprobria, & tandē mortē acerbissimā pro te perpessus sit. ¶Mādauit] scilicet iudex summæ autoritatis tibi p̄cepit, vt oīa peccata fugeres, & ipsum totis viribus diligeres. ¶Donat] vide quot & quanta in te cumulauit beneficia in corpore & anima, paterna tibi fidelitate omni momento prouidendo. Pro q̄bus absq; intermissione teneris gratias agere. ¶Multa spopondit] tibi æterna gaudia, in corpore & anima, innumera & maxima, pro modico labore. ¶Virtus] q̄ speciosa, iucunda & nobilis sit in seipsa. Et e regione, q̄ deformis, tristis & vilis culpa. ¶Exempla] sanctorum, qui feruenter mundū, carnem & diabolum vicerūt: & mira pro Christo fecerunt & sustinuerunt, licet homines essent vt tu. ¶Peccata] tua q̄ multa & grauia sunt, quæ Deus tibi clementer dimisit, si gratus inuentus fueris. ¶Pericula] quæ tepidi incidunt, qui non toto conatu suo vt tenentur, ad perfectionem tendunt, propter quæ tam multi deficiunt. ¶Tempus] gratię quam pretiosum sit, q̄ breue & incertū, in quo mereri possumus: quod amissum recuperari non potest, de quo strictam exigemur reddere rationem. ¶Hostes] qui nos incessanter ad perditionem sollicitant: videlicet mundus occasiones offerens, caro infirma non resistens, & diabolus tentans. ¶Iudicium] Dei quam seuere puniet singula peccata, parua & magna, quæ hic per pœnitentiam delere negligimus. ¶Pœnæ] purgatorij & inferni, quam intolerabiliter graues, diuersæ, immanes, diuturnæ sint: quæ pro momentanea delectatione infliguntur. ¶Mirabile] & quam occultum sit iudicium Dei, qui multos

multos in oculis hominum laudabiles finaliter reprobat. Ideo quisq; cum timore & feruore suam debet salutem operari. ¶Spectant] & expectant nos oēs & sancti angeli, imo Deus ipse: vt viriliter certantes, ad illorum requiem ingredi festinemus. Si quis hæc, quæ diximus, incitamenta vel eorum aliqua non segniter quotidie in animo versauerit, nisi ferream habuerit mētem, ad emendatiorem mox vitam extimulabitur.

Vt quis purgetur a peccatis, redeatq; cum Deo in gratiā per viam purgatiuā, praxis succincta. Cap. II.

IN via purgatiua incipiendum est tibi a timore domini. Nisi enim, inq; Sapiens, in timore domini instanter te tenueris, cito subuertetur domus tua. O lignum aridū & æternis ignibus dignum, ait D. Anselmus, quid respondebis in illa die, quando exigetur a te ad ictum oculi omne tempus viuendi tibi concessum, qualiter a te fuerit expensum? Vt igitur ad verum timorem domini, purgationemq; peccatorum, & emendatiorem vitam peruenias, distingue meditationes ad viam purgatiuam pertinentes per VII. hebdomadæ ferias, cuilibet meditationi vnam in die, & vnam horam in nocte (quam etiam nulla ratione prætermittas) tribuens: eamq; cum oratione vna aut altera infrascripta, mentaliter, si potueris, concludens, & cum gratiarum actione terminans. ¶Feria igitur secunda, prēmisso signo sanctæ crucis, & inuocato diuino auxilio, considera tuorum peccatorū, criminum & negligentiarum multitudinem & diuturnitatem,

tem, quæ perpetrasti in pueritia, adolescentia, et virili ætate, omni tempore, quo vixisti, in omnibus locis, ciuitatibus, statibus & officijs, in quibus fuisti. In quinq; sensibus corporis tui, & in viribus, & affectibus animæ tuæ. Per VII. peccata mortalia & vitia ex illis germinantia, contra X. præcepta Dei, contra VII. sacramenta ecclesiæ, contra VII. opera misericordiæ: & contra præcepta & instituta ecclesiæ, & superiorum tuorum, cogitationibus, locutionibus, operibus, et omissionibus, super numerum multiplicatis. ¶ Deinde attende illorum grauitatem: videlicet quod vnius peccati grauitatem ac vilitatem nemo digne põderare possit, cum sit auersio a summo bono ad bonum carnale, vile & caducum, quo peccator rem vilissimam præfert altissimo Deo, suamq; malam voluntatem, optimæ voluntati diuinæ. Per quod infinitam Deo irrogat contumeliam, ipsumq; quodammodo iterũ crucifigit. Denicq; quam scandalosum & læsiuum sit peccatum proximo, quamq; nociuum suæ propriæ animæ, quam excæcat, conspurcat & occidit, spoliatq; Dei gratia, sacramentis, & meritis Christi, & ecclesiæ, & omnibus virtutibus & operibus bonis, societateq; & amicitia Dei, beatæ Mariæ, & omnium sanctorũ, obligatq; eandem horribili dæmonum consortio, & ęterno incendio cruciandam. Si ergo vnum peccatũ tam multa & ineffabilia superducit mala, quis tunc innumerabilium peccatorũ tuorum grauitatem, culparum & offensarum magnitudinem, & vilitatem, ac pœnarum te manentium (nisi pœnitueris) atrocitatẽ iuste posset æstimare? Hic poteris admirabundus exclamare contra teipsum

ad om-

ad omnes creaturas cur iniuriam sui creatoris in te non vindicauerint, cur terra & infernus te diu non deglutierint, sicut multis accidit, qui Deum non tantum offenderunt quantum tu. ¶ Attende deniq; quam dignus & sublimis sit, quantaq; tibi bona fecerit Deus, quem peccatis tuis inhonorasti, contempsisti & offendisti: & quam vilis, turpis et ingratus sis tu, qui tanto domino rebellasti: & quãto odio Deus detestetur & puniat omne peccatum, sicut ab initio mundi in angelis & hominibus peccantibus, suo terribili iudicio damnatis sæpe ostendit, adeo vt ignis infernalis non prævaleat vel vnum peccatũ mortale exurendo consumere. Et ideo necesse fuit ipsum Dei filium pro ipso extirpando incarnari & grauissimis supplicijs necari. Quapropter scias Deũ te aliter iudicare nõ posse, quam opera tua meruerunt: quum sit incommutabilis summaq; æquitas, nõ minus in punitione malorum, quam in retributione bonorum. Hæc & plura alia, quæ vnctio docebit, et in diuersis libellis reperiuntur conscripta, profunda cõsideratione rumina, teipsum veraciter iudicando, ne a domino iudiceris, donec amara contritione fueris succensus. Et tunc teipsum humiliando, & æterna damnatione dignum arguendo, corã Deo in terram procidas, & lachrymosis suspirijs frequenter ingeminatis veniam preceris, emendationẽq; promittas, iuxta sequentium orationum formulas.

FEria tertia edito signo sanctæ crucis, & inuocato diuino auxilio, meditare breuitatem huius vitæ, & mortis tuæ amaritudinem: Videlicet quam cæcus sit mundus seu vitæ mun-

mundialis, quo ad omnia saluti necessaria: iudicans bonum malum, & malum bonum: quam breuis sit, quia respectu Dei et cœli, vel etiã vnius animæ, mundus vix est vnum punctũ, quod pro nihilo reputatur, quam vanus et fallax, non satians, sed perdens suos amatores, quam malus et omnibus vijs plenus, quam nociuus et damnosus animæ, quam anxius propter miserias naturæ, vitæ, culpæ et mortis, quam sœdus et omnia spurcitia tabidus, quam plenus omnibus periculis. Cuius gaudium est vile in suo obiecto, videlicet impunita nequitia. Impurum in suo subiecto, quod est peccatrix anima, breue in seipso, triste in suo fundamento. Et malum causans sine fine duraturum in suo termino, et ideo toto corde respuendum. ¶ Attende etiam quam velociter et improuise superueniet tibi mors tua. Vide præeuntis infirmitatis grauitatem, horrorem tuæ naturæ, timorem conscientiæ de perpetratis malis et neglectis bonis. Transactæ vitæ ad æternitatem comparatę breuitatem. Tormentorum pro momentanea delectatione acerbitatem. Amarissimum diuortium ab amicis, diuitijs et delicijs. Dæmonum acerrimam impugnationem, corporis deformitatem, animæ euulsionem, et ad iustum iudicem, tenebrosamque regionem transmigrationem, et cadaueris in terram abiectionem obliuionemq;.

FEria quarta facto signo sanctæ crucis, inuocatoque diuino auxilio de iudicio Dei, attende iudicis terribilem maiestatem, potẽtiam, sapientiam, iustitiam, et iracundiam intolerabilẽ, pauperis et miseri peccatoris corã Deo, angelis, et sanctis, atq; dæmonibus comparẽtis trepi-

trepidationem & publicam confusionem, rationem reddam de anima conspurcata & male custodita, de spiritalibus donis & gratijs neglectis, de corpore vitijs corrupto, de sanitate et alijs naturæ dotibus, de tempore tibi concesso, de bonis temporalibus male expensis, de tuis a Deo acceptis beneficijs & officijs, & de omnibus cogitationibus, verbis & operibus tuis. Attende durissimam & irreuocabilem iudicis sententiam: a societate Dei, beatæ virginis, angelorum & sanctorum separationem, conscientiam tristissimã, & infernum apertum, & æterna desperatione, & omni miseria plenam damnationem. Quapropter si quid sapis, dum tempus gratiæ durat, studeas præuenire faciem domini in confessione, et lamentis pœnitentiæ, declinans a malo, & faciens bonum, oransq; dominum, ne intret in iudicium cum seruo suo: vt quum redierit, inueniat te in virtutibus vigilantem, quando cogeris velis nolis terrena omnia deserere, & opera tua tecum ad iudicium Dei conferre.

FEria quinta edito signo sanctæ crucis, Deique adiutorio implorato, de inferno meditare loci infernalis & subterranei fœditatem, obscuritatem, arctam angustiam, profunditatem terribilem, & horrorem dæmonum animas torquentium deformitatem & terrorem, illorumq; multitudinem, fortitudinem, crudelitatem, & perpetuam inimicitiam: pœnarum multitudinem, acerbitatem, grauitatem, & ad singulas culpas correspondentiam, & æternitatẽ: Videlicet carentiam diuinæ visionis, vermes, & tenebras, flagella, frigora, & ignes: dæmonum aspectus, scelerum confusionem, luctum & vlulatum.

tum. Et hęc omnes damnatorum sensus & vires penetrant. Considera in dānatis animarum deordinationē, tristitiam & desperationē, corporisque turpitudinem, ponderositatem & infirmitatem: Denicꝙ & omnium malorum aggregationem, & omnis consolationis elongationem perpetuam absqꝫ vllo fine.

FEria sexta facto signo sanctæ crucis et Dei adiutorio inuocato, viscerosæ cōpassionis & charitatis affectu, meditare dñicam passionem, & quæ, quot, qualia & quāta dñs maiestatis ex maxima charitate pati dignatus est pro te saluādo, atqꝫ ab æternis ignibus eruendo, & pro peccatis tuis (quæ oīa vsqꝫ ad minimū veniale clare præuidit) abolendis, & pro cuiuslibet satisfactione singularē dolorē assumpsit. ¶ Meditare ergo in primis passionē dñi iuxta historiam, q̄ in Euangelijs, aut alijs pijs libellis digesta inuenitur, per singulos articulos. Attende deinde quis est qui patitur: Nēpe Deus omnipotens, principiū oīs creaturæ, sapiētia æterna, bonitas summa iudexqꝫ viuorꝫ et mortuorꝫ. Qualis est, videlicet nobilis gñere, sanctus sanctorꝫ, tenerrimæ cōplexionis, innocēs et totus amabilis. Quātus est: videlicet altissimus Deus infinitæ potentiæ & maiestatis, q̄ est ipsa beatitudo sui & omnium sanctorꝫ, & speciosus forma præ filijs hominū. Qualia patitur, ludicra videlicet in signis, cōuitia in verbis, tormēta in factis, vincula & instrumēta varia, & mortē acerbissimā. Quāta & in qbus patitur: quia in oībus sensibus corporis fuit punitus, in rebus spoliatus, in anima et omnibus eius viribus afflictus, in corpore toto laniatus, et in fama sua bona infamatus. ¶ Aggra

uantia externa erāt plurima, magna & acerba. Nā locus passionis suę insignis & ciuitas capitalis, tēpus paschale, status suę nobilis ac famosæ personæ, aspectus populi, & ministrorū crudelitas tormēta eius valde augmentabāt. Aggrauātia tū interna supra oīa corporalia tormēta incōparabiliter aīam Iesu cruciabāt, videlicet qa omnia & singula hoīm peccata p̄terita, prędentia et futura, vna cū oīm pœna illis debita, clare vidit, in animā suā traxit, & plenarie pro illis, iuxta suę sapiētię, charitatis & iustitię mensurā satisfecit. Propter quorū multitudinē & magnitudinē, qa infinito nos amore dilexit, & infinitam diuina iustitia pœnā exigebat, cogebat in tantā angustiā & desolationē benedictā animā suā demergere, quantā nullus intellectus creatus valet apprehēdere, sanguinēq; sudare, & in cruce se derelictū, & animarū pereuntiū salutis sitibundū clamare. ¶ Quodlibet nimirū mortale pēcū quinq; vno ictu illi inflixit vulnera. Primū, qp illud pater cœlestis (cuius honorē semper q̄siuit) inhonorat. Secundū, qp animæ (quas tā laborio se redemit, & inęstimabili charitate dilexit) per hoc ingnantur & occiduntur. Tertiū, qp gratia Dei, quā nobis recuperauit, p hoc perdit, & ira eius quā abstulerat, cōtra nos resuscitat. Quartū qp pax, quā inter Deū & nos fecit, violat. Quintū, qp innumerabiles animæ ad æternā beatitudinē nobiliter creatæ, a Deo separantur, & ęternæ dānationi adiudicātur. Si ergo vniq; peccati mortalis enormitatē nemo digne p̄derare sufficit, qs expēdet peccatorū & pœnarū, quas pro eis Chr̄s assumpsit, grauitatē totius humani generis? Certe si internus dolor eius diuideretur in oēs creatu-

creaturas passibiles, vt pie creditur, cõtinue ex eius magnitudine morerentur oẽs. ¶ Aggrauabat nihilo minus internos dolores eius erga dilectissimã matrẽ suã cõpassio viscerosa, cuius mœstissimã animã ipse solus cognoscebat, q̃ suũ ei martyriũ duplicabat. Prẽterea eius dolores auxerunt oĩum electorũ suorũ tribulationes, quas p̃uidebat illos perpessuros, quas intima cõpassione in se traxit & suis passionibns vnitas Deo patri obtulit, sicq; illas fructuosas fecit. Sustinuit etiam immensum terrorẽ & angustiam extormentis, q̃ sibi vidit adhuc instare patienda: & ex oĩmoda derelictione, & immersione animę in profundũ oĩis desolationis & angustiæ: & ex ingratitudine hominum, mala pro bonis illi retribuentium, & tantum precium negligentium. ¶ Considera etiã, qualiter patitur, vt eius vestigia fideliter imiteris. Quia videlicet erga patrẽ se habuit obedientissime, erga seipsum seueriss me, erga hostes patientissime, erga nos benignissime, & contra diabolum prudentissime. Attende quo amore patitur, vt ipsum redames: videlicet amore æterno, & præueniẽti, & singulari pro singulis hominibus, gratuito absq; spe retributionis, summo & infinito, forti & p̃seuerãti. Attẽde demũ, q̃ fine patitur: videlicet vt redimat te ab ęterna morte, vt recõciliet te patri, vt reparet te destructũ, vt illuminet excęcatũ, et ęternaliter faciat beatũ. O cor dur̃, q̃ male habebis in nouissimo, si ad tãta amoris insignia nõ vis moueri et in amorẽ resolui, neq; vicẽ reddere tãtę charitati.

SI Abbato facto signo crucis et Dei adiutorio implorato, dulcissimę dominæ matris & aduocatæ nostræ cõpassiuo & amoroso corde

contẽplare dolores, eiusq; ſtude imitari veſtigia, ſi eius filius eſſe deſideras: cuius tota vita fuit mũdo crucifixa, & ipſa mundo, doloribusq;, angustijs, laboribus & afflictiõibus plena, et quaſi quoddã doloroſum martyriũ. Attẽde quantũ doluit, vidẽs benedictũ filiũ ſuũ (quem verũ Deum & hoiem nouit) in p̃ſepio præ frigore & egeſtate vagientẽ, & in circũciſione dolentẽ. Qñ audiuit Simeonẽ de gladio doloris propheratẽ. Qñ in Aegyptũ fugit. Qñ eũ triduo quæſiuit amiſſum. Qñ in tota vita eius vidit vel audiuit, aut certe per ſpũm cognouit eũ fame, inedia, frigore, æſtu, labore & fatigatione torqueri, opprobrijs, iniurijs, & perſecutiõibus vexari, de imminẽte ſua paſſione loqui. Tandẽ ei valedicentẽ, et ad locũ paſſionis properantẽ, a Iuda venditũ & traditum, a diſcipulis derelictũ, a Iudæis captũ, cõprehenſum, ligatũ, cũ multis iniurijs & tormẽtis deductũ, inuidioſe interrogatũ, conſputũ, velatũ, verberatũ, & multis contumelijs & pœnis tota nocte afflictũ. Deinde mane a Caipha ad Pilatũ, a Pilato ad Herodem, & rurſus ab Herode ad Pilatum reductum, accuſatũ, blaſphematũ, flagellatũ, ſpinea corona deluſum & conſputũ, populo exhibitũ, latroni poſthabitũ, ad crucẽ cõdemnatũ, crucẽ propriã baiulantem, veſtibus nudatũ, diſtentũ, crucifixum, in cruce ab oĩbus derelictũ, ſe Ioãni commendantẽ, ſitientẽ, & in maximis pœnis morientẽ: in corde trãsfigi, deponi, in ſinũ ſuũ locari, & tandẽ in ſepulchro recõdi. ¶ Attẽde cauſas doloris eius, qa erat eius mater, & ſola parens, & vnice ſummeq; diligẽs, & patienti præſens, ex natura vehemẽter pia & cõpaſſiua, cõplexione tenerrima, viuaci ſenſu oẽs

pœnas

pœnas pẽsans,& in seipsa innocẽs,& absq; eul pa:& qa a Deo electa erat,vt tanq̃ nostra aduo cata,& vice nostra filio cõdolens,& officiũ funeris exhibẽs,potẽtior fieret apud Deũ nos ingratos filios suos precibus & meritis suis adiuuare.Iuxta mensurã igit amoris eius ad filiũ suum,& ad nos eius adoptiuos,fuit & dolorꝫ eius magnitudo,q̃s idẽ illi filius abundãtius cõmunicauit præ cæteris electis oĩbus : sicut nũc quoq; ipsam supra oẽs exaltauit, plusq̃ vlla creatura pura posset cõprehẽdere. Tot ergo & tãtis fidelissimę matris tuæ dolores stude cõpassiuo corde cõpati & gratias agere,& eius humilitatẽ,castitatẽ,patientiã,charitatẽ, & virtutes oẽs imitari,totoq; corde cum & in filio honorare & redamare;& senties in oĩ necessitate tua & in morte maternã eius cõsolationẽ,& protectionẽ fidelissimã.Perire nanq; nõ poterit,q̃squis ipsam vsq; in finem deuote inuocauerit honoraueritque.

DOminica die signo crucis facto & Deo inuocato meditare gaudia regni cœlorꝫ. Vide cœlum empyreũ,q̃d est situ altissimũ, quãtitate ampliſſimũ,materia preciosissimũ, figura rotũdũ,luminosissimũ et pulcherrimũ oĩm florꝫ et deliciarꝫ,q̃ desiderari possunt, amenitate iucundissimũ. Vide gratissimã societatẽ,et cõtẽplationẽ diuinitatis et humanitatis Chr̃i,gloriosæ virginis Mariæ, angelorꝫ et sanctorꝫ oĩm. Quodq; hi ipsi sunt innumerabiles,pulcherrimi, iucũdissimi,charitate pfectissimi,& regali et reginali dignitate cõspicui. Vide opera siue actus beatorꝫ, q̃ sunt Deũ clare videre, pfecte amare et laudare,ipso inamissibiliter frui et vniri, atq; gratias agere et cõgratulari. Attẽde glorificatio

nem animę, quantū videlicet erit pręmiū substā
tiale æternæ beatitudinis, tres dotes aīæ, videli-
cet visio clara, fruitio secura, & tētio ꝑpetua: vi
res deinde intuere oēs glorificādas, sensualitatē
purā, ætatē floridā: VII. partes beatitudinū ani-
mæ, videlicet sapientiā maximā, amicitiā verā,
concordiā syncerā, securitatē summā, potentiā li
berrimā, honorificentiā inæstimabilē, & regalē
principatū. Attēde etiā glorificationē corporis:
videlicet eius quatuor dotes, claritatē, subtilita-
tē, agilitatē & impassibilitatē: fructus exercitij
spūalis, & maxima p̄mia pro paruis ꝗbusq; me
ritis: aureolas martyꝝ, doctoꝝ atq; virginū: sen
suūq; ꝑfectionē, VII. beatitudinū corporis par
tes, videlicet pulchritudinē sine deformitate, ve
locitatē sine tarditate, fortitudinē sine infirmita
te, libertatē sine captiuitate, delicias sine dolore,
sanitatē sine ęgritudine, & vitā absq; mortalita
te. Denicq;, videbis subtus tę cœloꝝ orbes & mo
tus: mundū cū periculis suis, q̄ fugisti, hostē quē
vicisti, tormenta inferni, q̄ euasisti, & peccata, q̄
vitasti, vel pœnitētia deleuisti. Demū, erunt tua
gaudia infinita, & absq; tristitiæ permixtiōe pu
rissima, ordinatissima, a periculis elōgatissima,
oīm q̄ desiderabis affluētissima, & sine fine tibi
mā sura: q̄ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hoīs ascēderūt, q̄ p̄parauit Deꝰ diligen. se.

POstq̄ igit singulis meditatiōibus hic breuis
sime tactis, et abs te morosius ruminādis in
hęseris, in spū humilitatis, & in aīo cōtrito
cōuertere ad p̄ssimū redēptorē tuū, dolēs & ge
mens, et viscerosa suspiria (q̄ valde efficaciter re
purgabūt) emittēs, magis ex amore, q̄ fidelissi-
mū Deū & patrē tuū grauissime inhonoraueris.

Nam

Nã hoc multo plus placet Deo, q̃ ex timore pœnę, vel dolore tui dãni, q̃d incidisti, sicq; prostratus humili timore ac pudore dicas mentaliter, si potes.

Effusio cordis cõtriti & humiliati, qua possit qs cũ Deo redire in gratiã. Cap. III.

O Domine, toto corde doleo me tuã amicitiam amisisse, tuam bonitatem contempsisse, tuam maiestatem inhonorasse, mãdata tua & ecclesiæ tuæ, & superiorũ meorũ nõ curasse, tẽpus, vires, & substantiam meã pro tui cõtumelia dilapidasse, peccata & scelera mea a te mihi sæpissime dimissa, iteq; & iterũ fere infinities iterasse, ĩgratitudinis et alijs vitijs meis in te & in oẽs creaturas, vltra q̃ dici potest, peccasse. O dñe, ego sum ille prodigus filius, qui hæc & alia infinita mala contra te perpetraui: qui quum me innocentem creaueris, me tam sine vllo rubore vilissime dæmonibus & vitijs prostituí. Tu pro me crucifixus es & humiliatus, & ego me erexi. Tu nudatus, ego auarus. Tu amaritudine repletus, & ego delicatus. Tu felle potatus, ego crapula grauatus. Tu totus laboriosus, ego totus desidiosus. Tu pro inimicis orasti, ego nõ solum inimicos, sed & amicos odiui. Sed heu mihi, q̃d faciã? Nunq̃d desperabo? Absit. Ferrũ rubiginosum purgari potest, & ego per viã purgatiuã, lima cõtritiõis, cõfessionis & satisfactionis me purgabo. Et sicut me p̃ superbiã exaltaui, ita per humilitatem ero opprobrium hominum & abiectio plebis. Cõtra auaritiã, abrenũciabo oĩbus rebus trãsitorijs: cõtra voluptates, affligã me ieiunijs, vigilijs, fame et siti. Purgabo me etiã p̃ gemitus oratiõis, p̃ ignẽ tuę et fraternę cõpassionis,

sionis, et per ardorē tuę charitatis, & per abnegationem propriæ voluntatis. O domine per amarissimam passionem & mortem tuam propitius esto mihi peccatori.

Effusio contriti & humiliati cordis ad patrem cœlestem pro plena reconciliatione. Cap. IIII.

DOminator dñe oīpotens, misericors et clemēs, patiēs & multę misericordiæ, iuste et verax, qui contritorū non despicis gemitū & mœrentiū nō spernis affectū, sed oībus te in veritate q̄rentibus subuenis. Adesto inuocatiōibus meis, et noli me derelinquere plasma tuum, propter magnitudinem bonitatis tuę. Sed aperi misericordes oculos tuos, et intuere opus manuum tuarū, & suscipe in māsuetudine verba gemitus mei, et audi peccatorē de luto miseriæ ad te vociferantē. Ad ostiū tuū summe paterfamilias mēdicus pulso. Audi desideria rugientiū præcordiorū meorū, q̄a gemitus meus a te nō est absconditus. Veni mihi in auxiliū, q̄a tu solus lāguorē & dolorē consideras. Nā sine te nemo iustus in cōspectu tuo. Ideo ego oīm miserrimus flecto ceruicē meā sub pedibus maiestatis tuæ, & cōfiteor tibi paupertatem meā, quia accusantes se ante cōspectum diuinæ clementiæ tuæ ab oī vinculo iniquitatis absoluis: & ego miserrimus peccator, & peripsima oīm peccatorū, cōfiteor tibi omnia peccata mea et mala, q̄ vnq̄ peregi a diebus iuuētutis meæ vsq; in præsentem horā, videlicet illa et illa, tot, talia, tam grauia et multa. ¶ Hæc & alia multa, q̄ me latent, sunt peccata mea, quæ coram te miserabiliter perpetraui benignissi-

Hic percurre peccata tua vt melius potueris.

nigniſſime pater, nec pro his tibi ſatisfacere poſſum, nec rationem reddere de tantis criminibus, quibus maieſtatem tuam ſæpius offendi. Quia plures ſunt iniquitates meæ, quam ſtellæ cœli, et guttæ pluuiæ, & arena maris, quæ præ multitudine numerari nequeunt, ita innumerabilia ſunt peccata mea. Quomodo ergo benigniſſime pater te pro his omnibus placabo? Non poſſum tibi ſatisfacere nec reſpondere vnū pro mille. Nec etiam meipſum (vt merui) interficere volo nec debeo: ſed quia ego te domine in fecibus meis vſqueadeo prouocaui, quod iuſto iudicio contra me merito pugnare deberet totus orbis terrarū. Surgant ergo omnes creaturæ cœli & terræ, & veluti creatori ſuo famulātes, de me vindictam ſumant. Non vis tamen benigniſſime pater, vt illę me occidant. Quod ergo nunc faciam nō habeo, niſi tu mihi ſubueneris. Alias bonum mihi foret ſi natus non fuiſſem, vt de proditore tuo dixiſti, qui meipſum peiorem illo feci. Sed nūc pie pater, video te mihi prouidiſſe de remedio. Leuabo oculos meos in faciem Chriſti tui, qui propter peccata mea totaliter afflictus & extirpatus eſt, vt ſuo roſeo ſanguine vulnera mea curaret. ¶ Hic meditare vitam, paſſionem & charitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, diſtinguendo illam per ſingulos articulos, & comparando peccatricem vitam tuam, ad ſanctiſſimam vitam Chriſti: tuas quoque oblectationes, ad eius paſſiones & dolores: & tua vitia, ad eius virtutes in ſingulis articulis vitæ & paſſionis ipſius reſplēdentes: orans vt per eius merita & exempla compungaris, humilieris, purgeris, veniamque peccatorum, & gratiam ipſum perfecte imitandi et

redamandi adipiscaris: donec per vulnera humanitatis admittaris in cor ipsius, & in vnionem diuinitatis in humanitate latentis, per exercitium amoris. Hoc nanque vnicum vitæ & passionis dominicæ exercitium, huic triplici viæ, imo omni viæ bonæ adeo necessarium est, vt sine eo nulla alia exercitia prosint: & sine alijs hoc solum sufficeret, modo discrete quisque iuxta sui cursus mensuram illo vti, & constanter vsque ad finem in illo voluerit perseuerare, illudque non pro qualibet causa leuiter omittere. Caue demum in aliqua harum viarum obliuisci, siue (quod absit) contemnere humilem implorationem suffragiorum glorioſę virginis matris, & sanctorum: Maxime autem ipsius matris misericordiæ, per quam magnam tibi gratiam sentires a filio eius benedicto cœlitus impartiri.

Effusio cordis contriti & pœnitentis ad Iesum Christum pro peccatoribus crucifixum. Cap. V.

IN vnione doloris tui, qui causam doloris mei assumpsisti, & emendationem pro peccatis meis suscepisti, domine Iesu Christe, singulare omnium vere pœnitentium asylum & refugium, cum vniuersitate dolentium & vere pœnitentium & te in veritate quærentium, confiteor tibi omnia peccata mea, mala commissa, & bona omissa vel non pure facta, sicut tu ea nosti in numero, pondere & mensura, & dies perditos vitæ meæ, in quibus te offendi, & laudem tuam minui, & a te summo bono cecidi, & proximum meum in casum traxi. Suscipe ergo domine

mine de mea misera vita residuum annorum meorum. Pro his vero quos male viuendo perdidi, quia perdite vixi, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & perierunt sine fructu, quos impossibile est vt reuocẽ: sed placeat tibi vt recogitem illos in amaritudine animæ meæ. Quia peccaui super numerum arenæ maris, & præ multitudine iniquitatis meæ, non sum dignus annumerari inter creaturas tuas. ¶ Ideo pijssime domine Iesu Christe, abyssus profundissimæ miseriæ meæ, inuocat abyssum altissimæ misericordiæ tuæ. Ne contineas in ira miserationes tuas, & fontem inexhaustæ misericordiæ tuæ circa me exiccari non permittas propter peccata mea, qui misereris omnium, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Tuum est domine remittere mihi peccata mea, ac misereri mei. Iam tempus est gratiæ & miserationis. Et dum tempus est emendationis, da mereri gloriam benedictionis, ne in die consummationis me feriat verbum maledictionis. ¶ O benedicte & amabilis domine Iesu Christe, qui plorasti super amicum tuum Lazarum, & fleuisti super ciuitatem sanctam Hierusalem, plora super me fletu compassionis, & conuerte ad me oculos misericordiæ tuæ, & sis mihi mitis, sicut fuisti mulieri peccatrici in domo Simonis leprosi: & fluant de oculis meis lachrymæ, sicut fluxerunt de ipsius, quando pedes tuos lachrymis lauit, & crinibus suis tersit: & dimisisti eam in pace. Fac me quæso domine Iesu Christe assueta mala relinquere, & tibi placita opera agere, vt studium,

quod

quod hucusque in peccatis exercui, te adiuvante, deinceps in tua voluntate exerceam: vt vbi abundauit delictum, tua gratia reabundet. Et rogo te propter temetipsum, & per amorem piissimæ matris tuæ virginis Mariæ, & per intercessionem omnium sanctorum tuorum, vt ignoscas omnibus peccatis, negligentijs & ignorātijs meis, & ne perdas me cum iniquitatibus meis, neque in finem iratus, reserues mala mea. Recorda re domine Iesu, quia tuum non est perdere quicquam ex eo quod pater tuus dedit tibi, sed tuum est proprium misereri semper & parcere, nemi-nem perdere sed saluare: quia pater tuus misit te in mundum, non vt iudices mundum, sed vt vitam habeamus per te, & sis pro nobis, non contra nos. Quod enim nos debuimus, tu soluisti, quod peccauimus, tu luisti, quod negleximus, tu supplesti. ¶ Proficiat ergo mihi domine nunc & in extremis meis, plenaria, imo superabundās satisfactio tua, pia passio tua, amara mors tua, et precium fusi sanguinis tui, renouatio satisfactionis tuæ, venerabile scilicet mysterium corporis et sanguinis tui, quod tibi quotidie offertur in ecclesia catholica pro salute fidelium. In quo tu es ipse sacerdos & sacrificium, ille qui offert, & ille cui offertur: ad promerendum mihi in præsenti gratiam quam non merui, ad obtinendum in futuro requiem & gloriam quam tua pia passio impetrauit. Imperfectum meū domine viderunt oculi tui, sed tu pie Deus, ne imputes mihi ad æternum supplicium, qui omnia ad summum & perfectum bonum optime & perfectissime præordinasti. Et ne permittas me deleri de libro vitæ, sed conser mihi portionem, quæ me contingit

git per subsidium tuæ precioſæ paſſionis, cum qua hominem voluiſti habere tibi cohæredem in terra viuentium. ¶ Te igitur domine Ieſu Chriſte moueat & inclinet ad miſericordiam, humanæ fragilitatis conſideratio, qui noſti quæ ſit hominis ſubſtantia, & quod vane cõſtitueris hominem ſuper terram. Conſerua etiam in me opus tuæ pietatis, ne incaſſum circa me laboraueris, & ne infructuoſa in me ſit immaculati cruoris tui effuſio. Tu ergo qui es purificationem faciens peccatorum, præſta vt emundatus a peccatorum ſordibus, & illuminatus acie mentis, cognoſcã te: & me agnoſcens in directione cordis mei, iugiter ad te tendã, vt felici exitu merear ad te peruenire Ieſu Chriſte, vnicũ refugiũ meum.

Oratio introductoria per vulnera in cor & diuinitatem Ieſu, ad latitandum in eo contra diſtractiones omnes & tentationes. Cap. VI.

DOmine Ieſu Chriſte pro peccatoribus crucifixe, ſuſcipe me peccatorem ad te confugientem, & protege me ſub vmbra alarum tuarum, quas extendis in cruce, inter brachia charitatis tuæ. Planta arborem ſanctæ crucis tuæ in corde meo, vt diffuſis amaris radicibus eius in me ſentiam & intelligam, quanta ſuauitate inuerit & paſſa ſit clementia tua pro me inutili & heu ingrato ſeruulo ſuo. Exeant radij humilitatis, paupertatis, obedientiæ, patientiæ & charitatis, ex ſacratiſſimis vulneribus tuis in me: & vulnere cordis ſeu lateris tui, vulnere videlicet amoris tui cor meum vulnera & tranſuerbera, vt vere ardeam et lãgueam in deſiderio animæ, & illumi-

& illuminatus luce mortis tuæ, vere intelligere valeam dolorem & cruciatum, quem sustinuisti in manibus & pedibus tuis, in capite, in corpore, in corde & in anima tua: Quia plenus doloribus eras intus & foris, stans & suspensus in patibulo crucis, sic vndiq; angustatus, quod nec ad dextram nec ad sinistram, neque sursum, neque deorsum, nec ante nec retro quoquam te mouere potuisti. Et stando sic doloribus plenus & vndique derelictus, plorasti, preciosum sanguinem iugiter stillasti, & fidelissime pro nobis miseris peccatoribus passiones sustinens laborasti, donec exaruisti, & totaliter defecisti, ac mortem amarissima atq; turpissima, cum summo mœrore & incredibili angustia tuæ tristis animæ, ex charitate maxima tui feruentis spiritus, voluntarie pro nobis occubuisti. Sit nomen tuum domine benedictum in omnia secula. ¶ Domine Iesu Christe fac sanctissimam hanc mortem tuam penetrare duritiam cordis mei, vt tibi & piissimę matri tuæ virgini Mariæ fideliter compatiar. Trahe me post te, ad te & in te: quia te exaltatum a terra omnia tibi attracturum dixisti; Duc me in vestigijs sacratissimæ passionis tuæ baculo sanctę crucis, per arma iustitię, a dextris & a sinistris, per foramen tuę angustiæ mortis, in latitudinem spiritus, vsq; ad introitū vitæ æternæ, vbi te clarius videre, & plenus benedicere queam: laudareque & glorificare gloriosum nomen tuum valeam super omne nomen sanctum & benedictum in secula, Amen.

Effusio contriti cordis ad spiritū sanctum. Cap. VII.

O sacro-

O Sacrosancte spiritus, patri & filio coæqualis, omnipotens, adorande, superglorioſe, benedicte Deus paraclite, qui es patris et filij dulciſſimus amor, ſancta communio, pax & tranquillitas æterna. O dulciſſima Dei bonitas & infinita miſericordia, ſuſceptor pauperum, conſolator mœrentium, per quem nobis omnia quæ patris & filij & tua ſunt, inferuntur, vitam diuinam tuis muneribus in nobis faciēs, & filios Dei per adoptionem nos cōſtituens. Tu nullum ad te confugientem miſerum deſpexiſti. Tu nullum licet fœtidiſſimum peccatorem reſpuiſti. Tu nunq̄ in anguſtia poſitū ſine miſeratiōe præteriſti. Tu oīi indigenti, tanquā pijſſimus pater & cōſolator ſemp ſubueniſti. Ego miſer peccator in cordis mei dolore & anguſtia, ad tua pia confugio ſubſidia, quia ſine te reis nulla datur venia. Ecce cōmiſſa mea vehementer pertimeſco, & omiſſa mea valde erubeſco. Heu mihi q̄ me vertā, q̄ fugiam, quādo iuſta Dei ægtas in numero, pondere & mēſura iudicauerit oīa, quando in ſtatera nimis rigoroſa leuauerit oia mea facinora? O infinita Dei charitas ſacroſancte ſpiritus, obſecro te, ne mihi facias ſecundum pcta mea, ne me indignū proijcias a facie tua, ne de me dicas: Vt qd etiam terrā occupat? Sed fac me corā te plorare & poſtulare gemitibus inenarrabilibus. O benigniſſime ſpūs, reſpōde pro me, & calicem Ieſu ſalutaris mei pone in ſtatera vacua, q̄ operias oīa mea crimina. Tu nāq; Ieſum coegiſti, vt aſſumeret cauſam meam nimis malā ad ſuccurrendū mihi pdito, quē vinculis et flagellis afflictū, ſpinis et clauis fauciatū et illuſum in mortem traxiſti amariſſimam, imponēs

& to-

ei totius mundi culpam. Tu fontem vitæ prō-
pter me cruciabas siti, vt non sufficeret ei semel
mori, sed iam moriens morte multa pro singu-
lis cuperet offerri sæpius, vt ego vitam habeam
abundantius. Eia totam vitam meā in hanc mor
tem absorbeas, peccata mea in ea abscondas, ne
gligentias meas ex ea suppleas. Hoc incensum
suauissimum, hoc sacrificium dignissimum ac-
cipias, & diuinæ iustitiæ pro omnibus peccatis
meis offeras. Per huius precioſæ mortis meri-
tum, quod sufficit ad soluendum vniuersale de-
bitum, vitam meam innoua, & centuplum resti
tue omnia mea deperdita, vt tibi seruiat omnis
virtus mea, & te glorificet omnis mea substan-
tia. Conuerte me tam efficaciter ad te, vt in diui
ni amoris violentia a meipso penitus deficiam,
te corde puro super omnia diligam, in omnibus
te laudare, tibique seruire & adhærere studeam.
Sensus meos intellectuales luce clarius illumi-
na, intus me docens, intus diuina suggerens cor
meum cōcrema. Infer mihi omnem charitatem,
virtutem, veritatem, lucem & calorem, pulsum
& motum, operationemque diuinam: vt per ex
perimentum tui amoris nunquam a spiritu ma-
ligno seducar, nec meo spiritu deceptibili & mu
tabili dirigar, sed tu solus sis meus ductor: quo
impulsus & inspiratus, tuisque donis confortā-
tus, potens sim ad omnia tibi beneplacita. Te do
cente & linguam mouente habeam os & sapi-
entiam, cui nullus resistere queat aduersarioꝝ.
Tu sis mihi vinculum, quo patri & filio con-
iungar. Tu amor, quo patrem & filium diligā.
Sic ergo miserere mei per gratiam (quæ mun-
tuum & remissio est peccatorum) vt tandē ab-

que

que impedimento ingredi mereamur tui amoris thalamum, in quo solo totum & verum est nostrum gaudium.

VEni sancte spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium. Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium. In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nihil est in lumine, nihil est innoxium. Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium. Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenariū. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium, Amen.

Effusio cōtriti cordis ad ter sacratissimam virginem Mariam, singulare & vnicum post Deum refugium omnium pœnitētium. Cap. VIII.

O Sanctissima virgo Maria, genitrix Dei, regina cœli, domina mundi, mater misericordię, quę es sanctissima, humillima et pīssima supra omnes sanctos cœlestis curiæ, citius inclinans aures tuas, vt exaudias preces seruorum tuorum, quos semper es adiuuare parata: si digneris nunc o domina diuinam maiestatē orare pro me, qui sum supra modum peccator viliſſimus, & cūctis deterior hominibus: tecum pariter inclinabitur tota cœlestis curia, dicens: Inclina domine aurem tuæ pietatis ad supplicationem tuæ sanctissimæ genitricis. Dignum

nanque est, vt eius intuitu vita detur perdito,& gratia misero. O pijssima virgo, etsi ego sum indignissimus, tu tamen es dignissima. Si ego supbus, tu domina humillima. Si ego impurus, tu purissima. Si ego fœtidus, tu fragrantissima. Si ego libidinosus & carnalis, tu virgo purissima. Si ego peccator nequissimus, tu mater Dei sanctissima. Ex totis igitur præcordijs meis tibi supplico per omnem amorem & dolorem, quem pro dilectissimo filio tuo habuisti, digneris pro me misero peccatore intercedere & supplicare: Per fugam in Aegyptum, per amissionem triduanam filij tui, per tristissimam separationem eius a te in Bethania, dum ad passionem proficisceretur: per dolorosissimum illud verbū: Mulier ecce filius tuus, quo tibi nos pauperes in filios commendauit: per sitim eius, & gustum fellis & aceti: per diram eius mortem & lateris apertionem: per eius precioſi corporis inter brachia tua descensum: ora eundem filium tuū pro me, vt dignetur mihi dimittere omnia peccata mea, & omnem gratiam & virtutem in præsenti, & vitam tecum æternam largiri in cœlo.

¶ Quotidie ergo te glorioſæ virgini offeras in seruum proprium, & voto illi te obstringas, legens ei pro recognitione homagij quinquaginta salutationes angelicas, aut plures vel pauciores, prout potueris. Similiter sanctos Dei singulari affectu, contrito corde roga, vt pro te intercedant. Et si in hac via perseueraueris, cito magnam gratiam experieris, si tamen a peccatis & vitijs pro posse abstinueris: Alioqui manebis, & forte (quod absit) morereris in peccatis tuis, quæ quandoque deploraſti, Poſtre-

mo

mo ora fideliter pro tibi commendatis, & pro omnibus ſtatibus eccleſiæ, & pro animabus in purgatorio. Hoc nanq; mirum in modum Deo gratum, tibique erit ſalutiferum. Ad hæc vti etiam poteris VII. Pſalmis pœnitentialibus cum Letania, & XV. orationibus (quas vocant diuę Brigittæ) de paſſione domini, quæ mirę ſunt virtutis pro venia & gratia impetranda.

Vt quis cum Deo reconciliatus per viam purgatiuam, ſecure conſcendere poſſit in viam illuminatiuã, praxis. Cap. IX.

INter omnia illuminatiuæ, ſicut et aliarum viarum exercitia, præcipuũ eſt meditatio vitæ & paſſionis dñicæ. Quæ quia in Euãgelijs & alijs libellis paſſim inuenit, hic replicandã nõ putauimus. Ex hac enim facile purgabuntur tui interiores oculi, & illuminabuntur ad diſcretionem boni & mali: & ad cognoſcendum Dei bonitatem, & tuam vilitatem, Deumque perfecto amore (ſine quo omnis illuminatio ſterilis eſt) redamandum. Illuminaberis etiam frequenter legendo & audiendo verbum Dei, vitasque, exempla & ſcripta ſanctorum: item, ſapienter conſiderando creaturas, & referendo eas in Deum, ſuam ſcilicet originem. Ab aſſiduis etiam diuinorum meditationibus, & orationibus feruidis, & maxime ab oratione dominica. Illuminat nihilo minus valde beneficiorum Dei deuota meditatio. Quam, ſicut & cætera omnia, ſemper trahere debes ad redamandum Deum toto corde: non quidem propter beneficia ſua, vt mercenarius, ſed propter ſuam infinitam bonitatem

& charitatem, vt fidelis filius. Vnde Bernardus ait: Tot mihi Deus contulit beneficia, quæ si vnus rusticus mihi feciſſet, & ea conſiderarem, teneret eum valde diligere. Quid igitur rependam ſummo amatori de tantis ſuis beneficijs? Certe gratias agam, et ea quandiu potero, recolere nō grauabor. ¶ Poſtquam ergo ad pedes domini aliquot hebdomadibus purgationi peccatorū vacaueris, donec ſenſeris te in cōſcientia ſerenatū, & ſtrenuum factum ad excutiendum omnem negligentiam, ſeuerum ad reſtringendum omnem concupiſcentiam, benignumq; ad excludēdum omnē amaritudinem, humiliter conſurgere poteris ad oſcula manuum domini per deuotam & moroſam meditationem beneficiorum eius.

FEria ergo ſecunda, edito ſigno ſanctæ crucis, et implorato diuino auxilio, meditare beneficium creationis, & dic mentali affectu: Gratias tibi ago o pater & domine mi dilectiſſime, quod me abæterno prædeſtinaſti, et petua charitate dilexiſti, ad nihil tibi vtilem, quum mei in aliquo nō indigeres. Quod me creaſti vnam creaturarum tuarum nobiliſſimam, ſcilicet hominem, nō beſtiam nec lapidē. Quod corpus mihi dediſti cum membrorum integritate, complexionis bonitate, ſexusque nobilitate, liberans me a multis miſerijs, faciensque aptum tuis miniſterijs. Quod animam meam ad imaginem & ſimilitudinem tuam feciſti tui capacem & immortalem, multisque viribus decoratam. Quod dediſti mihi angelum cuſtodem, qui innumera mihi præſtat beneficia. Quod parētes Chriſtianos & bonos mihi prouidiſti, non Iudæos, nō Turcas neq; gentiles, & in tempore fidei Chriſtianæ

stianæ me produxisti.

FEria tertia facto signo crucis & inuocato Deo meditare, nō cursim, sed morose beneficiū gratificatiōis & dic: Gratias tibi ago dulcissime dñe Deus meus, q̄d me gratificari dignatus es in dilecto filio tuo, cui non pepercisti, sed dedisti illū mihi in sociū peregrinatiōis, in exemplum conuersationis, in edulium confortationis, & in precium redemptiōis. Quod dedisti mihi sanctum spiritum tuum in signū adoptionis, in priuilegium dilectiōis, et in anulum desponsationis. Quod vocasti me ad vnionē ecclesiæ catholicæ, in qua saluari possum, sicut Noe in archa. Quod p̄ sacramentū baptismi mūdasti me ab originali culpa, restituisti mihi vestē innocētiæ, & iustitiā perditā. Quod p̄ sacramentū cōfirmationis multa dedisti mihi munera, & auertisti mala. Qui me tuo nomine scilicet Christiano vocasti, cōstituēs me filiū & hæredē regni cœlestis.

FEria quarta facto signo crucis & implorato Dei adiutorio, meditare beneficiū vocatiōis et dic: Gratias tibi ago dulcissime dñe Deus meus, q̄d me post innumera beneficia abs te recepta, cum te spreto, per diuersa peccata ad transitorias creaturas me conuerterē, patiēter sustinuisti, & lōganimiter expectasti, nō permittēs me in tali statu (q̄d tamē multis me melioribus contigit) mori & damnari. Quod multis modis toties errantem, semper reuocasti: interius quidē inspirationibus bonis, exterius quoque aliorum admonitionibus, scripturarum exhortationibus beneficiorum cumulatiōibus, præmiorum promissionibus, supplicior̄ cōminationibus, flagellis & aduersitatibus, & alijs varijs modis. Qui

dignatus es auferre duritiam mentis meę, dãdo voci tuæ vocẽ virtutis, & auertendo obſtacula ſalutis, meq; donaſti bona voluntate, quę eſt donorum tuorum pręcipuũ. Quod, quoties volui, ad te cõuerti tanq; filius prodigus, toties paterna fidelitate tua inter amplexus tuos me gaudenter ſuſcepiſti, primamq; ſtolam & anulum mihi reſtituiſti. Quod me a ſocietate malorũ occaſionibus peccãdi abſtraxiſti, & ſocietatem bonorum & notitiam amicorum tuorum, & ſtatum hunc ſalutiferum mihi prouidiſti, tempusq; pœnitentiæ, gratiamq; nouam cum præteritorum peccatorum venia indulſiſti.

FEria quinta facto ſigno crucis & Dei inuocato adiutorio, meditare beneficiũ iuſtificatiõis, & dic: Gratias tibi ago dulciſſime dñe Deus meus, q̃d ita mutare dignatus es voluntatem meã, vt opera pœnitẽtiæ & diuina tua obſequia, quæ prius erãt amara, mihi facta ſunt dulcia. Et mundus cũ ſuis cõcupiſcentiis, qui prius placuit, nunc mihi viluit: ſicq; dediſti mihi virtutem continentiæ, quod valde inſigne eſt donum. Quod dediſti mihi in bono ſtatu perſeuerãtiam, ſine qua nemo ſaluabitur, & a qua multi exciderunt. Quod dediſti mihi virtutem & ſpem proficiendi cum varietate internarum conſolationum: & odium præteritorum malorum, & deſiderium futurorum bonorum. Qui mihi, ne deficerem in via, paraſti menſam, in qua tuum corpus & ſanguinem, imo teipſum totum mihi dediſti in viaticũ peregrinationis, in ſacramentũ cõmunionis, et in ſacrificiũ redẽptionis. Qui oia alia mihi neceſſaria, ſacrã quoq; ſcripturã & deuotos libros pro illuminatione intellectus & inflam-

flammatione affectus addidisti. Qui dedisti mihi exempla & patrocinia sanctorum tuorum affectūq; deuotū & fiduciā singularē ad gloriosam matrem tuam, & tuos præcipuos sanctos & angelos, necnon varia & deuota exercitia, & virtutum ornamenta, quibus meam turpitudinem decenter operirem.

FEria sexta edito crucis signo, meditare beneficium singularis dotatiōis, & dic: Gratias ago tibi dulcissime domine Deus meus, qui in omni vita mea multa dona gratis data & beneficia, omni tempore in me cumulasti. Dedisti enim mihi in bonis naturæ sensum capacem, memoriam tenacem, fortitudinem & pulchritudinem. In bonis fortunæ omnia necessaria superabundanter. In bonis gratiæ, pure credere, in te sperare, teque amare. Qui mihi singularem meditandi & intus me exercendi gratiam contulisti, intellectum docuisti, affectum traxisti, deuotionem, consolationemq; internā, & arram vitæ æternę præbuisti. Qui me ne gratias tuas perderē, singulariter a lapsu custodisti, remouens occasiones ad peccandum, dansque vires ad resistendū, & sanans affectiones ad permanēdum. Qui si me vt humiliarer, quandoq; superari permisisti, inde me fortiorē erexisti, errantemq; reuocasti: præstans virtutem fortius resistendi, & suppones manū tuam, cū cecidi, ne penitus colliderer.

SAbbato facto signo crucis, et Deo inuocato meditare beneficiū gubernatiōis, & dic: Gratias ago tibi dulcissime dñe Deus meus q̄ me sola virtute tua (cū alias in nihilū semp̄ recidere) hactenus in esse bono & sano cōseruasti: Qui me ab ineunte ætate ab infinitis periculis,

languoribus, hostibus & malis animæ & corporis fideliſſime liberaſti vel præſeruaſti. Qui mihi victum & veſtitum, domumq; ad manendū, & cubile ad quieſcendum, cæteraq; nō ſolū neceſſaria, verumetiā multa ſuperflua, iucunda & vtilia pro mei ſuſtentatione abunde prouidiſti. Qui me hactenus optime gubernaſti, & propter me omnes alias creaturas in eſſe conſeruaſti, & direxiſti, miniſtrans ſucceſſiones temporum, & producens diuerſitatem fructuū & animaliū, ad tollendū faſtidium. Qui me ſapiēter gubernans, non ſolū per proſpera, ſed etiam per aduerſa deducens exercuiſti, ad mea purgandū peccata, & augendū merita. Imo adeo circa me ſollicitum te ſemper exhibuiſti, quaſi vacares a cæteris. Mihiq; ſemper manes præſens, omnia opera mea perſpiciens, mecq; adiuuare paratus.

DOminica die edita cruce, et inuocato auxilio Dei, meditare beneficiū glorificatiōis, & dic: Gratias ago tibi dulciſſime dñe Deus meus, qui mihi gaudia paradiſi cœleſtis præparaſti: videlicet ſupra me diuinitatis fruitionē, redemptoris noſtri, & matris eius glorioſam viſionem. O quantum erit gaudium mihi videre regem cœlorum in decore ſuo, & dominam noſtram virginem Mariam totam glorificatam. Circa me paraſti mihi iucundiſſimam ſocietatē ſanctorū & angelorū: qui ſpecioſiſſimi ſunt, charitateq; pleniſſimi & innumerabiles. Intra me, ſtolā & glorificationem animæ & corporis, per dotes cōgruentes: extra me, locū ameniſſimū, delicioſiſſimū, ſpacioſiſſimū, et luminoſiſſimū. Subtus me, viſionē mundi, quem cōtempſi, dæmonū quos vici, et pœnarū infernalium quas euaſi.

Et alia

Et alia plura gaudia mihi præparasti, tam multa, vt numerari, tã magna, vt mensurari, & tam preciosa, vt nequeant æstimari.

HAEc & alia exercitia tua omnia semper facies absq; proprietate spiritus, ita vt in quocunq; articulo senseris te gratiose cõpungi, in eo maneas, vel alio trahi a dño, hunc mox sequaris, in spiritu te totum offerendo amabilissimæ voluntati suæ, relictis tali hora tuis proprijs exercitijs. Iuuat etiam sæpius exclamare, & etiam dormiturum in lecto dicere: O amator ardentissime. O redemptor benignissime. O amor meus. O gloria mea. O pater meus. O spõse meus. O spes mea. Quando te diligam filiali amore? Quando te ex totis visceribus meis amplexabor? & multa similia, per quæ sæpius ingeminata mirum senties profectum. Dic etiam orationem sequentem affectu ex præuijs meditationibus iam incalescente & ignito.

Oratio deuota pro mentis illuminatione. Cap. X.

O Oriens splẽdor lucis æternæ & speculum sine macula diuinæ maiestatis, qui es lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: veni & illumina tenebras cæcitatis & ignorantiæ meæ, & da in meo affectu tuam diuinam irradiationem, vt tui desiderio cor meum ardeat & liquefiat, vt te astringere valeã glutino veri amoris. O lux, quæ es lux vera, lux quam videbant Isaac & Iacob, quando caligantibus oculis sicut tu interius docebas, ita filijs exterius futura prædicebant. O lux, quã non videt alia lux. Lumen quod non videt aliud

In istis suspirijs si habueris purũ affectũ, statim senties Deũ præsentem.

lumen. Lux a quo omne aliud lumen. Absorbe me in claritatis tuæ abyssum, vt videam me vtiq; in te, & te in me, & omnia alia sub te. O Deus altissime, qui es incommutabilis & inuariabilis, per te stat bonorum omnium virtus, principaliter conditiua simul & seruatiua. Tu qui increata es sapientia, tu qui aspectu tuo angelos reficis, atque mentes cœlestes & angelicas tuis radijs præclaris irradias tanquam viuifica virtus, exaudi me, & remota omni mentis distractione, ad tui desiderium suscita, vt ad aggregantis paternæ charitatis tuæ vnitatem peruenire valeam, qui es fontale totius vitæ principium, sine quo omne creatum nihil penitus efficitur. Ideo te rogo, vt amoris tui dulcedine me adstringas, quatenus per mentis eleuationem magis ac magis accendar, quousq; ad vnitiuam vnitionem patris perducar: vt ipsum per amorẽ æstuantem sentire valeam in corde meo, quime ad imaginem suam creauit. ¶ O verbum, per quod facta sunt omnia, sine quo factũ est nihil: verbũ per quod dixisti in principio: Fiat lux, & facta est lux. Ecce tenebræ sunt super faciem abyssi mentis meæ. Ecce nubes tenebrosa super aquas cordis mei. Dic etiam mihi verbum: Fiat lux, vt videam lumen, & cognoscam quid sit lumen, quia sine te abest mihi lumẽ, abest veritas, abest vita, abest scientia & sapientia. Vnde ego creatura tua sub vmbra alarum tuarum sperabo. In bonitate tua, qua creasti me, adiuua me, misericordia mea, refugium meum, Deus meus, adiutor meus. Aperi misericordes oculos tuos, & intuere opus manuum tuarum, & suscipe in mansuetudine verba gemitus mei, & audi peccatorem

torem de luto miseriæ ad te vociferãtem, & veni mihi in auxilium vna æterna substantia, vt videam & cognoscam te summa virtus, pater meus, causa mea, salus mea, vita mea, Deus meus. Exaudi, exaudi, exaudi me. Iam te solum quæro, te solum amo, tui solius iuris esse cupio, ad te suspiro creatura tua. Creator es, recrea me. En ad te suspiro factura tua. Plasmator es, restaura me. Reuela oculos mentis meæ, vt videam te. Beatus ero, si admissus fuero ad videndum claritatem tuam. Iam enim super custodiam meam stabo, donec paratum te inueniam. Dic ergo mihi, quo ascendam, vt videam te. Aperi mihi oculos meos, quibus nutus tuos videam. Aperi aures meas tu verbum penetrabilius omni gladio ancipiti, vt audiam vocem tuam. Intona voce grandi & forti. Tonet mare & plenitudo eius, & doce me, vt collaudam te. ¶ Nunquid non ego sum illa creatura tua, quam ego miserrimam feci, quam tu domine Deus meus de nihilo bonam creasti, vt in præsenti tenerem te per gratiam, & te facie ad faciem contemplarer in gloria? Nunquid non sum illa miserrima creatura, quam tu parem angelis fecisti, & sanctæ Trinitatis imagine insigniuisti? Nunquid non ego sum illa creatura, propter quam tu domine Iesu Christe a regalibus sedibus de corde æterni patris, in hãc vallem miseriæ te inclinasti, & meam mortalem naturam in vtero virginali assumere voluisti? In qua triginta tribus annis exilium huius mundi pertulisti. Ad vltimum, diram mortẽ pro me passus es, vt tua amara morte me ab æter-

Hæ sunt theoricæ locutiones, in q̃bus se Deus animæ plenius infundit. Sed necesse est vt prius bene perambulaueris viam purgatiuam peccatorũ, et mortificatiuam vitiorũ.

æterna morte liberares? Nunquid non ego sum illa etiam creatura, quam tu pauisti omnibus diebus vitæ meæ, bonis tuis corporalibus & spiritualibus? Cum essem mortuus, viuificasti me. Cum essem in tenebris, illuminasti me. Cum essem nudus, vestisti me. Cum esuriui, cibasti me. Cum sitiui, potasti me. Cum erraui, docuisti me. Cum cecidi, erexisti me. Cū veni, suscepisti me. Cum iui, duxisti me. De multis periculis liberasti me. De multis angustijs & miserijs eripuisti me. Ad vltimum, in peccatis meis noluisti occidere me, sed misericorditer ad hunc sanctum statum vocasti, & me tibi in seruum inutilem elegisti, & multo nobiliores, potentiores & meliores in miserijs mundanis reliquisti, & me tibi in seruum & sacerdotem adoptasti. ¶Hæc & multa alia beneficia mihi contulisti amantissime pater, de quibus mihi dulce esset semper tecum loqui, & semper tibi gratias infinitas referre. Sed his omnibus ego miser ingratus, sæpius te prouocaui meis grauibus peccatis, quæ coram te miserabiliter perpetraui. Quare digno iudicio pugnare deberet contra me totus orbis terrarum. Tibi enim respondere non valeo pro peccatis meis, quæ coram te miserabiliter gessi: nec rationem reddere de beneficijs, quæ mihi contulisti. Quomodo ergo placabo te benignissime pater, nihil boni habens, quod tibi dem, nisi id quod sum? Et hoc ipsum quod sum, non mea virtute, sed tua diuina misericordia sum. Et nunc quomodo sustinebit cor meum, vt totis viribus meis, totoq; tempore vitæ meæ diligam, laudem et glorificem te tam fidelem amatorem meum, & tam liberalem datorem munerum? Non cessem citha-

cithara mea personare cantica laudis & gratiarum actiones glorioso nomini tuo in æternum & vltra. ¶Hic lege, si placet & tempus suppetit, Psalmum CII. Benedic anima mea domino. Vel Psalmum CXLV. Lauda anima mea dominum. Vel: Te Deum laudamus.

Gratiarum actio pro beneficijs.

LAudo, adoro, benedico & glorifico te domine Deus meus, labijs & corde, & tota, qua possum, virtute, gratias ago infinitæ misericordiæ tuæ, pro vniuersis miserationibus tuis, super numerum arenæ maris, mihi ingratissimo peccatori, omni momento vitæ meæ multipliciter impensis, quibus mihi perdito tam mirabiliter benefacere & subuenire dignatus es. O quantum sum tibi debitor domine Deus meus, tanto redemptus precio, tot & tantis præuentus donis, & tam glorioſis adiutis beneficijs. Inter quæ tamen omnia primatum tenet, & te mihi plus amabilem reddit bone Iesu, calix, quem bibisti, opus redemptionis nostræ: opus vtiq; sine exẽplo, humilitas sine modo, gratia sine merito, donum sine precio. Hoc enim amorem nostrum facile vendicat sibi, hoc deuotionem nostram & blandius allicit, & iustius exigit, & fortius stringit, & vehementius afficit. O quantum a me misero estimendus & amãdus, benedicendus, laudandus & glorificandus omnibus diebus vitæ meæ, qui me sic amasti, sic saluasti, sic sanctificasti, sic sublimasti. Pro eo nanq; quod in creatione animam meam mihi dedisti, eamq; per me perditam in redemptione mihi reddidisti, me totum tibi debeo, & bis debeo. Sed pro eo, quod

eo, quod mei causa tuam animā posuisti, qd tibi reddam dñe Iesu? Nam etsi millies animam meam pro me rependere possem, quid sum ad Deum meū puluis & cinis? Reddā ergo quod possum & habeo, totam scilicet animam meam, totū corpus, totā substantiam, in sacrificium laudis & gratiarum actionis tibi libenter offero, atq; resigno. Te nanq; magno desiderio semper laudare, benedicere & amare cupio Deus meus, vita mea dignare me laudare te. Dignare temetipsum glorificare per omnes creaturas & per me. Da mihi lumen in corde, verbum in ore, vt cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & quia vir pollutis labijs ego sum, munda obsecro cor meum ab omni inquinamēto: sanctifica me sanctificator oīpotens interius & exterius, & fac me dignū laudibus tuis. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus, tibi pro me, oēs angeli, tibi cœli & vniuersę potestates hymnū dicant, & laudes indesinēter concinant. Tibi sancti & humiles corde, tibi spūs & animæ iustorum gloriam suppliciter adorantes, decantent: te sanctā & indiuiduam Trinitatem oīs creatura magnificet, oīs spiritus laudet.

¶ Hinc fideliter orabis pro oīm statu sanctę matris ecclesiæ: per quod non parū diuinæ gratię inte prouocabis influxum, si perseueraueris orando: Obsecra igitur dñm per charitatem, quā nobis ostendit in VII. verbis suis vltimis in cruce, vt misereatur omnibus, videlicet per primum verbū (Pater ignosce illis) propicius sit tuis aduersarijs, q te læserunt, vel quos tu læsisti: nec nō hæreticis, infidelibus, & hostibus ecclesiæ. Per secun-

secundū verbū scilicet (Hodie mecū eris in paradiso) oībus tuis benefactoribus, dando illis, quā latroni dedit, vitā æternā. Per tertiū verbū (Mulier ecce filius tuus) intercedēte pijssima matre sua, misereat tuis parētibus, fratribus, sororibus, & amicis spiritualibus & carnalibus, tibique cōmissis. Per quartū (Deus meus vt qd me de.) oībus afflictis, captiuis, & tētatis, anteq̄ deficiāt. Per quintū verbū (Sitio) oībus in pctō mortali viuētibus, quoꝝ salutē tātopere sitiuit, vt cito se corrigāt. Per sextū (Cōsummatū est) oībus iustis ne cadāt, sed proficiāt, & bene cōsummantur. Per septimū (Pater in manus tuas) subueniat oībus in articulo mortis laborantibus, & fidelibus defunctis. Oībus denicꝫ superioribus & inferioribus, ecclesiasticis et secularibus viris et fœminis, virginib. & viduis, vt Deus det oībus viuis suā gratiā, et defunctis reqem ęternā, amē

Vt quis Deo recōciliatus per viā purgatiuam, et excoctus per viam illuminatiuam, secure ascendere possit per viam vnitiuam. Cap. XI.

VIA vnitiua est, qua qs bene purgatus & illuminatus, vnitur creatori suo amore purissimo, propter suam solam bonitatem, absque vllo respectu proprij commodi, vt dicit Psalmista: Quid mihi est in cœlo, & a te qd volui super terram? Ad hanc viam requiritur intima recollectio, seu introuersio tui ab exterioribus ad interiora, ab infimis ad summa, a temporalibus ad æterna. Et quod eleues mentem tuam in Deum, excludens omnes vanitates terrenarum creaturarum, easque velut muscas a te repel-

te repellas, quoties redierint, toto corde a rebus creatis auerso & in Deū conuerso: & quod sis in virtutibus omnibus bene fundatus, concupiscē tijs quoq; carnis, & oculorum, & superbiæ vitę mortuus, custodiens internum cum Deo silentium, & exteriora quæq;, tanquam in somnijs occurrissent, contemnens. Et quod dilectio & intentio tua sit purissima & impermixta, nihil nisi Deum quærens, & reputans illum tibi sufficientissimū. Et quod superexaltes eum in corde tuo super omne visibile, imaginabile & desiderabile. Et serues amorosam vnionem cum eo, omnia eius iudicia, omnia facta, omnesq; doctrinas eius cum summa reuerentia amplectendo. Requiritur etiam, vt eius perfectiones frequēter ad memoriam reducas, illisq; intime cōgratuleris. Et quamuis Dei perfectiones innumeræ sint, tamen communiter tres occurrunt, in quibus tuum affectum excitare debes, dicendo: O domine mi amantissime congratulor tibi, quia tu es potentissimus: nō quod mihi in hoc bene sit, sed quia tu tam felix sis. Neminem enim times, nullius indiges, nemo te superare potest, nemo tibi resistere, nullus dæmon, nullus aduersarius. Et de hoc in primis gaudeo. O domine congratulor tibi, quia tu es sapientissimus. In teipso enim clarissime & lympidissime intueris vniuersa, scilicet bona & mala, præterita, præsentia & futura, actualia & possibilia, temporalia & æterna, mutabilia immutabiliter, & contingentia infallibiliter. Et hoc totum est perfectionis tuæ, quia nemo te decipere potest, nihilq; te latet. O domine congratulor tibi, quia tu es summe bonus, hoc est, summæ perfectionis, quia immutabiliter es

bonus

bonus,& ita bonus, quod quicquam te melius cogitari non potest,neq; dignius,neq; nobilius: & quicquid bonitatis in creaturis inuenitur,hoc ipsq; de tua bonitate participant.Deinde dic orationem sequentem affectu dulciter inflammato & ignito:O domine mi dilectissime,tu es amor meus,honor meus,&c.Et sic tandem optata impetrabis,si contempto tædio constanter perseueraueris.

Meditationes perfectionum Dei per VII. hebdomadæ ferias. Cap. XII.

SED quoniam vtile est incipientem habere aliqua puncta vel verba, per quæ suscitet affectum suum, affabiliter alloquendo dominum in oratione distinguemus hic per ferias, nonnullas meditatiõnes de perfectionibus & laudibus diuinis, in quibus discas gustare,quã dulcis est dominus. ¶Feria secunda edito signo sanctæ crucis, & inuocato diuino auxilio, recollectoq; spiritu,assumas personam filij vel sponsę, & dicas: Congratulor tibi pater & domine mi dilectissime,quia tu es autor essendi,hoc est, alpha & o,principium & finis omnis essentiæ,de quo sic ait quidam:

Huius in arbitrio pendent mortalia quæq;,
Qui solus cunctis contulit esse suum.
Qui facit & reficit, creat atq; creata gubernat,
Cuius idem posse quod velle,nec velle minus habet.

Congratulor igitur tibi in tua perfectione essendi, quia tuum esse est perfectissimum esse. Non enim potes cogitari non esse:quia si tu non esses, nihil esset.Deinde,quia à nullo alio habes esse. Et quia omne quod est,a te habet esse.

¶Cõgratulor tibi pater & dñe mi dilectissime, qa tu es bonitas summa. Nulla nãq; res est bonitatis suæ ita diffusiua, sicut tu. Et bonũ quãto cõmunius, tãto melius est. Et quia nulla res est tam cito placabilis, tam desiderabilis, delectabilis & amabilis, sicut tu.

¶Cõgratulor tibi, quia tu es causa vniuersalissima, quã philosophi ex naturali ratione cognouerunt, vidẽtes nõ esse processum in infinitũ, in causis sibi essentialiter subordinatis, sed eas oẽs terminari in causa prima, quæ tu ipse es, quam Aristoteles principem vnicum appellat.

FEria tertia facto signo crucis, &c. dic: Cõgratulor tibi pater & dñe mi dilectissime, qa tu es decor vniuersi, q̃ cunctis suũ decorẽ impartijsti. Cuius pulchritudinẽ sol & luna mirant. In quẽ desiderãt angeli prospicere. A te habẽt decorẽ pulchritudinis sydera, rosæ, lilia. A te habẽt decorẽ suauis melodiæ omniũ auium genera, organa & instrumenta musicalia. A te habent decorẽ saporis mel, vinum & oĩa pigmentorũ genera. A te decoratũ est cœlũ syderibus, aer volucrib9, terra aĩalibus, aqua piscib9.

¶Congratulor tibi, quia tu es æternus sustentator omnium creaturarum. A quacunq; em̃ modicum si subtraheres tuam conseruationem, sta tim in nihilum relaberetur.

¶Cõgratulor tibi, qa tu es fons sapiẽtiæ, a q̃ manant oẽs sapientiæ & scientiæ thesauri: attingẽs a fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponens oĩa suauiter. Qui cœlorũ cõtines thronos, & intueris abyssos. Qui appẽdis tribus digitis, tua videlicet potẽtia, sapiẽtia & bonitate, molẽ terrę, libras in põdere montes, & colles in statera. Qui posuisti mari

sti mari terminum, ne transcendat fines suos.

FEria quarta facto signo crucis, &c. dic: Congratulor tibi o pater & dñe mi dilectissime, qa tu es gloria mũdi. Te em̃ adorant & laudãt oẽs angelici spiritus. Te laudãt e iure vniuersę creaturæ. Tu spes nostra, salus nostra, honor noster, gloria nostra, finis & expectatio nostra.

¶ Congratulor tibi, quia tu es abundãtissimus. Tua em̃ est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & vniuersi, q habitãt in eo. Gloria & diuitiæ in domo tua. Si honoratur diues propter suum aurũ, quantũ tu honorandus es, qui fecisti aurũ, & gẽmas, & omnia, quæ sunt in cœlo & in terra?

¶ Congratulor tibi, quia tu es incomprehensibilis, magnus quoq; dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis tuæ non est finis. Tantæ enim es excellentiæ, quod eam nemo potest ad plenum capere, nec homo, nec angelus, nec vlla creatura. Quia omnis creatura est finita, tu vero infinitus: sed finiti ad infinitũ nulla est proportio.

FEria quinta signo crucis facto, &c. dic: Congratulor tibi, o pater & domine mi dilectissime, qa tu es charitas, & qui manet in te, in charitate manet, & tu in eo. Et sicut natura ignis est ardere, calefacere & accendere: sic proprietas tuæ charitatis est te largissime diffundere, inflammare, ad amorem accendere, redimere, custodire liberare, saluare, misereri semper & parcere.

¶ Congratulor tibi, quia tu es loco incircumscriptibilis, & tamen vbique es. Si ascendero in cœlum, tu illic es. Nam vbique regnas, vbique imperas, vbique maiestas tua omnia implet. In inferno quoque ades exercens

actum iustitiæ. Es quoq; tēpore incōmensurabilis: qa tēpus ipse creasti, & ante oē tēpus fuisti.

¶ Cōgratulor tibi, quia tu es merces sanctorū, iubilus angelorum, expectatio patriarcharum, fundamentum prophetarum, solamen apostolorum, corona martyrum, iubar confessorum, gloria virginum, salus omnium electorum.

FEria sexta signo crucis facto, &c. dic: Cōgratulor tibi pater & domine mi, quia tu es norma, regula & exemplar omnium rerum. Nam quanto res creatæ tibi sunt viciniores, tanto sunt nobiliores. In extremo nanq; loco sunt, qui solum habēt tecum esse. Viciniores his tibi sunt, qui habent esse & viuere. Deinde, qui habēt esse, viuere & discernere. Postremo, q sunt pura & virtuosa entia, tibi sunt viciniſſimi, & inter creaturas nobiliſſimi. Per candidiſſimam enim bonitatē tuam est in te omnis exemplaritas, virtuositas & communicabilitas.

¶ Congratulor tibi, qa tu es ordo seu ordinator oīm creaturaꝝ: quas singulas locas secundū statū vel meritū suū, sursum vel deorsum sicut prudēs pictor distinguit colores, vt decoret opꝰ suū.

¶ Cōgratulor tibi, qa tu es perfectiſſimus absq; oī defectu: q nullius indigus, tibi ipsi sufficeis: q melius, dignius, nobilius aut perfectius nihil cogitari potest. Et qcquid est perfectionis in creaturis, in te est modo excellentiſſimo et infinito.

SAbbato facto signo crucis, &c. dic: Cōgratulor tibi o pater & dñe mi dilectiſſime, qa tu es quietiſſimus: de quo quidam sic dicit:

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri.

Prin-

Principium, vector, dux, semita, terminus idē,
Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis.

Es etiā immobilis & incōmutabilis, quia vbiq; es. Res autem dicitur moueri, quia tendit ad locū, in quo prius non fuit. Immobilis autem, quæ vbiq; est, & nō habet locum, in quem tendat.

¶ Cōgratulor tibi, quia tu es recreator & refocillator omniū fideliū, qui dixisti: Venite ad me oēs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Anima quippe in te radicata, tanq; in cētro suo perfecte quietatur: q̄ vero extra te est, multis turbationibus, & amaritudinibus laceratur.

¶ Congratulor tibi, quia tu es tibi & omnibus sufficientissimus. Qui te habet, totum quod desī derare potest, habet. Qui te non habet, mēdicus est & pauper. Quia quicquid præter te habet, nō reficitur, non quietatur, nec perpetuo cōtentatur. Qui autem te habet, finem suum habet, satiatus est, nec scit quid vltra quærere debeat. Tu es nanq; supra omne visibile, audibile, odorabile, gustabile, tangibile & sensibile. Adhuc altior es supra omne figurabile, numerale, circūscriptibile. Item altissimus es supra omne demonstrabile, definibile, opinabile, inuestigabile, imaginabile, ęstimabile & intelligibile. Totꝰ ēm es amabilis, maxime laudabilis, & sūme desiderabilis.

DOminica die signo crucis facto, &c. dic: Cōgratulor tibi o pater & dñe mi dilectissime, quia tu es thesaurus meus. Vbi ēm thesaurus meus, ibi & cor meum. Quicquid ēm mihi aufertur, si tu manseris, sufficit mihi. Desiderium enim meū tu es. Vtinam etiam placeres toti mundo, & totus mundus subditus esset tibi. Vtinam possem hoc meo sanguine impetrare.

¶Congratulor tibi, quia tu es vita, a qua vitã acceperunt omnia viuentia. In quo viuimus, mouemur & sumus, sicut scriptum est: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria in secula seculorum.

¶Congratulor tibi, quia tu es Christus, qui interpretatur vnctus, & es vnctio, quæ cuilibet rei mundi apposita, facit ipsam sapidam. In electis nanq; es sapor gratiæ, in reprobis, sapor iustitiæ, & vindex iniquitatis, omnipotẽs, sublimis, gloriosus & laudabilis in secula.

CVM igitur prædictas meditationes congratulãdo summæ bonitati & perfectioni dilecti tui, singulis feriis, morose in intimis tuis ptractaueris, forma orationẽ tuã suspiriis & ignitis affectionibus, mente in Deũ eleuata, in corde tuo ad dñm & dilectum tuum, hoc vel simili modo frequenter clamando:

Oratio mente magis, quam ore fundenda pro amorosa vnione cũ Deo. Cap. XIII.

O Domine mi dilectissime, tu es amor meus, honor meus, spes mea, refugiũ meũ, vita mea, gloria mea, & finis meus. Nihil aliud quæro, nihil aliud volo, nihil aliud mihi dicat, nihil aliud mihi proponat, nisi tu Deus meus, quia tu es mihi sufficiẽtissimus. Tu es pater meus, frater meus, nutritor meus, rector meus, custos meus, spõsus meus. Tu es totus amabilis, totus desiderabilis, totus fidelis. Quis tã liberalis, qui seipsum daret? Quis tã charitatiuus, qui pro tã vili peccatore moreretur? Quis tam humilis, qui maiestatẽ suam tm humiliaret? ¶O dñe, qui nullũ despicis, nullum horres, nullũ quærentem te de-

te deseris, sed prævenis eum, & occurrenti quærenti. Deliciæ ēm tuæ sunt, esse cū filijs hominū. Quid in nobis inueniſti niſi sordes peccatorū? et nobiscū vis esse vsq; ad consummationē seculi. Nonne tibi satis fuisset pro nobis mori, & dare tot sacramēta, & angelos custodes? Et licet his simus semper ingrati, tamē vis esse nobiscum o amantissime pater, quia tam bonus es, q; teipsum negare non potes. Faciamus igitur cōmutationem simul. Tu intende mihi, & ego tibi. Et sicut scis & vis, fac mecum, quia tuus, & non alterius esse volo. Da mihi dñe, vt ego tibi soli intē dam, te solum diligam, tui amore semper feruēam. Nihil aliud cupiam niſi te, & me motum tibi offeram, oblatumq; nullatenus repetam.

¶ O ignis me incendens. O charitas me inflammans. O lumen me illuminans. O requies mea. O refrigerium meum. O spes mea. O thesaurus mi. O vita mea. O amor, qui semper ardes, & nunquam extingueris. O rex meus & Deus meus, accende me igne tui amoris, tui desiderij, tuæ charitatis, tuæ lætitiæ, tuæ pacis, tuæ pietatis, tuæque manſuetudinis, vt totus dulcedine tui amoris plenus, totus flamma tuæ charitatis succenſus, diligam te dulciſſimum & pulcherrimū dominum meum ex toto corde meo, & in tota anima mea, & in tota mente mea, & ex omnibus viribus meis, cum multa cordis contritione, & lachrymarum fonte, cum multa reuerentia, tremore & timore, te semper habens in corde & in labijs meis, & ante oculos meos, in omni loco, ita vt in anima mea nulli priuato amori pateat acceſſus, ſed transformatus totus in tuum amorem, merear vnus tecum esse spiritus, Amen.

Compendium viæ vnitiuæ. Cap. XIIII.

LIcet variæ ad obtinendum charitatis perfectionē a sanctis tradantur semitæ in eundē finem dirigentes, hæc tñ omniū creditur facillima, & maxime cōpendiosa, quā diuinus Dionysius, & post eum nonnulli alij docent, videlicet vt per flāmigeras affectiones anima ad Deum cōtinue se leuet, ad ipsum aspiret, eidē loquatur, ipsum attingere, eiq; adhærere gestiat. Hæc semita, hoc exercitiū est illa mirabilis & occulta sapiētia vnitiua, quā idē D. Dionysius mysticā Theologiā vocat: q̄ non multitudine librorū, nec disputationū argutia discitur, sed extensione affectus in Deum (qua perpetuo excitetur desiderium vehementius amandi Deum, perfectiusq; placendi Deo) quæritur: & diuina irradiatione non torpentibus, sed illis, qui se præparant, facientes, quod in se est, infunditur, & affectione magis, q̄ cognitione frequentatur. ¶ Ad hanc obtinendam, si nondum exercitatos habes sensus, debes in principio exercitij tui recollígere fasciculum diuini amoris, humiliq;, grato & amoroso corde ruminare omnia, vel quædam præcipua amoris insignia et beneficia, q̄ Christus secundū diuinitatem aut humanitatē suam tibi impēdit, vt per ea inflāmetur cor tuū igne diuini amoris. Inter omnia vero Dei beneficia, eius amarosam passionē deuotius exercebis. Primo, intuēdo opus & historiæ seriē, vt cōpatiaris. Secūdo, eius modū vt exciteris ad imitandū. Quia in mō patiendi habes oīm virtutū perfectionē, videlicet abyssalē humilitatē, incōprehensibilem mansuetudinē, admirabilē patientiā, & sic de alijs. Tertio, intuendo causam, videlicet eminentissimam ipsius

ipsius charitatem, quæ coegit eum pro te tã horribile subire genus mortis. Vnde considerabis diuinitatem eius tanquam internum motorem, omnia illa pro tua salute perficientem. Et in hoc exercitio conaberis primo loco te in amore eius inflammare, ipsumque redamare: secundo imitari: & tertio eidem condolere. Nam incipienti vix possibile est absque præuijs meditationibus, in amore Dei accendi: donec assuefactus tãdem absque vlla præmeditatione, quoties volueris, etiam centies vel millies in die, ipso primo reflexu, mentem in Deum leuare & inflammare possis. ¶ Ad hanc item sapientiam necessaria est tibi puritas cordis, hoc modo obtinenda: vt videlicet post debitam conscientiæ purgationẽ bona semper voluntate ad Deum ferueas: vigilantissimeque ab omni peecato cor tuum custodias, in vera innocentia, humilitate & simplicitate Deum in omnibus quæras: ipsum habens semper præ oculis quasi præsentem. Quandiu enim in mundo sumus, nisi amor priuatus in nobis fuerit continue succisus, vitia germinabit, id est, desideria mala, inclinationes, cogitationesqꝫ prauas & vanas, quæ nos a Deo abstrahunt, inquinant, perturbant, impediuntque. Ideo quicqd eiusmodi senseris, si cordis optas puritatem, mox debes elidere, & teipsum abnegare, & vbicunque deprehenderis te non Dei gloriam, sed temetipsum quærere, hoc ilico detestari, abijcere & persequi. Hoc est enim abnegare teipsum, desideria tua non solum non perficere, sed velle atque conari etiam non sentire, & tibijpsi, ac omi inordinato amori, tam erga te, quam ad creaturas mori. Profecto, nõ est alia ad Deum via, nisi

vt teipsum exeas atq; relinquas, & sine retractatione cordis subijcias te Deo, & hominibus propter Deum: & semper ſtes paratus resignatusq; ad omne beneplacitum diuinum, per quemcūq; etiam illud tibi innotuerit, in aduersis æque vt in prosperis. ¶Debes etiam ad hoc niti, quantum potes, vt animam habeas a phantasmatibus & rerum imaginibus, speciebus ac formis nudam ac mundam, & ab omni, vt dixi, inordinata affectione erga te & quascunq; creaturas liberam. Ad hæc non parum iuuat, necessariumq; est iuge studium cauendi multiloquium, occasiones loquendi, sciendi curiositatem, curas & occupationes inutiles, sensuum affectatam oblectationē, & rerū etiam necessariarū, tam superfluitatem, q̄ inordinatū amorem. ¶Porro, vim animæ cōcupiscibilem iugiter excitabis multiplicādo desideria feruentissime castissimeq; amandi Deum: habēdo etiā in memoria tua paratas multas breues oratiunculas, q̄ excitent affectū tuū ad amorē, quas D. Augustinus iaculatorias vocat: nimirū cū sint iacula amoris, q̄bus dulciter vulnerare potes cor dñi nostri Iesu Christi. Has corde circūferas, & mēte vel etiā ore loq̄ris ad Deū tibi præsentē semp & vbiq;, quāto feruētius poteris, nō modo cū statutas orationes dicis, sed in omni tēpore & loco, eundo, stando, sedendo, iacendo, edendo & laborando, assuefias eas ad minus in corde habere præsentes, easque dicere aut cogitare, non quidem tepido & negligenti, sed feruido affectu & æstuanti desiderio, vt possis fieri cum Deo, in eius amoris ardore liquefactus. ¶Prōptissime nanq; inflammare te semp potes cogitantē, q̄d tantus dñs vilē te vermiculum

& tam

& tam ingratū peccatorē, prior dilexerit, & seipsum pro te tradiderit. Idq; amore nō tepido, sed æterno, infinito, totali, gratuito, cōmuni & speciali atq; beatificatiuo. Quodq; propinquissima cognatione tibi dignatus est cōiungi, & esse tuus pater, frater & sponsus: imo & filius in spiritu, et quicquid optare posses, vt hoc totū in eo supra modū abundantissime inuenias & possideas. Semp ergo sonet hæc vox fidelis patris in auribus cordis tui, te ad se reuocantis: Fili mi ad cor redeas, ab omnibus, quantū possibile est, teipsum abstrahendo. Mentis oculum semper in puritate et tranquillitate custodias, intellectū a formis rerū infimarū præseruando. Volūtatis affectū a curis terrenorum penitus absoluas, teipsum abnegando, & summo bono amore feruido semper inhærendo. Memoriam quoq; iugiter sursum eleuatā habeas, per contemplationem diuinorum ad æterna tendendo: Ita vt tota anima tua cum omnibus viribus suis in Deum collecta, vnus spiritus fiat cum eo. In his si fideliter perseueraueris, magnæ sanctitatis gradum cito obtinebis, quē nemo in sua voluntate & sensualitate manens recipere merebit. ¶ Exēpli gratia subijciemus aliqs huiusmodi iaculatoriarū orationū formulas, qbus plures absq; numero similes qsq; formare poterit. Quas si qs vel simplicissimus affectuose frequētauerit, citius sentiet se mutari, et in charitate & oī gratia copiosius ditari, q̄ si de secretis cœlestibus millies cogitaret, & omnium scripturarum scientiam memoriæ commendaret.

O Amor meus, o sola spes mea, o totum refugium & omne desiderium meum. O mi amantissime, vtinam dignus inueniar, vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt anima mea tuo dulcissimo fruatur amplexu: imo vt tu in ea, & ipsa in te vicario complexu recreetur, vt sic eius tepiditas ab immẽso tui amoris incendio valenter incalescat. ¶O anima animæ meæ, o vita animæ meæ, te totum desidero, me totum tibi offero: totum toti, vnum vni, vnicum vnico. O vtinam impleatur in me illud oraculum tuum ad patrem, quo dicebas: Pater rogo, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.

O Domine, quando te perfecte diligam? O domine, quando te nude amplectar brachijs animæ meæ? O domine, quando me ipsum & vniuersum mundum cotemnam propter amorem tuum? O domine, quando anima mea cum omnibus viribus suis tibi vnietur? O domine, quando anima mea totaliter & perfecte in te mergetur, & absorbebitur? O domine, ego te totum possidere, & me totum tibi offerre desidero, & vnus in vno æternaliter & inseparabiliter requiescere.

¶O domine, quando te diligam? Quando te constringam? Quando totus tibi vniar et immergar? Quãdo totus a tua plenitudine absorbebor? Totum te sitio, totum me tribuo.

O Domine Deus meus, quando te dulcissima dilectione constringam? Quando te strictissimo amore ardenter diligam? Quãdo tibi totaliter adhærebo? ¶O Deus superdignissime, miserere mihi indignissimo. O Deus beatissime, miserere mihi miserrimo. O Deus sanctissime, adsis mihi impijssimo. O Deus clementis-

mentissime, propitius sis mihi sceleratissimo peccatori. O Deus misericordissime, succurre mihi ingratissimo.

Animæ amantis ad sponsum suum Iesum crucifixum aspirationes.

O Anima mea introuerte nunc teipsam cũ omnibus viribus tuis, & ad Deum tuum eas quæ sequuntur ignitas orationes intus effunde: O Deus meus, trahe me in te, per te, & propter te. O Deus, o vita animæ meæ, qui mortem in ligno crucis interemisti, occide & interfice me, malas videlicet inclinationes & sensuales affectiones ac desideria mea, & quicquid impedimento tibi esse possit, quo minus in me viuere queas. Et cum hoc pacto me occideris, in te solo & in omnibus illis quæ me tibi conformem reddere possint, hoc est, in amore tuo & obedientia intus in spiritu sequendi instinctus tuos, & extra superioribus meis obtemperandi, de inceps me viuere facias. O bone Iesu, da mihi perfectam ab omni peccato auersionem, & integram ad te Deum meum & virtutes omnes conuersionem, humilemq; meipsius & propriæ voluntatis meæ cotemptum. Largire mihi dulcissime Deus plenam omnium rerum temporalium exteriorumq; carnalium sensuum meorum abnegationem. Da mihi clementissime pater, arctam fundi cordis mei abintra obseruationem, eumque mundum seruare ab omni mala suspitiõe, prauo desiderio, & iudicio aliorum iniquo. O domine Deus meus, da mihi diuinum amorem, pariter atque timorem tui. O Deus. O lumen, sine te in tenebris consisto. O via recta, sine

te

te aberro. O veritas, sine te mendax sum. O vita interminabilis, sine te mortuus existo. O verbum. O lux, quæ in principio dixisti: fiat lux, & facta est lux, trahe me obsecro in te, & illumina me, vt videre possim lumen tuum & vitare tenebras, vt videam rectum iter tuum, & errores fugiam: vt videam veritatem, & mendacium deuitem: vt videam vitam, & mortem fugiam. O vita animæ meæ, en ex toto mihi mori & tibi viuere desidero: totum me offerre teque possidere concupisco. O vtinam impleat in me suauissimum illud verbum tuū, q̄d loquebaris cœlesti patri tuo, dicens: Pater, volo vt sicut nos vnū sumus, ita & ipsi vnū sint, vt ego in eis et ipsi in me sint, vt sic perfecte vnū nobiscū efficiantur, sicuti nos vnum sumus, vt ego sim in eis, & ipsi in amore meo feliciter absorbeantur. O domine Deus meus transmuta me in te sicut ferrum mutatur in ignem: consume in me omnem peccati rubiginem: accende frigiditatē meam, illumina tenebras meas, mollifica duritiam voluntatis meæ, quatenus ipsa semper vnita & applicata sit diuinæ voluntati tuæ. O Deus meus, sicut potes, sicut scis & vis, miserere mei. O lumen, a quo est omne lumen, trahe me in te, & absorbe me in abyssum claritatis tuæ, meque sic totum illumina, vt te semper in me, & me cunctaque subtus te existentia in te cernere possim. ¶ Eia Iesu sponse floride, sicut mors transponit animā a corpore, sic amor tuus animam meam transponat in te, vt glutino inseparabili adhæream post te. Et vt absq; vllo impedimento delectet te in me habitare & operari, fac me per merita sanctissimæ humanitatis tuæ, tuis sanctis virtutibus ex-

bus exornatum, tibique perfecte conformem & placentem, in tuo sancto timore, in cordis humilitate, in fraterna charitate, in casta simplicitate, in humili verecundia, in cordis mundicia, in sen suum custodia, & in vitæ sanctimonia, in prompta obedientia, in dulci patientia, in spirituali disciplina, in voluntaria paupertate, in morum maturitate, in spiritus hilaritate, & in omni veritate: in bona conscientia, in viscerosa pietate, in fidei constantia, in spei fortitudine, in charitatis plenitudine, in finali perseverantia, & in tuæ dilectionis beata consummatione: vt cordis mei spinetum conuertatur in omnium virtutum paradisum, & totius perfectionis rubetum, tanquã ager cui benedixit dominus. Eia Iesu præcordialissime, tu semper ita sis mecum, vt cor meum maneat tecum, & amor tuus indiuidue perseueret mecum, & sic a te meus benedicatur transitus, vt compede carnis absolutus meus in te continuo requiescat spiritus, Amen.

Aspiratio animę amorosæ ad cœlestem patrem pro vnitiuo amore. Cap. XV.

O Pater Deus infinitę potẽtię, confortа me. O pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui contines mundi machinam in virtute tua, qui nosti omnia antequam fiant, qui audis sine voce mentis desiderium, ad te oculos meos leuo, ad te manus meas expando, ad te animã & intentionẽ meam conuerto: Quia tu solus es spes mea & gaudium meum: in te cõfidit anima mea. Infunde ergo clementissime pater cordi meo spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scięti æ & pieta-

& pietatis, & reple me sancto timore & amore tuo. Da irriguum superius, da irriguum inferius. Da vt anima mea tota ardeat tui nominis dulcedine. Fac me mundo penitus extingui præ amoris tui magnitudine. Esto memor verbi tui, in quo mihi spem dedisti, & imaginem tuam nō sinas in me perire, & pactum quod pepegisti mecum, ne irritum facias propter nomen tuum, sed ostende mihi quantum te diligere debeam, & infunde in visceribus meis suauissimam dulcedinem amoris tui. O ignis, qui semper ardes & nunquam extingueris, veni accende me. O lumen, qui semper luces & nunquam obfuscaris, veni & illumina me. O amor, qui semper ferues & nunquam tepescis, veni & inflamma me. Aperiatur mihi misericordia tua, vt gustem dulcedinem amoris tui. Sine me loqui apud misericordiam tuam, quoniam misericordia tua magna est super me. Loquar ad dominū & patrem meum, cum sim puluis & cinis, quia tu intonasti voce grādi & forti in interiorem aurem cordis mei, & rupisti surditatem meam, & audiui vocem tuam & cognoui, quoniam pater meus es. Da ergo mihi puero tuo benigne pater gratiam te diligendi tota virtute, tota fortitudine, & exōmnibus viribus meis, & ex intimis medullis cordis mei: quia hoc donum solum tuum est, a quo omne donum bonum est. Aperi mihi pulsanti ianuam cordis tui: ad ostium summe pater familias mendicus pulso. Audi desideria rugientium præcordiorum meorum. Ante te est omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus. Ideo pater misericordissime audi ciulatum pupilli tui, & porrige mihi manum tuam,

am,& trahe me post te de profundo aquarum,et de luto fecis:vt videam diuitias regni tui,& intuear faciē tuam, vt laudem dicam nomini tuo in æternum & vltra.

Aspiratio animæ amorosæ ad verbum patris ęterni incarnatum pro vnitiuo amore.

O Affluentissime fons totius sapientiæ, flos diuini consilij & spiritualis intellectus. O lumen clarissimum. O inextinguibile summæ felicitatis ingenium. O altissima subtilissimaque profunditas cœlestium secretorū domine Iesu Christe fili Dei altissime, via omnium visibilium & inuisibilium creaturarum, Deus omnium, origo indeficiēs, qui cuncta ex nihilo creasti, qui ambulas super pennas ventorum, qui habes claues mortis & inferni, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, omnipotens æterne Deus domine Iesu Christe clementissime, te rogo supplex, mitte hodie de excelso cœlorum habitaculo spiritum tuum sanctum in cor & in animam meam. Fac vt angeli sancti descendant super me & visitent me, doceantque omnem scientiam. Dixisti enim: Dilata os tuum, & implebo illud. Infunde ergo cordi meo lumen tuæ sapientiæ, lumen septiformis gratiæ sacrosancti spiritus tui, quod tuis sanctis apostolis infudisti: videlicet spiritum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & spiritum timoris & amoris tui. Rogo etiam te rex regū potentissime, princeps prin

tipum sapientissime, vt lumen claritatis tuę sen sibus meis infundere digneris, visum illuminan do, auditum aperiendo, odoratum, gustum, tactum & loquelam regendo, reficiendo et sanctificãdo: vt omnes qui me viderint vel audierint, a vitijs resipiscant, & ad te conuertantur. O imago summæ bonitatis domine Iesu Christe, apud quem omnis sapientia & sciẽtia requiescit, qui tuorum cœlestium secretorum profunditatem a sapientibus & prudentibus huius mundi abscondisti, & reuelasti ea paruulis, fac me etiam humilem & paruum in oculis meis: & da mihi intellectum & sapientiam, vt viuam. Mitte mihi spiritum sanctum consilij, tu qui es magni consilij angelus, qui cor, mentem, sensum, phantasiam & intellectum meum purificet & illuminet: & cor meum tui saporis dulcedine reple, vt te semper sitiam fontem sapientiæ, fontem æterni luminis, vt nõ obliuiscar verborum tuorum, quia declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Illumina ergo tenebras mentis meæ lumine tui splendoris, quia tu es fons vitæ, vt in lumine tuo videam lumen.

Aspiratio animæ amorosæ ad spiritum sanctum superdulcissimum pro vnitiuo amore

O Spiritus sancte paraclite, a patre filioque procedens, qui abundantissime in die sancto Penthecostes tuis apostolis apparuisti, perfectam charitatem, intelligentiam & eloquentiam omnium linguarum eis tribuisti: tibi supplico, quatenus labia mea & cor meum repleas lumine gratiæ tuæ, & in visceribus meis dul-

is dulcedinem amoris tui clementer infundas. Veni mundator scelerum, curator vulnerum. Veni fortitudo fragilium, labentium releuator. Veni doctor humilium, destructor superborum. Veni spes pauperum, deficientium resocillator. Veni omnium viuẽtium singulare decus, morientium vnica salus. Veni miserere mei, & coapta me tibi, vt omnium amabilium donorum tuorum capacissimus fiam. Veni et inebria me dono sapientiæ. Illumina me dono intellectus. Rege me dono consilij. Confirma me dono fortitudinis. Doce me dono scientiæ. Vulnera me dono pietatis. Et confige me dono timoris tui. O super dulcis amator mundicordium, accende cor meum, illustra ac perflue intima mea illo sublimi, ignito suauique ardore æstuantis, ineffabilis & infiniti amoris tui: vt omnia interiora mea funditus incensa & penitus concremata, ex omnibus viribus suis, valido impulsu tuæ suauissimæ charitatis sursum agantur & intrahantur, ad liquefiendum ex nimio calore in te supermirabili origine superdulcique fonte vitæ, dulcissimis delicijs exuberante, & omnes puros spiritus satiante. ¶ O superdulcis amator, quoniam a meipso nihil possum, quæso vt tu me suscipias & cogas exire & relinquere me ipsum totum, & transire in te. Ad hoc percute, trahe & impelle me sursum, & deorsum. Pauperem fac & dita, humilia & subleua. Mortifica & annihila me, donec me transmutes in te: vt tota vita mea efficiatur tibi holocaustum laudis, beneplacens & perfectum, & tua maiestas iucundam in me mansionem habere

possit. O quis mihi tribuat, vt ad tantum bonum me admittas? O quando dabitur mihi videre ac sentire dulcissimam claritatem tuam? En ad te suspiro paupercula creatura tua die ac nocte. Sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam plenam gratiarum? Quando introibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei mei? Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo, vt satier, cum apparuerit gloria tua? Quando in te eripiar a tentatione, & in te Deo meo mortis huius transgrediar murum? O tu fons sempiternorum luminum, repete me in tuum (ex quo manaui) abyssale profluuium: vbi te cognoscam sicut cognitus sum, amem sicut amatus sum, & videam te Deum meum sicuti es, visione, fruitione & possessione tua beatifica in perpetuum, Amen.

Oratio efficacissima ad impetrandum charitatem & quælibet necessaria per virginem matrem. Cap. XVI.

O Sanctissima & beatissima virgo Maria, dignissima mater Dei, regina cœli, porta paradisi, domina mundi, stella maris, mater gratiæ, vena misericordiæ, cuius speciem rex æternus concupiuit, quæ procedis velut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata, cuius odor vestimentorum est super omnia aromata, quæ ascendis per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij, virga de radice Iesse, quæ fructum vitæ

vitæ nobis germinasti, templum domini, sacrari um spiritus sancti, quam veneratur omnis milit tiæ cœlestis exercitus, sub cuius honoris culmine sese humiliant pōtifices, cuius sese submittūt reges & imperatores, quam beatam prædicant omnes generationes, cui subiectæ sunt omnes inferorum potestates: Ad sanctitatis tuæ pedes o domina, quæ tanta præemines excellentia, veniens, me prosterno ego abiectissimus in tota Dei creatura peccator, obsecrans te per charitatem, qua te Deus ab æterno delegit sibi in matrem, dilexitque & exaltauit super omnes creaturas, et per virginei cordis tui erga filium amorem & dolorem incomparabilem, & per omnia viscera maternæ misericordiæ tuæ erga nos miseros, vt me meosque speciales, & pro quibus orari vis, in gratiam & amorem, in tutelam ac patrocinium cordis tui suscipias, & fac nos in illorum esse numero, quos singulari gratia in corde tuo habes dilectos, impignoratos & tibi deuotos. O dulcissima mater, quæso vt indignas orationes nostras & gratiarum actiones, tuis purissimis orationibus et laudibus vnitas, filio tuo offeras, & exaudiri procures: castissimum tui amorem, virtutesque omnes sanctissimæ vitæ tuæ, maxime autem perfectam charitatem, humilitatem, castitatem, obedientiam & patientiam nobis impetres: in omni necessitate, & in morte, vt fidelissima protectrix nobis assistas, ab vniuersis peccatis & vitijs nostris, per sanguinem filij tui nos in hoc seculo perfecte mundari, eiusque & tuis virtutibus exornari, atque ardentissimæ charitatis incendio consumi, & in æterna fœlicitate in Dei facias laudibus sine fine tecum lætari.

¶O Maria potentissima, per patrem me corrobora, vt agam semper optima, spe firma & humillima. Mater sapientissima, per Iesum me illumina, vt noscam Deo placita, mente pura, fide pia. Sponsa gratiosissima, per spiritum me vulnera, charitate purissima, dulcique patientia. Per tuum virgo filium, per patrem, per paraclitum, adsis præsens ad obitum, nostrumq; muni exitum, Amen.

Exhortatio & consilium solidum cuiusdam viri heroici, theologique vetusti, quomodo quis se præparet ad securam mortem, & quænam hominibus in ea eueniunt, iam primum Latine traductum. Cap. XVII.

AH mortales, mortales hucusq; satis dormitatum est. Euigilate tandem, & lætha-lem hunc somnū ab oculis excutite: somnum (inquam) peccatorum & multiplicium vitiorum. Ad vos clamat ipse Christi Apostolus, dicēs: Hora est iam nos de somno surgere. Quin ad vnumquenq; vestrum idē acclamat vir Dei: Surge (inquiens) qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Agite nunc, abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Ambulate dum lucem habetis, dum adhuc modicum lumen in vobis est, vt vos tenebræ non comprehendant, sed potius vt sitis filij lucis. Abradamus fratres charissimi, abradamus peccatorum nostrorum senectutem. Quod quidem non

non baptiſmo, ſed pœnitentia rectiſſime poterimus, ſi vetuſtatis rubiginem defricemus ab oculis, &, vt dixi, ſomnolẽtiam diſcutiamus. Cur enim vel tandem non expergiſcamur, vt in poſterum vitam agentes correctiorem, aduerſus diras & nimium horrẽdas anguſtias armemur. Hic de miſeriis illis infandis loquor, quæ nos in extremo vitæ ſpacio certo certius oppreſſuræ ſunt: tum de his periculis, quæ coram ſeueriſſimo Dei iudicio, omni ex parte aliquando, & breui fortaſſe cõprehendent: tũ de aduerſariis illis, qui illic adfuturi ſunt: aduerſariis (inquam) in nos coniuratis, ac omni rabie, tyrãnide, furore quam validiſſimis. Quid? En ille iudex ad ianuam aſſiſtit. En dominus ad iudicandum venit cum ſenioribus populi. Adeoque in præſentiarum ſtat ad iudicandum, paratus iamiam pro tuis meritis refundere mercedem. Niſi conuerſi fueritis, gladium vibrauit, arcum ſuum tetendit & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis. Age igitur, non ipſe tui ipſius inuideas ſaluti, dum tempus eſt, dum occaſio datur, dum inueniri Deus poteſt & placari. Diſce o homo, diſce a tenebris redire ad lucem, a vitiis conuerti ad Deum, & e mundo ſaltem in teipſum: nec velis in vacuum recipere gratiam Dei. ¶ Quod ſi modo Chriſti feruens amor tuam ſegnitiem refellere non poteſt, ſi cœleſtis patriæ dulcedo te non tangit, ſi mille & mille patris pijſſimi beneficia duritiam tuam non remolliunt, ſi ſacra demum omnia apud te nihil valent: audi, ſempiternus pœnarum horror tantum vel ex parte moueat, illique cruciatus te ſollicitum reddant, qui circa vitæ extrema

diriſſime totum hominem corripiunt, adeo vt omnem cogitationem ſuperet dolorum magnitudo. Deus profecto, quem iudicem omnes habituri ſumus, non irridetur, non fallitur vllis fucis. At ſi quos mortalium nunc fallimus, neminem certius tamen veriusq; fallimus, quam noſipſos. Interim o duras hominum mentes, o cæca pectora, non aliter, quam ad nos iſta non pertineant, ſurda nunc aure tranſimus, & omnis noſtræ ſalutis incurij viuimus tanquam ventris animalia, quibus nullus gehennæ metus eſt. Veruntamen, vt ad pœnitentes me conuertam, o fratres profuſis lachrymis iram Dei remoueamus. Inaudita ſentimus mala, Deo ſic puniente & noſtram ſuccidente malitiam. Aliorum exitium intelligimus, præſentem malorum lernam his oculis contuemur vltro citroque. Quare tempeſtiuum eſt, vt iſta duritiam noſtram penetrent, & ſaltem alienis calamitatibus docti, meliores euadere cupiamus. Quando vero ſapientiæ & ſalutis omnis principium eſt timor domini, operepreciũ facturus videor, ſi eorum quæ timorem hunc in nobis confirment, breuiter admonuero. Proinde, nonnulla fideliter exponam de iudicijs illis Dei diſcernendis, quæ animabus e corporibus migrantibus obuenire ſolent: idque faciam, quatenus intellectu humano rem tantam conſequi licet, quemadmodum a diuinis hominibus inſpirante Deo tradita accepi.

Genera hominum quatuor ex hoc mundo migrantium.

Morien-

MOrientium siue ex hoc seculo migrantium hominum in summa quatuor genera sunt. ¶In primo genere statuũtur sancti perfectiq; homines, plene iam depurati, ita vt accipiendis quibusuis Dei donis ab æterno quidem præparatis optime idonei existant. Quibus ex hoc seculo demigrantibus, nulla superest luẽda pœna, sed statim omnis exhibetur lætitia, consolatio & quies, vt hisce commodis in perpetuum fruantur felicissimi. Ad hos proprie spectat dulcis vox illa domini: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a cõstitutione mundi.

¶Secundi generis homines sunt varie differentes. Horum aliqui ad prædictũ perfectionis gradum a Deo fuerant vocati: verum ad res transitorias, siue ad proprium sui amorem, commodum & vtilitatem conuersi, non pure vixerunt. Alij vero ob ingenij sui subtilitatem intellectusque abusum, a veritatis via ad peregrina aberrantes sibiq; placentes, suis proprijs sensibus falsisq; verbis arroganter inhærent: sicq; suis profundis ingenijs in profundos prolabuntur errores. Et quanquam hi speciem quandam præ se ferant vitalis doctrinæ, seducunt tamen miseri semetipsos, & omnes suos sectatores a via veritatis in errorem & mortem æternam. Tales mortem experiuntur longe omnium formidolosissimam atq; periculosissimam, propterea quod sanis ecclesiæ doctoribus non acquieuerunt. Sunt & alij in hoc secundo genere, & hi quoq; a Deo ad priorem, quem prædiximus, perfectionis gradum vocati, quam tamen quia in vita sua obtinere neglexerunt, ideo necesse habent illam vel

in extremis impetrare, quum anima de corpore iamiam distrahenda est. Quod certe tunc fit tam varijs & horrendis mortibus, vt ita dicam, quot quantasque per omnem vitam pro sui ab negatione sufferre debuissent, adeo vt pœnas infernales hoc ipso tempore sibi ferre videantur. Idcirco vero terribili hac angustia nunc præmuntur, quia videlicet humili abstractaque sui custodia interius proximam veritatem non sunt sequuti, sicut a Deo & sanctis doctoribus ad hanc inuitabantur. Alij denique huius secundi generis homines sunt, quibus a Deo magna tum spiritualia, tum corporalia dona, siue per naturam, siue per gratiam sunt collata, cuiusmodi sunt omnis generis prælati, nec non sacerdotij dignitate fulgentes, religiosi item, inclusi quique & claustrales: præterea, quibus vigor ingenij, sensuumque dotes inditæ sunt. Denique quotquot iurisdictionem & potestatem in alios exercendam a Deo sumpserunt, siue spirituales, siue seculares iudices habeãtur. Huiusce modi hominum, quum vita suo non respondet officio, iuxta ordinationem Dei, sed si seipsos potius quærant, si commoda venentur temporalia, vel honorem appetant contra honorem & iustitiam Dei, tum sane himium formidabiles experiuntur angores in morte. Quin etiam illorum nonnulli perditionem inueniunt sempiternam, multoque damnantur grauius, quam ipsi Iudæi & pagani. Nonnulli vero in purgatorij pœnas inexplicabiles detruduntur, nec eas breues quidem, sed ad extremum iudicij diem calamitosissime sufferendam.

¶ Tertium genus ab hoc seculo migrantium, sunt

sunt vulgares & plebei. Horum quoq; duplex habetur differentia: Nam alij peccatis onusti mortalibus, ad extrema deueniunt. Sed quia nõnullis virtutibus eorum vita resplenduit, a domino conseruantur, ne prorsus pereant. Et hos homines multis modis vltro citroque per misericordiam suam venari & propellere solet, quatenus ad veram peccatorum suorum pœnitentiam adduci queant. Sic & in morte cum eis agitur clementius, non pœnæ nimium graues, non austera iudicia Dei morituris ingeruntur, ne fortassis in diffidentiam prolabantur. Igitur ad purgatorium deducti, mirum quam terribilibus ibi tormentis diuexentur, quę interdum ante iudicij diem non finiuntur. ¶ Iam illi, qui magnis peccatis in vita sua inquinati, & assuefacti, vsque ad mortem pœnitentiam procrastinant, & in fine cum modica contritione moriuntur, adeo seueram iusti iudicis iracundiam aduersum sese concitant, vt in pœnas detrusi, supplicia quædam velut infernalia subire, & in his extremum Dei iudicium expectare cogantur: dum interim adeo grauiter plectuntur, vt nesciant misericordiæ locum sibi supereſſe apud Deum. Quę pœna omnium atrocissima iudicatur. Iratus enim illis Deus omnium illorum memoriam & curam abiecisse videtur, quam diu meritas luendi pœnas tempus hoc durat. Sed nec permittit iustus ille iudex, vt pro his ipsis sancti & amici sibi homines intercedant.

¶ Quod autem attinet ad pœnam purgatorij, certe minima illic pœna, & acerbior & vehementior multo est, quam quoduis sit supplicium huius

huius temporis omnium etiam atrociſſimum, quantumuis ingens humana mens illud excogitare poſſit. ¶Alij deinde cõmunium hominum in Dei timore viuunt, ſibiq; cauent a peccatis, communicant etiam eccleſiæ ſacramentis iuxta inſtitutionem ipſius eccleſiæ. Sed interim circunferunt & impunita prætereunt venialia delicta. Cũ igitur ad extrema deuenerint, mitius, quam priores, Dei iudicium experiuntur. Nec impune tamen euadunt, quin mortui cogantur expiare pœnas tam venialium peccatorum, quam illorum mortalium, quæ prius aliquando commiſſa, licet confeſſi ſint, non debito tamen pœnitentiæ dolore expiarunt. ¶Cæterum quotquot domino Deo permitente, nunc in varias tribulationes incidunt, aduerſa itidem triſtiaue voluntario gratoque animo ſuſcipiunt, hi non ſolum a prædictis malis anguſtijſque liberi ſunt, ſed etiam æternæ conſolationis vbertate refocillantur, & cœleſtibus plane gaudijs perfruimerentur.

¶Quartum tandem genus morientium eos omnes complectitur, qui peccatis mortalibus obnoxij, vitam finiunt citra contritionem & confeſſionem. Hi nimirum damnati vocantur & ſunt, quibus in ipſo mortis articulo miſerrimum ingeritur ſpectaculum, nempe vaſtum illud pœnarum tormentorumque chaos, ac dira congeries perpetuo illis duratura. Iam tum ibi ſentiunt vermem conſcientiæ, qui non moritur, ſentiunt & gehennam ignis, qui non extinguitur.

¶Quod ad bonos angelos attinet, hi ſe bonorũ morientium præbent cuſtodes, & in extremo quidem anguſtiæ feruore confirmant animã ipſam

circa

circa superiores ipsius vires, quo sic adiuta non frangatur minio tentationum impetu, neve succumbat concessa dæmonum aspectu nimium horrendo. Quo tempore sanctus quoq; Michael vna cum cœlesti exercitu sententiam iudicis præstolatur, vt animam quo Deus pronunciauerit, statuat. ¶ Quod deinde ad malos angelos attinet, hi non secus, quam ferissimi leones in prædam inhiantes, circunferunt & insidiantur morituris, dum horum animas in omnibus viribus, per quas consensum aliquando præbuerunt diabolicis suggestionibus, grauissime constringūt, conantes, quibus possunt, modis animam secum pertrahere in æternæ damnationis barathrum. Accedunt illuc & infernales dæmonum principes, & principales veluti duces & capita septem peccatorum mortalium: accedunt, inquam, simul ad moriturum, suum in eo locum requirentes. Et secundum quod homo plus minusve peccauit, & sic absq; contritione, vel præuia licet contritione & confessione, absq; tamen satisfactione & perfecta emendatione, ad extrema deuenit: secundum hoc etiam plus vel minus infirmo omnia sua peccata & vitia cum terribili & ineffabili horrore, ad animum reuocant, obtrudunt & improperant, vt desperet.

¶ Ad hæc operepreciũ est animaduertere triplicem tentationum viam, quibus humani generis inimicus, vt plurimū solet impetere, iam in extremis constitutos. Primum eos aggreditur, vt peccatorum antea commissorum incurios negligentesq; faciat, nimirū lactans eos falsa quadam spe seu præsumptione, & præsumpta confidentia de Dei misericordia, manente interim tepida

tepida cordis contritione, tunc præsertim, vbi quis adhuc sui compos est, & animo valet. Reliquæ duæ tentationum viæ locum habent in angustia mortis, videlicet desperatio de Dei bonitate, & perfidia seu infidelitas. Verum qui primum tentatiõis laqueũ superauerit, a posterioribus damna non sustinebit.

¶ Interim o homo rationalis te nunc appello, vt præcellentem creationis tuæ conditionem intelligas. Autorem habes tibi Deum, qui te formauit ad imaginẽ & similitudinem suam. Redemptorem habes Deum, qui te morte tam acerba, tam ignominiosa vindicauit, abstraxit & euexit ex ipsis faucibus inferorum, vnde nullus tibi patebat egressus. Ille vero, ille pater ac dominus tuus te nunc quærit, totum sese tibi effundit proximatq; . Nec id semel tantum, sed etiamnum te vocat secundum abyssum miserationum suarũ, qui nihil tuorũ indiget, pro te sollicitus, tibi prouidus agit: idq; multo fidelius ac libẽtius, quam vel tu queas æstimare, vel ille amicis suis velit reuelare. Eapropter non est o homo Christiane, cur peccatorum tuorum, vel magnitudine, vel multitudine desperes. Pius Deus cor cõtritum & humiliatum non despiciet. Imo quacunq; hora peccator de venia sperans ingemiscit, gratia illi non negabitur. Primus tamen salutis gradus est declinare culpam. Secundus, non desperare veniam. Etenim in æternum ille punit seipsum, q̃squis apud summum iudicem pœnitentiam negligit. Vides paternã erga te Dei clementiam, q̃ ad pœnitentiam peccatores oẽs inuitat, nolens mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur et viuat: ne postea sua iustitia inueniat, quos durius dam-

damnet. ¶Vbi vero (sicut semel statutū est omnibus mori) morbū ingraueſcere ſenſeris, & ad extrema deuentū erit, ſequere conſiliū hoc longe ſaluberrimū. In primis piorū ſanctorūq; hominum orationes & exhortationes adhibēdæ ſunt. Nec parum cōducit tales homines morientibus præſentes adeſſe. Iam pietatis opera, quæ poſt mortē, non abſq; fructu, homini poſſunt applicari, ſimpliciter conſultius eſt eadē in mortis neceſſitate conſtituto præſtare, cum alioqui neque prius quidem, neq; poſterius præſidia ſpiritualia ſunt æque neceſſaria. Singulariter profuerit & illud, vt huiuſcemodi verba dicātur ab infirmo vel ad eius aures elata voce clamentur. ¶Domine Deus, ego ſum miſer homo ille, quem tu pro paterna bonitate & potentia tua creaſti propter teipſum & ad teipſum. ¶Domine Ieſu Chriſte, ego ſum ille miſer, quem tu per ignominioſiſſimam & innocentiſſimam mortem tuā redemiſti ab omni poteſtate inimici. Tu ergo ſolus imperium habes, & poteſtatem ſuper me. ¶Dñe Deus ego ſum homo miſer, quem tu ſaluare potes ſecundū abyſſum miſericordiæ tuæ. Experiētia cōpertum eſt, & ſanctorum autoritate cōprobatur, huiuſcemodi verba morientibus recitata mirum in modū prodeſſe. Fuit vir fide dignus, qui ad horum prolationem verborū affirmarit multiplicem dęmoniorum turbam a ſe profligatam fuiſſe, cum iamiam ad tartara ſibi rapiendus videretur, animo vere præſenti. Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo (qui hanc perutilem nobis doctrinā hactenus occultā per amicos ſuos reuelare dignatus eſt) ſit omnis honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

ALPHA-

ALPHABE-
TVM AVREVM OM-
nibus ad Christianam perfectionem a-
spirantibus non modo vtile, sed adeo
necessarium, vt spiritualis vitæ
fundamentum habe-
ri possit.

Cap. XVIII.

AD inchoandam vitam bonam, adeo te accingi forti ac constanti animo oportet, vt nulli labori, nulli difficultati scias esse cedendum.

Bona agere & cauere mala quomodo possis semper præmeditare, & melius operari indies stude.

Considera in omni re medium, & eam discretionem vbique serua, vt ne quid nimis, ne quid minus.

Deuotus esto ac hilaris ad omnia bona, & absque murmure obedias.

Esto castus tam corpore, quam anima, ac inceptis aliis syncerus, quæcunq; cordis aduersantur puritati a te excludens.

Fideliter te in operibus exerceas misericordiæ, tam spiritualibus quam corporalibus, nullam boni operis negligens occasionem.

Gloriæ alienæ nō inuideas, nec aliena siue corporalia siue spiritualia sint bona, appetas, sed esto contentus diuina prouidentia circa te: & omnibus bonis indignum te æstima.

Humi-

Humilia teipsum in verbis & operibus, ac exteriorem tuum hominem omnibus subijce ex animo, intus vero teipsum contemne ac contemni gaude.

In simplicitate cordis omnia intellige, & in meliorem partem interpretare.

Karitas in te semper æstuet cum fide firma & spe secura ad Deum. Ad omnem vero proximum exhibe te sicut ad teipsum.

Linguam tuam a malis & ociosis verbis contine: pro peccatis vero tuis ad lachrymas, ad cõpunctionem, & ad vitam abstractam te conuerte.

Mitis & mansuetus esto ad omnes, & nihil tibi occurrat, ex quo non ædificationem accipias, & melior inde fieri studeas.

Non retrospicias ad seculi negocia, nec animo verseris circa creaturas negligenter, sed vt spiritu semper proficias annitere: & propositum tuum ac consilia bona, quasi iam primum incepturus, quotidie & renoua, & magis robora.

Omnem acediam, teporem, molliciem & indulgentiam propriam violenter a te propelle & vince.

Patienter ferto quicquid tibi aduenerit aduersi, siue id a Deo, siue ab homine, siue ab alia quauis creatura illatum fuerit, pro diuini beneplaciti amore, & in peccatorum tuorum pœnitentiam id assume.

Quicquid præter simplicem necessitatem naturæ se ingerit, tam cibo quã in potu, aliave quacunq; re, hoc tibi abstrahe: & consolationes omnes, quæ sunt extra Deum, fuge.

Remitte oēs iniurias aut molestias ex corde ijs, qui te offenderunt, vt neq; verbo, neq; cogitatione in te appetitus vindictæ resideat, quo minus eos diligas ac benefacias.

Serua ad omnes homines sine dolo ac fictione veritatem & fidem,

Tētationibus carnis, mundi atq; diaboli viriliter resiste.

Voluntatem in te propriam persequere, & radicitus eandem in te stude mortificare: Deoque strenue inhære.

Xhristi vitam & passionē imitandā, & quam dissimilis huic sis exemplari, continue meditare, omniq; conatu quantopere vales, ei conformari stude.

Yndefinenter beatam Mariā alioſq; sanctos, pro impetranda tibi gratia, quæ ad hæc prædicta seruanda est necessaria, inuoca.

Zelare Dei honorem præ omnibus, & hominem tuum tam internum, quam externum perpetuo sic obserua & cohibe, vt subditus Deo, eiusque inspirationibus, & vicarijs eius acquiescas, pacemq; habeas in omnibus, quæ circa te, aut alias quascunq; creaturas ille fieri permittit.

ET vt sine murmure aut contradictione hæc a te seruetur lectio, bona te voluntate alacrem ac promptum semper exhibe.

QVIN-

QVINQVE AD PROFICIENDVM in spiritu necessaria.

PRimum, Deum eiusq; gloriam ac beneplacitum, teipso relicto, voluntateq; propria posthabita ac contempta, pure ac simpliciter in omnibus intende ac quære.

Secundum, in omni actione & egressione tua teipsum vigilanter obserua, introspiciens in teipsum, & expendens, quam nihil sis. Nec a teipso recedas, sed cognoscas quid tractes, & quid in te versetur, quid etiam moueat te, & quare: vt aduertas ad quid ex intimo cordis mouearis.

Tertium, non occupes animum tuum rebus aut curis alienis, id est, quæ tibi commissæ non sunt, nihilque iudices aut discutias, sed omnia tibi stent aut transeant, vt sunt in suo esse vel in seipsis. Quod bonum est maneat bonum: quod malum est fit malum, sed a te non iudicetur. Introuertas te igitur & maneas intra teipsum, auscultans quid intra te tibi loquatur Deus, & illi semper adhæreas.

Quartum, vt in veritate paruus & nihil sis in oculis tuis, siue interiora siue exteriora tua respicias, & ita semper sine glossa & sine simulatione ex animo te nihili pendas.

Quintum, vt veram & puram studeas semper in te habere & exercere charitatem, non amore illo sensibili contentus, quo afficimur ad DEVM & ad creaturas, sed nuda, sim-

plici votaq; charitate diligas, qua ex intimo animæ tuæ quæras ac intendas Deum solum & animarum salutem.

Basis vitæ spiritualis

BOni ac resignati animi basis ac fundamentum est, confidere Deo, ac super eius bonitate niti, suum interiorem & exteriorē hominem vigili custodia semper obseruare, Deoque intus & hominibus foris obedire, omnia accidentia de manu eius sola accipere, eademq; optima sibi esse, ex diuina prouidentia intelligere: se ex toto relinquere & resignare Deo, nemini querulari, nec ad consolationem aliquā quærendam se conuertere, sed diuinum beneplacitum solum in se semper optare, suam nihileitatem inspicere, quocunq; bono atq; terra ipsa se indignum existimare, vsq; infinem, quamdiu placuerit Deo, quæcunq; accidunt sustinere, & ad maiora sustinenda paratum esse, atq; in omni pressura Deo gratias agere.

VIRI

VIRI CV IVSDAM DEVOTI

contra vitia capitalia sententia ac decretum.

Contra superbiam.

VBI cognoui Deum altissimum pro me extreme humiliatum, nūquam adeo me deprimere potuit homo, quin maiori me vilipensione dignum iudicaui.

Contra auaritiam.

Vbi cognoui animam meam nulla re posse satiari, prēterquam solo Deo meo, miratus sum, si aliud præter ipsum quærere debeam.

Contra luxuriam.

Vbi cognoui corporis mei nobilitatem, & quod mihi conceditur purissimum corpus Christi sumere in os meum, dignum duxi omnibus viribus laborare pro perpetua cordis & corporis puritate.

Contra iracundiam.

Nulla hominum infidelitas me perturbare potuit, dum perpēderem, quam infidelis Deo meo fuerim ego sæpe.

Contra gulam.

Vbi gustaui cœlestium ciborum dulcedinem, nulla terreni edulij me seducere potuit ingluuies.

Contra inuidiam.

Vbi cognoui quod Deus me tantum peccatorem

rorem in gratiam receperit, non potui aliquem hominem odisse propter ipsius iniquitatem.

Contra acediam.

Vbi perpendi, quod post breuissimum laborem æterna conquiritur beatitudo, nimis exiguum arbitratus sum, quemcunque ego tolleraero, laborem.

Contra omnia vitia.

Cum dominicæ passionis & mortis amaritudinem ad memoriam reuoco, nihil adeo est aspectum, quod non æquanimiter portem.

Lib. Coll. Soc.tis Iesu Paderborn. a. 1610

Hæc in gratiam amicorum Dei, quorum profectui hæc non paruo labore exhibentur. Quæ primo Deo, a quo omne bonum, accepta referat oportet, deinde autori: postremo, Carthusianos, quorum cura & opera, vt & alia multa pia, deriuantur, vnico seruatori & amatori fidelissimo Iesu Christo commendare velint.

FINIS.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN